RELIQUIÆ SACRÆ:

SIVE,

AUCTORUM FERE JAM PERDITORUM

SECUNDI TERTIIQUE SÆCULI

POST CHRISTUM NATUM

QUÆ SUPERSUNT.

ACCEDUNT SYNODI, ET EPISTOLÆ CANONICÆ,

NICÆNO CONCILIO ANTIQUIORES.

AD CODICES MSS. RECENSUIT, NOTISQUE ILLUSTRAVIT,

MARTINUS JOSEPHUS ROUTH, S. T. P.

COLLEGII S. MAGDALENÆ OXON. PRÆSES.

EDITIO ALTERA.

VOL. II.

OXONII:

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXLVI.

INDEX AUCTORUM

QUI

IN HOC TOMO SECUNDO COLLOCATI SUNT.

CONCILIUM CÆSARIENSE.

FRAGMENTUM SYNODICÆ EPISTOLÆ

CONCILII CÆSARIENSIS

FERME EXEUNTE SÆCULO SECUNDO CELEBRATI.

Ex fine Epistolæ.

ΤΗΣ δ' ἐπιστολῆς ἡμῶν πειράθητε κατὰ πᾶσαν παροικίαν ἀντίγραφα διαπέμψασθαι, ὅπως μὴ ἔνοχοι ὦμεν τοῖς ῥᾳδίως πλανῶσιν ἑαυτῶν τὰς ψυχάς. δηλοῦμεν δὲ ὑμῖν ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἄγουσιν, ᾗπερ καὶ ἡμεῖς. παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα κομίζεται αὐτοῖς· καὶ ἡμῖν παρ' αὐτῶν· ὥστε συμφώνως καὶ ὁμοῦ ἄγειν ἡμᾶς τὴν ἁγίαν ἡμέραν. Hoc attulit Eusebius lib. v. *Hist.* cap. 25.

Date operam ut epistolæ nostræ exemplaria per omnes ecclesias mittantur, ne nobis crimen imputent qui animas suas a recto veritatis tramite facile abducunt. Illud etiam vobis significamus, eodem quo apud nos die Pascha Alexandriæ celebrari. A nobis enim ad illos, et vicissim ab illis ad nos literæ perferuntur; ita ut uno consensu et simul sacrosanctum peragamus diem.

ANNOTATIONES

IN CONCILIUM CÆSARIENSE.

P. 3. l. 5. Τῆς δ' ἐπιστολῆς ἡμῶν &c.] Caput 23. lib. v. *Eusebianæ Historiæ* totum apposui, tanquam utile et intellectui valde serviens celebris quæstionis de pascha ab auctoribus mox secuturis tractatæ. Ζητήσεως δῆτα κατὰ τούσδε οὐ σμικρᾶς ἀνακινηθείσης, ὅτι δὴ τῆς Ἀσίας ἁπάσης αἱ παροικίαι ὡς ἂν ἐκ παραδόσεως ἀρχαιοτέρας, σελήνης τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ᾤοντο δεῖν ἐπὶ τῆς τοῦ σωτηρίου πάσχα ἑορτῆς παραφυλάττειν, ἐν ᾗ θύειν τὸ πρόβατον Ἰουδαίοις προηγόρευτο· ὡς δέον ἐκπαντὸς κατὰ ταύτην, ὁποίᾳ δ' ἂν ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος περιτυγχάνοι, τὰς τῶν ἀσιτιῶν ἐπιλύσεις ποιεῖσθαι· οὐκ ἔθους ὄντος τοῦτον ἐπιτελεῖν τὸν τρόπον ταῖς ἀνὰ τὴν λοιπὴν ἅπασαν οἰκουμένην ἐκκλησίαις, ἐξ ἀποστολικῆς παραδόσεως τὸ καὶ εἰς δεῦρο κρατῆσαν ἔθος φυλαττούσαις· ὡς μὴ δ' ἑτέρᾳ προσήκειν παρὰ τὴν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡμέραν τὰς νηστείας ἐπιλύεσθαι· σύνοδοι δὴ καὶ συνκροτήσεις ἐπισκόπων ἐπὶ ταὐτὸν ἐγίνοντο· πάντες τε μιᾷ γνώμῃ δι' ἐπιστολῶν ἐκκλησιαστικὸν δόγμα τοῖς πανταχόσε διετυποῦντο, ὡς ἂν μὴ δ' ἐν ἄλλῃ ποτὲ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐπιτελοῖτο τοῦ Κυρίου μυστήριον· καὶ ὅπως ἐν ταύτῃ μόνῃ τῶν κατὰ τὸ πάσχα νηστειῶν φυλαττώμεθα τὰς ἐπιλύσεις. φέρεται δ' εἰσέτι νῦν τῶν κατὰ Παλαιστίνην τηνικάδε συγκεκροτημένων γραφὴ, ὧν προὐτέτακτο Θεόφιλος τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἐπίσκοπος, καὶ Νάρκισσος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις· καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμης δὲ ὁμοίως ἄλλη περὶ τοῦ αὐτοῦ ζητήματος, ἐπίσκοπον Βίκτορα δηλοῦσα. τῶν τε κατὰ

Πόντου ἐπισκόπων ὧν Πάλμας ὡς ἀρχαιότατος προὐτέτακτο· καὶ τῶν κατὰ Γαλλίαν δὲ παροικιῶν, ἃς Εἰρηναῖος ἐπεσκόπει· ἔτι τε τῶν κατὰ τὴν Ὀσροηνὴν καὶ τὰς ἐκεῖσε πόλεις· καὶ ἰδίως Βακχύλλου τῆς Κορινθίων ἐκκλησίας ἐπισκόπου, καὶ πλείστων ὅσων ἄλλων, οἳ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν τε καὶ κρίσιν ἐξενηνεγμένοι, τὴν αὐτὴν τέθεινται ψῆφον, καὶ τούτων μὲν ἦν ὅρος εἷς, ὁ δεδηλωμένος. *Iisdem temporibus gravi controversia exorta, eo quod omnes per Asiam ecclesiæ vetusta quadam traditione nixæ, quartadecima luna salutaris paschæ festum diem celebrandum esse censebant, quo die præscriptum erat Judæis ut agnum immolarent: eaque omnino luna in quemcunque demum diem septimanæ incidisset, finem jejuniis imponendum esse statuebant: cum tamen reliquæ totius orbis ecclesiæ alio more uterentur, qui ex apostolorum traditione profectus etiamnum servatur, ut scilicet non alio quam resurrectionis Dominicæ die jejunia solvi liceat: Synodi ob id, cœtusque episcoporum convenere. Atque omnes uno consensu ecclesiasticam regulam universis fidelibus per epistolas tradiderunt: ne videlicet ullo alio quam Dominico die mysterium resurrectionis Domini unquam celebretur: utque eo duntaxat die paschalium jejuniorum terminum observemus. Exstat etiamnum epistola sacerdotum, qui tunc in Palæstina congregati sunt: quibus præsidebant Theophilus Cæsareæ Palæstinæ, et Narcissus Hierosolymorum episcopus. Alia item exstat epistola Synodi Romanæ, cui Victoris episcopi nomen præfixum est. Habentur præterea literæ episcoporum Ponti, quibus Palma utpote antiquissimus præfuit. Epistola quoque ecclesiarum Galliæ exstat, quibus præerat Irenæus. Ecclesiarum quoque in Osdroenæ provincia et in urbibus regionis illius constitutarum literæ visuntur. Seorsum vero Bacchylli Corinthiorum episcopi, aliorumque complurium epistolæ exstant. Qui omnes eandem fidem eandemque doctrinam proferentes, unam edidere sententiam. Et hæc quidem fuit, ut dixi, illorum definitio.* Cons. notam infra ad Polycratis Fragmenta p. 17. Rursus vero cap. 25. fragmento, quod hic affero, verba istæc Eusebius præmisit: Οἱ γεμὴν ἐπὶ Παλαιστίνης οὓς ἀρτίως διεληλύθαμεν, ὅ, τε Νάρκισσος καὶ Θεόφιλος· καὶ σὺν αὐτοῖς Κάσσιος τῆς κατὰ Τύρον ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, καὶ Κλάρος τῆς ἐν Πτολεμαΐδι, οἵ τε μετὰ τούτων συνεληλυθότες περὶ τῆς κατελθούσης εἰς αὐτοὺς ἐκ διαδοχῆς τῶν ἀποστόλων περὶ τοῦ πάσχα παραδόσεως πλεῖστα διειληφότες· κατὰ τὸ τέλος

τῆς γραφῆς, αὐτοῖς ῥήμασιν ἐπιλέγουσι ταῦτα. ΤΗΣ δ' ἐπιστολῆς &c. *Episcopi vero Palæstinæ quos paulo supra memoravimus, Narcissus scilicet et Theophilus, et cum illis Cassius Tyri, et Clarus Ptolemaïdis episcopi, et qui simul cum ipsis convenerant, postquam de traditione diei paschalis quæ jam inde ab apostolis ad ipsos continua successione manaverat, multa in suis literis disseruerunt, tandem ad finem epistolæ his utuntur verbis.* DATE operam ut epistolæ &c. Hieronymus autem Theophilum ecclesiasticis scriptoribus his verbis adjecit; *Theophilus Cæsareæ Palæstinæ, quæ olim Turris Stratonis vocabatur, episcopus sub Severo Principe adversum eos qui decima quarta cum Judæis pascha faciebant, cum cæteris episcopis synodicam valde utilem composuit epistolam. De Viris Ill.* cap. xliii. Ubi ait Ernestus Cyprianus; an Theophilus epistolæ auctor sit, incertum esse, illi tamen rectius quam cuiquam ex aliis, qui synodo interfuerunt, tribui, cum Cæsariensis episcopus, tanquam Palæstinæ metropolitanus alios omnes in Palæstina, atque ipsum quoque Hierosolymæ episcopum auctoritate superaret, et primum locum in synodis obtineret. Hunc insuper Theophilum et Narcissum Hierosolymæ episcopum aliosque nonnullos ait Eusebius esse, ὧν γε μὴν ἔγγραφος ἡ τῆς πίστεως εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ὀρθοδοξία, *qui rectæ fidei doctrinam scriptis suis proditum nobis reliquerunt.* cap. 22. Ceterum habet *MS. Norfolc.* τῆς δὲ ἐπιστολῆς δι' ἡμῶν.

P. 3. l. 5. παροικίαν] Hanc editionis Stephani lectionem *codicibus Regio, Parisino utroque* et *Florentinis* stabilitam pro ἐκκλησίαν revocat jam Burtonus, quem secutus sum. Habet ἐκκλησίαν παροικίαν lectionem duplicem *Cod. Norfolc.*

Ibid. l. 8. καὶ ἐν 'Αλεξανδρείᾳ] Habet *MS. Norfolc.* καὶ οἱ ἐν 'Αλ. quod potest esse verum; id tamen ex unius tantum codicis auctoritate recipere nolebam. Neque interea *Rufinus* idem invenisse videtur, qui vertit, *Designamus igitur vobis quia apud Alexandriam eadem, qua apud nos die, paschæ solemnitas geritur.* Abest particula καὶ a *MS. Bodl.* seu *Savil.*

Ibid. l. 9. παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα] παρ' ἡμῶν δὲ τ. γ. Sic ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. In codice Medicæo legitur παρ' ἡμῶν τε τὰ γράμματα. Nicephorus vero in capite 36. libri quarti habet παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα, atque ita codex Mazarinus, Fuk. et Savil. Intelliguntur autem hic

literæ paschales, quas ἑορταστικὰς vocabant. Ceterum hujus Synodi Cæsariensis acta quædam exstant apud Bedam in libro de vernali æquinoctio: quæ licet a nonnullis illegitima habeantur ac spuria, haudquaquam spernenda mihi videntur. Baronius certe ea pro veris amplexus est. VALESIUS. Præstat γὰρ *Cod.* quoque *Norfolc. Rufinusque* vertit, *quia et ipsorum nobis litteræ.* Nunc addit Burtonus *codices Venetum* et *Florentinos.* Acta autem a Valesio hic commemorata, quanquam antiquitatis aliquid, fatente Basnagio in *Annal.* ad an. 190. præ se ferunt, prætermittenda censui, quum non sine causa suspecta sint multis viris doctis, tam ex illis, qui a Romani pontificis stant partibus, quam ex Protestantibus. Sed non tantum verba epistolæ, quæ ab Eusebio servata sunt, Gallandius in tomo ii. *Bibliothecæ* suæ *PP.* cum adnotatione Valesii collocavit, verum etiam Acta posuit, de quibus loquimur, Theophili nomine inscripta, in Prolegom. ejusd. tomi pag. xx. Hoc præterea notandum est, pertinere ad hæc acta *Orationem* illam *Theophili*, quæ in *Catalogo Codd. MSS. Bibliothecæ Bodl.* ad num. 1664. memoratur. Scripta est ante annos 800. judice H. Dodwello in Schedis suis nondum editis, quas ego possideo.

P. 3. l. 11. τὴν ἁγίαν ἡμέραν] Videsis notas ad POLYCRATIS CONCILIIQUE LUGDUN. Fragmenta. Festum paschale die Dominico observari oportere significaverant episcopi, qui jejuniorum paschalium solutionem cum die resurrectionis conjungebant, ut ne alio quoquam præter diem Dominicum mysterium resurrectionis Domini celebraretur. Alioquin pascha suum luna quarta decima comedentibus id sæpe contingeret, ut post dies aliquot, sed ante diem Dominicum festum resurrectionis agerent. Extare in *codice Veneto* ἑορτὴν pro ἡμέραν, nunc refert Burtonus.

POLYCRATES.

POLYCRATES.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. xlv. p. 119.

Polycrates Ephesiorum episcopus, cum cæteris episcopis Asiæ, qui juxta quamdam veterem consuetudinem cum Judæis decimaquarta luna Pascha celebrabant, scripsit adversus Victorem, episcopum Romanum, Epistolam Synodicam, in qua docet se Apostoli Joannis et veterum auctoritatem sequi; [a] de qua hæc pauca excerpsimus. *Nos igitur inviolabilem* &c. Hæc propterea posui, ut ingenium et auctoritatem viri ex parvo opusculo demonstrarem [b]. Floruit temporibus [c] Severi Principis, eadem ætate qua Narcissus Hierosolymæ.

[a] Quæ prius excerpserat Eusebius, ea hic Latine vertit Hieronymus. Hanc autem Hieronymianam versionem ad Græca infra apposui, quo facilius inter se conferantur Polycratis verba atque vetus eorum interpretatio.

[b] Eusebius lib. v. *Hist.* cap. 22. post commemoratum una cum aliis episcopis Polycratem, de iisdem ait, ὧν γεμὴν ἔγγραφος ἡ τῆς πίστεως εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ὀρθοδοξία, τούτους εἰκότως ὀνομαστὶ κατελέξαμεν.

[c] Qui imperare cœpit an. Christ. 193. et mortuus est an. 211. Victor autem episcopus Romanus vivere desiisse perhibetur anno 197, decimo tertio sui episcopatus. Floruit ergo Polycrates, qui annos sexaginta quinque nunc vixerat, Antoninorum quoque temporibus.

FRAGMENTUM SYNODICÆ EPISTOLÆ,

QUAM SCRIPSIT

POLYCRATES EPHESINUS EPISCOPUS,

AD VICTOREM ROMANÆQUE URBIS ECCLESIAM,

FERME EXEUNTE SÆCULO SECUNDO.

ἩΜΕΙΣ οὖν ἀραδιούργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν· μήτε προστιθέντες, μήτε ἀφαιρούμενοι. καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται· ἅ τινα ἀναστήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν, καὶ ἀναστήσει πάντας τοὺς ἁγίους· Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται

Interprete S. Hieronymo.

Nos igitur inviolabilem celebramus diem, neque addentes aliquid, neque dementes. Etenim in Asia elementa maxima dormierunt, quæ resurgent in die Domini, quando venturus est de cœlis in majestate sua, et suscitaturus omnes Sanctos; Philippum loquor de duodecim apostolis, qui dormivit Hiera-

H. VALESII INTERPRETATIO.

Nos igitur verum ac genuinum agimus diem: nec addentes quidquam, nec detrahentes. Etenim in Asia magna quædam lumina exstincta sunt, quæ illo adventus Dominici die resurrectura sunt, cum Dominus e cælo veniet plenus majestate et gloria, sanctosque omnes suscitabit. Philippus scilicet unus e duodecim

poli, et duas filias ejus, quæ virgines senuerunt: et aliam ejus filiam, quæ Spiritu sancto plena in Epheso occubuit. Sed et Joannes, qui super pectus Domini recubuit, et pontifex ejus auream laminam in fronte portans, martyr et doctor in Epheso dormivit: et Polycarpus episcopus et martyr Smyrnæ cubat. Thraseas quoque episcopus et martyr de Eumenia in eadem Smyrna requiescit. Quid necesse est Sagaris episcopi et martyris recordari; qui in Laodicea soporatur; et Papirii beati, et Melitonis in sancto Spiritu Eunuchi, qui semper

ἐν Ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθένοι· καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη, ἣ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται· ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσών· ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορεκὼς, καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος· οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. ἔτι δὲ καὶ Πολύκαρπος ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς· καὶ Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενείας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. τί δὲ δεῖ λέγειν Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, ὃς ἐν Λαοδικείᾳ κεκοίμηται; ἔτι δὲ καὶ Παπείριον τὸν μακάριον, καὶ Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύ-

apostolis, qui mortuus est Hierapoli, et duæ ejus filiæ quæ virgines consenuerunt: alia quoque ejusdem filia, quæ Spiritu sancto afflata vixit, et Ephesi requiescit. Præterea Joannes qui in sinu Domini recubuit: qui etiam sacerdos fuit, et laminam gestavit: martyr denique et doctor exstitit. Hic, inquam, Joannes apud Ephesum extremum diem obiit. Polycarpus quoque qui apud Smyrnam episcopus et martyr fuit, itemque Thraseas Eumeniæ episcopus et martyr, qui Smyrnæ requiescit. Quid Sagarim episcopum eundemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ est mortuus? Quid beatum Papirium, quid Melitonem

ματι πάντα πολιτευσάμενον· ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ πάσχα κατὰ τὸ εὐαγγέλιον· μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες· ἔτι δὲ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης, κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησα τισὶν αὐτῶν. ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος· καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου, ὅταν ὁ λαὸς ἤρνυε τὴν ζύμην. ἐγὼ οὖν, ἀδελφοὶ, ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ καὶ συμβεβληκὼς τοῖς ἀπὸ

Domino serviens, positus est in Sardis, et expectat in adventu ejus resurrectionem? Hi omnes observaverunt paschæ diem decima quarta luna, ab evangelica traditione in nullam partem declinantes, et ecclesiasticum sequentes canonem. Ego quoque minimus omnium vestrum Polycrates, secundum doctrinam propinquorum meorum, quos et secutus sum (septem siquidem fuerunt propinqui mei episcopi, et ego octavus) semper pascha celebravi, quando populus Judæorum azyma faciebat. Itaque, fratres, sexaginta quinque annos ætatis meæ natus in Domino, et

Eunuchum, qui Spiritu sancto afflatus cuncta gessit; qui et Sardibus situs est, adventum Domini de cælis, in quo resurrecturus est, exspectans. Hi omnes diem paschæ quartadecima luna juxta evangelium observarunt: nihil omnino variantes, sed regulam fidei constanter sequentes. Ego quoque omnium vestrum minimus Polycrates, ex traditone cognatorum meorum, quorum etiam nonnullos assectatus sum: fuerunt enim septem omnino ex cognatis meis episcopi, quibus ego octavus accessi. Qui quidem omnes semper paschæ diem tunc celebrarunt, cum Judæorum populus fermentum abjiceret. Ego inquam, fratres, quinque et sexaginta annos natus in Domino, qui cum fratribus toto orbe dispersis

a multis ex toto orbe fratribus eruditus, peragrata omni Scriptura, non formidabo eos, qui nobis minantur. Dixerunt enim majores mei: Obedire Deo magis oportet, quam hominibus.

τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς· καὶ πᾶσαν ἁγίαν γραφὴν διεληλυθὼς, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις. οἱ γὰρ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι, [a]*πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.*

Ἐδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων τῶν συμπαρόντων μνημονεῦσαι, οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ, καὶ μετεκαλεσάμην· ὧν τὰ ὀνόματα ἐὰν γράφω, πολλὰ πλήθη εἰσίν. οἱ δὲ ἰδόντες τὸν μικρόν μου ἄνθρωπον, συνηυδόκησαν τῇ ἐπιστολῇ· εἰδότες ὅτι εἰκῇ πολιὰς οὐκ ἤνεγκα, ἀλλὰ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ πάντοτε πεπολίτευμαι. Attulit hæc Eusebius lib. v. *Hist.* cap. 24.

sermones sæpe contuli, qui scripturam sacram omnem perlegi, nihil moveor iis quæ nobis ad formidinem intentantur. Etenim ab illis qui me longe majores erant, dictum scio; Obedire oportet Deo magis quam hominibus.

Possem etiam episcoporum qui mecum sunt, facere mentionem, quos petiistis ut convocarem, sicut et feci. Quorum nomina si adscripsero, ingens numerus videbitur. Hi cum me pusillum hominem invisissent, epistolam nostram assensu suo comprobarunt, gnari me canos istos non frustra gestare, sed vitam ex præceptis institutisque Jesu Christi semper egisse.

a Act. v. 29.

ANNOTATIONES

IN POLYCRATEM.

P. 13. l. 7. Ἡμεῖς οὖν ἀραδιούργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν, &c.] Fragmento præmisit Eusebius, quæ hic sequuntur. Τῶν δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων τὸ πάλαι πρότερον αὐτοῖς παραδοθὲν διαφυλάττειν ἔθος χρῆναι διϊσχυριζομένων, ἡγεῖτο Πολυκράτης· ὃς καὶ αὐτὸς ἐν ᾗ πρὸς Βίκτορα καὶ τὴν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν διετυπώσατο γραφῇ, τὴν εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν παράδοσιν ἐκτίθεται διὰ τούτων. ἩΜΕΙΣ οὖν ἀραδιούργητον &c. *Episcopis vero Asiæ, qui morem sibi a majoribus traditum retinendum esse acriter contendebant, Polycrates præerat. Qui quidem in ea epistola quam ad Victorem et ad Romanæ urbis ecclesiam scripsit, traditionem ad sua usque tempora propagatam exponit his verbis.* NOS igitur verum ac genuinum &c.

Ibid. ἀραδιούργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν] Ἀραδιούργητον, vocem lexicis et glossariis pæne ignotam, Rufinus vetus interpres Latine vertit *intemeratam*, et Valesius, quomodo vides. Habent enim *Gloss. Vet.* ῥαδουργία, *falsum*, et ῥαδιουργὸς, *falsarius.* Docuit interea cel. Moshemius in *Commentariis De Rebus Christianorum ante Constant. M.* Sæc. ii. §. 71. in magno versatos esse errore recentiores scriptores, qui fere ad unum omnes opinentur, Asiaticos Christianos ideo a reliquis reprehensos, quod diem memoriæ Servatoris resurgentis sacrum eodem tempore celebrarent, quo Judæi pascha suum agere solerent; cum revera objectum fuerit a ceteris, *pascha* illos egisse, hoc est, epulum paschale celebrasse, haud secus ac Judæos, quarta

decima luna post æquinoctium, non nocte resurrectionis Domini, atque adeo solvisse, seu interrupisse solenne jejunium. Attamen hinc factum esse ait, festum illos resurrectionis Christi non eodem semper, quo reliquos Christianos, die Dominico nimirum, sed diversis hebdomadæ diebus celebrasse, quippe cum decima quarta luna, post quem diem biduo completo resurrectionis festum agebant, non in eundem singulis annis diem hebdomadæ incideret. In hunc modum vir doctissimus.

Et satis bene cum hac expositione convenit tum Eusebii historia in notis ad Concilii Cæsariensis Fragmentum transcripta supra, tum Anatolii Laodiceni verba, quæ infra adduxi. Vid. pag. 28. Constat certe ex Polycratis verbis, quæ in hac epistola mox sequuntur, *οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τεσσαρεσδεκάτης τοῦ πάσχα* ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ, hoc loco agere venerandum senem de festo, quod quarto decimo die lunæ post exemplum Christi in evangelio celebratum est. Neque verba neglexit adducere Moshemius. Remittendus autem lector est ad ipsum Moshemianum opus, ut sciat, quibus ibi argumentis hæc opinio a celebri scriptore Gallico Gabr. Daniele, Jesuita, primum in publicum edita, sed a Tillemontio in *Mem. Eccl.* not. 1. in *S. Victor.* fusius oppugnata, explicetur atque stabiliatur. Eundem vero Tillemontium video in not. ad *Historiam* suam *Concilii Nicæni* postea editam, sect. 13, Chrysostomi loco quodam inductum, dubitare, an revera pertineret, ut ante se opinatum fuisse ait, hæc disputatio ad exspectandum diem Dominicum, donec observaretur *resurrectionis* festum; anne potius tunc temporis, vel saltem posteris temporibus, quæreretur, quinam fuerit dies ille lunæ decimæ quartæ, qui paschæ tempus demonstraret; dum, mea quidem sententia, utraque res olim venit in controversiam, quod ex Irenæi verbis proxime post hæc Polycratis afferendis, aliisque auctoribus, colligendum est.

Sed solum Epiphanium testem affert Moshemius p. 440—442. operis modo dicti, quo ostendatur, veteres Christianos haud secus ac Judæos, stato die cœnam paschalem celebrare atque agnum comedere solitos, ad H. Dodwelli librum *De Usu Thuris in Ecclesia* pro pluribus testimoniis nos relegare contentus. In hoc autem opere, postquam ipsum mihi videre

contigit, pauca tantum inveni de nupero, quem vocat Dodwellus, usu benedicendi atque edendi agni paschalis causa quadragesimalis jejunii solvendi, cujus quidem consuetudinis originem, sed minus vere fortasse, Caroli Magni temporibus idem vir cl. Dodwellus adscribere videtur. Vid. p. 207, 208. Age igitur jam alterum addam auctorem, qui hunc morem commemoravit, Hieronymum *De Vita Clericorum ad Nepotianum.* Is nimirum, postquam dixit, si tantum literam sequamur, omnes omnino ritus Judaicos nobis amplectendos esse, hæc scribere pergit; *Crescamus et multiplicemus et repleamus terram,* nec immolemus agnum, nec mysticum pascha celebremus, *quia hæc absque templo fieri prohibemur.* pag. 15. ed. Froben. Immo nunc alium testem accipe S. Jacobum Nisibenum in *Sermonibus* lingua Armeniaca atque Latina primo editis anno 1756. *Demum*, inquit, *et illud adjunxit* (Spiritus S.), *Comedent festinanter. Hoc in ecclesia Dei servatur. Nam festinanter comedunt agnum, stantes in pedibus suis, cum reverentia.* Serm. xiv. p. 346. Verum hæc tantum probant agni esum, non itidem tempus edendi, quoniam novimus obtinuisse morem in ecclesia Romana, ut Dominica paschatis ederent agnum consecratum. Et profecto, ut dicam, quod sentio, valde dubito, utrum Epiphanii locus, a Moshemio fuse quidem expositus, si recte intelligeretur auctoris propositum et sententia, agni vel esui probando sufficeret. Pascha quidem τὸ σταυρώσιμον, seu tempus crucifixioni Christi sacrum, aliis testimoniis satis stabilitur ab ipso Moshemio adductis, sed nihil præterea; opus igitur est, ut aliquid in hac parte addamus, quo vetus tempus agni edendi probetur. *De Esu Agni* sermo quidam est *in Vigilia Paschatis* inscriptus, qui inter opuscula S. Hieronymo falso adscripta extat, ubi vigiliam diei morti Christi dicatæ significare videntur verba sub initium tractatus posita; *Hodie agnus Dei qui tollit peccata mundi pro omnium salute jugulatur, hodie sanguinis illius postes domorum &c. Præparemus nos, fratres charissimi, ad immolationem agni &c.* Atque extitisse morem solvendi jejunium die quinto hebdomadæ sacræ apud Christianos non Quartadecimanos manifesto ostendit Concilii Africani canon XLIV., quem tamen morem abrogare voluerunt canone suo XXIX. patres Trullani, canonem quinquagesimum

secuti Concilii Laodiceni, quod seculo quarto celebratum fuerat. Porro, quod ad rem pertinere videtur, in collegii Magdalenensis libris expensarum antiquioribus commemoratam vidi, *cœnam vocatam Le Maundy, quæ facta est antiqua et laudabili consuetudine* (sic scriptum est) *in die cœnæ Dominicæ.* Confer Mabillonii *Vetera Analecta* vol. IV. p. 455. Verum, quamlibet hæc de feriæ quintæ paschalis cultu satis ostendi videantur, recte dubitari potest, an Victoris atque Irenæi temporibus apud Christianos Asianis oppositos mos observandæ cœnæ Dominicæ obtineret, qui ipsi τῇ ἐπιλύσει jejunii paschalis ante diem Dominicum se opposuerint. Quod attinet ad Asianos istos, seu Quartadecimanos, si modo ante cœnam suam paschalem jejunare hi consueverint, constat eos statuisse, haud solvi, vel certe non concludi, solenne jejunium epulo hoc paschali; quis enim credat, eos non jejunasse per tempus aliquantum inter epulum idem et festum suum resurrectionis Christi, quod alio die præter Dominicum, teste Eusebio v. 24. ut plurimum agebant? Vide infra notas ad Concil. Lugd. et S. Dionysii Alex. *Epist. Canonicam.* Sed hæc hactenus.

P. 13. l. 10. καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν] Particulam καὶ ex altero Eusebii loco, lib. iii. cap. 31. ante κατὰ addidi, ubi hæc Polycratis ab his vocibus usque ad illa ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται, p. 14. l. 12. proferuntur. Optime enim, ni fallor, cum loci sententia particula convenit, quoniam, ut Gul. Hooperus, episcopus olim Batho-Wellensis, in *Tractatu* Anglice scripto *De Quadragesima,* part. I. cap. i. §. 4. probabili ratione argumentatus est, a Polycrate ideo memorantur apostolorum martyrumque sepulturæ, quod Victor episcopus Romanus in epistola sua de sepulchris fortasse Petri Paulique et aliorum sanctorum, quorum auctoritatem Polycrati objecit, mentionem fecisset. Et simile quid super respondente Caio Romano ad illa Procli Phrygiæ hæresis antesignani videas fuisse a Valesio observatum, ad lib. vi. *Euseb. Hist.* cap. 20. Ille enim hæresiarcha de Philippo filiabusque ejus, atque ipsorum sepulchris mentionem fecerat; contra autem Caius Petri atque Pauli crepabat tumulos. Aitque nunc Burtonus, se non dubitare, quin Polycrates ita scripsisset; censet vero ab Eusebio

omissam fuisse particulam. Ac fateor haud reperiri particulam illo etiam Eusebii loco quem supra memoravi in *cod. MS. Bodl.* et *codd. tribus* in usus meos collatis, *duobus* scil. *Vaticanis* et *uno Vindobonensi*, qui eadem continent Polycratica ex eodem Eusebii loco sumpta. Nunc addit his Burtonus *codd. Norf. Paris.* I. *Florentinosque.* Memorabilia interea sunt atque pietatis plena S. Chrysostomi verba in *Homil.* 26. *in Epist. ad Hebræos*, quæ cum ad historiam apostolicam illustrandam pertineant, huc afferam. Τί δὲ, εἰπέ μοι, τοῦ Μωϋσέως αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ οὐκ ἐν ξένῃ κεῖται; τὰ δὲ Ἀαρὼν, τὰ δὲ τοῦ Δανιὴλ, τὰ δὲ τοῦ Ἱερεμίου; τὰ δὲ τῶν ἀποστόλων οὐδὲ ἴσμεν τῶν πολλῶν ὅπου κεῖται. Πέτρου μὲν γὰρ καὶ Παύλου καὶ Ἰωάννου καὶ Θωμᾶ δῆλοι οἱ τάφοι· τῶν δὲ ἄλλων τοσούτων ὄντων, οὐδαμοῦ γνώριμοι γεγόνασι. μηδὲν τοίνυν ὑπὲρ τούτου κοπτώμεθα, μηδὲ οὕτω μικροψυχῶμεν· ὅπου γὰρ ἂν ταφῶμεν, τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. p. 561. tom. iv. ed. Savilii. Ubi maxime notandum illud de S. Thomæ sepultura, cujus sepulchrum Indi orientales hodie ostentant. Vide notam supra ad S. PANTÆNUM, vol. I. p. 376. Ceterum his quidem verbis suis haud agnoscere videtur Chrysostomus, sed nescire Philippi apostoli sepulturam Hierapolitanam, neque mentionem fecit SS. Andreæ et Lucæ, quorum reliquias ab Imperatore Constantio Constantinopolim translata fuisse narrat tum Hieronymus, tam Philostorgius, hic in l. III. *Hist. Eccl.* cap. 2. ille *De Viris Ill.* cap. 7.

P. 13. l. 11. μεγάλα στοιχεῖα] Hieronymus et Musculus *elementa* vertit. Christophorsonus *seminaria.* Sed optime Rufinus *lumina* interpretatur. Nam Græci signa zodiaci στοιχεῖα solent appellare. Sic apud Diogenem Laërtium in vita Menedemi πῖλος ἀρκαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα στοιχεῖα. Sic autem vocabant ea signa Gentiles, quod principia vitæ hominum ac fortunæ in iis posita esse existimarent, ut docet Epiphanius in hæresi Pharisæorum. τὰ ματαίως νομιζόμενα εἰς ἀριθμὸν στοιχείων τοῖς πεπλανημένοις ὀνόματα ἃ ζώδια καλοῦσιν. Ubi εἰς ἀριθμὸν ponitur pro εἰς λόγον. Et Hær. Manich. c. 9. Quare fallitur Salmasius in lib. de annis Climact. p. 577. Neque enim Græci στοιχεῖον unquam dixerunt imaginem aut figuram. Septem quoque planetas Græci στοιχεῖα, Latini Elementa interdum vocant. Hieronymus in Epist. ad Hedybiam quæstione 4. *omnis hebdomada in Sab-*

batum, et in primam, et in secundam, et 3. *et* 4. *et* 5. *et sextam Sabbati dividitur. quas Ethnici Idolorum et Elementorum nominibus appellant.* Chrys. in Homil. 58 in Matth. ὁ γὰρ δαίμων ἐπὶ διαβολῇ τοῦ στοιχείου καὶ ἐπιτίθεται τοῖς ἁλοῦσι καὶ ἀνίησιν αὐτοὺς κατὰ τοὺς τῆς σελήνης δρόμους. Nec aliter sumit hoc nomen Gregor. Nyssen. in libr. de vita Sanctæ Macrinæ, ubi ait tantam esse audaciam pictorum, ὡς καὶ αὐτῶν τῶν στοιχείων τὰς εἰκόνας διὰ τῆς μιμήσεως ἀνατυποῦσθαι (conferas Valesii notam ad Theodoreti *Hist. Eccl.* 5. 30.) Valesius. Ut astra recte dicuntur στοιχεῖα, ἀπὸ τοῦ στοιχεῖν, quia ordinatas periodos decurrunt, sic minus commode vocari videntur *elementa,* nisi dixeris ita mundum constare orbibus cœlestibus, ut litteris vocabula et orationem. Sive ut Valesius p. 54. ad Euseb. ideo sic dicta a Gentilibus, quod principia vitæ hominum ac fortunæ in iis posita esse existimarent. Unde astrologi apotelesmatici dicti στοιχειωματικοὶ, Salmas. p. 578. de annis Climactericis. In Testamento supposititio Salomonis apud Gaulminum in notis ad Psellum p. 13. dæmones: ἡμεῖς ἐσμὲν τὰ λεγόμενα στοιχεῖα οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου. Fabricius ad Polycratis loc. apud *Hieronymum De Viris Ill.*

P. 13. l. 12. ἅ τινα ἀναστήσεται] ἅ τινα καὶ ἀναστήσονται *Cedrenus. Hist. Compend.* p. 203. ed. Basil. qui hujus ῥήσεως pauca quædam excerpsit.

Ibid. l. 13. τῇ ἡμέρᾳ] τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ *Euseb.* supra lib. iii. cap. 31. Stroth. Adde *Rufinum,* eo saltem Eusebii loco, *Cedrenum*, *Juliumque Pollucem* in *Chronico*, p. 208. ex codice biblioth. Monacensis ab Hardtio nuper publici juris facto, quod tamen prius ex Ambrosiana Mediolani bibliotheca anno 1779. sine nomine auctoris Julii Pollucis prodierat, ubi hæc Polycratis afferuntur usque ad voces, ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. Habent *codd. Vatic.* et *Vindobon.* modo memorati τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας Κυρίου, *Vindobonensis* tamen articulum τοῦ ante Κυρίου servavit. Extat ἐσχάτῃ l. c. in codd. omnibus.

Ibid. l. 15. ἐξ οὐρανῶν] ἐξ οὐρανοῦ Eusebii *locus prior, codd. Vatic.* et *Vindobon. Juliusque Pollux* in *Chronico.*

Ibid. l. 16. ἀναστήσει] ἀναζητήσει Eusebii *locus prior. codd. Vatic. Rufinusque* utroque loco habens, *requiret.* His adde *Julium Pollucem.* Sed invenisse *Hieronymus* videtur lectionem alteram ἀναστήσει, quam præ se fert Græcus ejus interpres

Sophronius, comprobante Fabricio. Immo etiamsi priorem illum Eusebii locum exprimit *codex Vindobonensis*, in eo tamen libro ἀναστήσει servatur. Et imitatus fortasse est Polycrates additamentum illud τῶν ο' ad finem *libri Job*, γέγραπται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀναστήσει, vel ἀνίστησιν, quod memorat Origenes verba afferens sub init. *Epist. ad Africanum* §. 3. His vero notam subjungendam censui viri doctissimi Keilii ad ed. nuperam *Fabricianæ Biblioth. Gr.* vol. vii. p. 169. Scripserat ibi quoque Fabricius, apud Eusebium iii. 31. male legi ἀναζητήσει pro ἀναστήσει. "De quo "tamen," ait cl. Keilius, "non sine causa contra statuit Tel-"lerus in *Prolus. De Actis inter Asiaticos* &c. *super paschatis* "*tempore*, qua partem Actorum super hac controversia ex "Eusebii Commentariis exhibet p. 13. cui prius illud voca-"bulum præferendum videtur, *non solum ob* ἀναστήσεται, *quod* "*jam adhibuerat, et totum scribendi genus in hac epistola* ἰδιωτι-"κώτερον, *sed maxime etiam ob Rufini auctoritatem, qui ex-*"*presse vertit*, requiret." Judicet lector. Hæc olim attuli. Nunc annotat Burtonus ad locum, "Certo certius videtur "Eusebium, qui non semper sibi constat, scripsisse, in III. 31. "ἀναζητήσει, hic vero ἀναστήσει: utrum scripserit ipse Poly-"crates, judicet lector: sed ἀναζητήσει, ut quod minus aptum "videri posset quam ἀναστήσει, pro ipsa hac causa præfe-"rendum esse existimo." Hæc ille.

P. 13. l. 17. Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστ.] Christophorsonus hoc loco nequaquam boni interpretis officio functus est, qui pro Philippo uno ex 12. Apostolis, Philippum unum ex septem diaconis substituit. Vetus quidem hic error fuit, ut Philippum diaconum et evangelistam cum Philippo apostolo confunderent. Et quia in Actibus Apostolorum cap. xxi. Philippi evangelistæ quatuor filias virgines prophetasse legerant, Philippum apostolum conjugem habuisse et filias suscepisse dixerunt. Ita præter Polycratem Clemens Alexandrinus supra in capite 30. et Papias infra. (vid. supra vol. I. p. 12.) Verum ex Actibus Apostolorum manifesto colligitur Philippum diaconum, eum a quo Eunuchus baptizatus est, et qui quatuor habuit filias prophetantes, alium fuisse a Philippo apostolo. Vide Isidorum Pelusiotam in libro primo Epistola 447. et sequentibus, ubi id apertissime demonstrat. VALESIUS. (Vide

quæ notabuntur ad voces καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ). Φίλιππος τῶν δώδεκα ἀποστ. *Margo Exemplaris Jones.* Φίλιππον τῶν δώδεκα ἀπ. *ed. Steph. Philippus evangelista* Rufin. Stroth. Habet *cod.* quoque *Norfolc.* Φίλιππος ὁ τῶν δ. ἀ. Et *codd. Vatic.* atque *Vindobonensis* habent ὄντα pro τὸν, addiditque *Niceph.* ἕνα post ἀποστόλων. Proxime post Φίλιππος τῶν edit. Steph. adscripsit Scaliger. Nunc refert Burtonus lectionem τὸν τῶν extare in codd. *Med. Maz. Fuket. Savil. Par.* 2. *Veneto*que, sed ait se motum codicum variationibus utroque Eusebii loco τὸν expunxisse. Mihi quidem τὸν istic distinguere videtur inter duos Philippos apostolum et evangelistam.

P. 14. l. 3. καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ] Tertiam hanc Philippi filiam sejungit Polycrates a duabus aliis quæ in virginitate consenuerunt. Ex quo colligitur, tertiam hanc viro nuptam fuisse. Neque vero id pugnat cum capite xxi. Actuum Apostolorum. Responderi enim potest, tum quidem cum ea gererentur quæ memorat Lucas, Philippi filias fuisse virgines. Postea tamen unam ex illis a patre nuptum datam. Idque innuere videtur Clemens Alexandrinus in verbis quæ supra citantur ab Eusebio. (Scil. lib. iii. c. 30. ἢ καὶ τοὺς ἀποστόλους ἀποδοκιμάζουσι· Πέτρος μὲν γὰρ καὶ Φίλιππος ἐπαιδοποιήσαντο. Φίλιππος δὲ καὶ τὰς θυγατέρας ἀνδράσιν ἐξέδωκε· καὶ ὅ γε Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἔν τινι ἐπιστολῇ τὴν αὐτοῦ προσαγορεῦσαι σύζυγον. Hæc verba ex Clem. Al. *Strom.* lib. iii. cap. vi. p. 535. ed. Potteri citantur.) Porro Christophorsonus tertiam hanc Philippi filiam, cum duabus illis prioribus confudit. Cujus versio merito turbavit Baronium, ut patet ex Annalibus ad annum Christi 58. cap. 113. Repetit hunc Polycratis locum Eusebius noster in lib. v. cap. 24. ubi Christophorsonus tres Philippi filias recte distinxit; et priorem suum errorem emendavit. Ceterum quæri hic merito potest, cur Polycrates tres duntaxat Philippi filias memoraverit, cum in Actibus quatuor filiæ Philippi numerentur. Respondeo Polycratem earum duntaxat mentionem fecisse, quæ in Asia mortuæ sepultæque essent, ut videre est in integra ipsius Epistola quæ refertur in libro v. Cum igitur una ex quatuor illis filiabus Cæsareæ aut alibi mortua esset, ideo nullam ejus mentionem fecit Polycrates. Porro ex filiabus Philippi una Hermione, altera Eutychis dicebatur. Sic enim scribitur in Menæo Græcorum. *Die* 4. *Septembris*

commemoratio S. Hermionæ, unius ex quatuor filiabus Philippi apostoli, qui baptizavit Eunuchum Candaces. Hæc et soror ejus Eutychis in Asiam venit post mortem Joannis apostoli, &c. *Sepulta est Ephesi.* Igitur ex Menæo discimus, tertiam illam Philippi filiam, de qua hic loquitur Polycrates, Hermionem appellatam fuisse. Etenim Polycrates eam Ephesi sepultam esse dicit, cum duæ ejus sorores sepultæ essent Hierapoli. VALESIUS, ad priorem Eusebii locum. Volunt et alii multi viri docti confudisse inter se Polycratem Philippum apostolum et Philippum unum ex septem diaconis evangelistam. Proclus quidem Montanista, æqualis fere Polycratis, existimasse videtur, mulieres hasce, quæ in Asia sepultæ sunt, easdem fuisse atque Philippi filias, quæ tanquam prophetissæ in *Actibus Apostolorum* commemorantur. Ita enim loquitur Proclus apud Caium, quem affert Euseb. lib. iii. *Hist.* cap. 31; *μετὰ τοῦτο δὲ προφήτιδες τέσσαρες αἱ Φιλίππου γεγένηνται ἐν Ἱεραπόλει τῇ κατὰ τὴν* Ἀσίαν, *ὁ τάφος αὐτῶν ἐστιν ἐκεῖ, καὶ ὁ τοῦ πατρὸς αὐτῶν.* Idem quoque fortasse censuit Eusebius, quippe qui proxime post subjecit locum ex *Actibus*; sed postea in cap. 39. Philippum Hierapolis incolam *τὸν ἀπόστολον* appellat, cujus filias bene noverat Papias Hierapolis episcopus; cum vero in epistola sua de tribus, non de quatuor feminis, iisque omnibus, ait S. Lucas, prophetantibus, mentionem fecerit Polycrates; cumque constet ex iisdem *Actibus Apostolorum*, Philippum evangelistam cum filiabus suis apud Cæsaream Palæstinæ vixisse, quorum cubicula Paulam proficiscentem Roma ad Bethlehemum vidisse, tradit Hieronymus, *Epitaph. Paulæ* p. 173. ed. Froben. haud plane absurdum fuerit statuere, non confudisse duos inter se Philippos vel Polycratem vel doctissimum patrem Clementem Alexandrinum in lib. iii. *Strom* ubi dicitur apostolus Philippus filias suas in matrimonio collocasse, quod tamen de una tantum ipsarum recte ponas. Saltem credo, neminem, quidquid contra statuit Valesius, dubitasse, quin Philippus diaconus et evangelista in Actibus Apostolorum commemoratus, alius fuerit a Philippo ex duodecim apostolis. Dignum aliquatenus et hoc quoque notatu est, Nicephorum in lib. ii. *Hist.* c. 44. Eusebii illa in lib. iii. jam ante allata repetentem, corrigere auctorem suum; addit enim, agere ea, quæ ex Actibus Apostolorum ab

Eusebio afferuntur, de altero Philippo, non de apostolo, qui in urbe Hierapoli sepultus est. Mitto interim ea, quæ narrat *Martyrologium Romanum* ad 6. Junii, sicut illud *Adonis* ad 8. Id. Jun. de *sepulto* Philippo diacono cum tribus ex filiabus ejus, non Hierapoli, sed Cæsareæ, quoniam ibidem asseritur, quartam filiam ejusdem Philippi plenam Spiritu Sancto Ephesi occubuisse, id quod Polycratis verbis alio detortis debetur. Mitto id quoque, memorare Nicephorum, aliosque scriptores, martyrium passum esse in Hierapoli Philippum apostolum; quia certum est ex Clementis Alex. *Strom.* iv. c. 9. p. 595. ed. Potteri, Heracleonem hæresi quidem Valentinianæ addictum, sed ante medium sæculum secundum florentem, narravisse, Philippum, apostolosque Matthæum, Thomam, Levim, qui viris doctis est Lebbæus, aliter dictus Judas et Thaddæus, mortem siccam absque sanguine obiisse.

Cæterum, quid velit illud ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη de tertia Philippi filia a Polycrate scriptum, satis clare, opinor, ostendunt Hieronymus et Rufinus interpretes, quorum hic vertit *Spiritu Sancto repleta*, ille autem *Spiritu Sancto plena*, hoc est, ni fallor, prophetiæ charismate donata. Melius ergo verba reddit Valesius posteriore hoc Eusebii loco, quam ante, lib. iii. cap. 31. ubi verba Polycratis ita Latine verterat, *quæ spiritualem quandam vitam duxit.* Sed et recte idem Valesius verba similia ejusdem Polycratis de Melitone, qui propheta habitus est, interpretatus est, ubi nota ejus adeunda est. Hæc quidem olim adnotavi. Nunc vero certior factus sum, existimasse virum sane doctissimum Samuelem Parr hic verbo πολιτευσαμένη significari mulierem quæ res sacras in ecclesia administraret; cui quidem interpretationi favet Hieronymus in superioribus hoc modo vertens illud Eusebii de Melitone τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον, *semper Domino serviens.*

P. 14. l. 5. ἣ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται] Textu suo eliminavit ἣ Strothius; idem olim suggerente Jacobo Gronovio in collatione codicum Florentinorum; et nunc quoque Burtonus in utroque loco Eusebiano relativum omisit Rufino vet. interpreti atque Nicephoro ignotum. Verum agnoscunt illud *codd. Regius* et *Parisienses* Hieronymusque in interpretatione. Ceterum ἀναπέπαυται pro ἀναπαύεται scribitur in *codd. Vaticanis* et *Vin-*

dobonensi, atque hoc quidem Eusebii loco ἀνάπαυσται in *cod. Norfolc.* etsi mendose.

P. 14. l. 6. ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης] ὅτι δὲ *ed. Steph.* ἐπὶ δὲ *Bongarsii Lectt.* STROTH. de priori quidem Eusebii loco hoc adnotans. ἔτι τε hoc quidem loco *codex Norf.* Ceterum hæc scribit in *Epistola* sua *ad Clerum Populumque CP.* Concilium Ephesi generale——ἐν τῇ Ἐφησίων (ecclesia), ἔνθα ὁ θεόλογος Ἰωάννης, καὶ ἡ θεοτόκος πάρθενος ἡ ἁγία Μαρία. tom. iii. *Concil. ed. Labbe.* Sed vero Ephesinam S. Mariæ sepulturam, si modo hoc loco sepultura, non sola habitatio ejus significetur, nescivisse Polycrates videtur, qui de ea silet. Joannem autem in illa urbe sepultum fuisse, Cœlestinus episcopus Romanus in *Epistola ad Synodum Ephesinam* his verbis commemorat——τὴν φωνὴν τοῦ Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελίστου, οὗ τὰ λείψανα παρόντες τετιμήκατε, p. 666. ejusd. vol. Ad hæc Ephesi extitisse temporibus illis ecclesiam Joannis nomine appellatam ex Actis ejusdem Concilii constat.

Ibid. l. 7. ἐπὶ τὸ στῆθος] ἐν τῷ στήθει *ed. Steph.* STROTH. Huic addit Burtonus *codd. Reg.* et *utrumque Parisinum.* Non ita vero Stephani *editio* in loco Eusebii priore. Exhibent τοῦ Ἰησοῦ pro τοῦ Κυρίου *codd. Vatic.*

Ibid. l. 9. τὸ πέταλον πεφορεκὼς] Hieronymus in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis hæc Polycratis verba sic vertit: *qui supra pectus Domini recubuit, et Pontifex ejus fuit, auream laminam in fronte portans.* Rufinus vero ita interpretatur: *qui fuit summus sacerdos et pontificale* πέταλον *gessit.* De pontificatu Judæorum hæc non esse accipienda, satis apparet. Neque enim Joannes pontifex fuit Judæorum, aut ex genere sacerdotali. Itaque recte Hieronymus vocem addidit *pontifex ejus*, id est Christi. Tria enim in Joanne notat Polycrates, quæ ad commendationem ejus faciebant. Primum quod sacerdos fuerit, deinde quod martyr; tertio quod doctor seu evangelistes. Proinde ut martyr Christi, ut evangelistes Christi fuit, sic etiam sacerdos Christi intelligatur necesse est. Quod autem de lamina dicit Polycrates, credibile est primos illos Christianorum pontifices exemplo Judaïcorum pontificum, hoc honoris insigne gestasse. Certe et Jacobum fratrem Domini qui primus Hierosolymis episcopus est ordinatus, pontificalem

laminam in fronte gestasse auctor est Epiphanius in hæresi Nazaræorum, et in hæresi 78. Idem de Marco evangelista tradit auctor MS. passionis ejus. *Quem quidem B. Marcum juxta ritum carnalis sacrificii, pontificalis apicis petalum in populo gestasse Judæorum, illustrium virorum syngraphæ declarant: ex quo manifeste datur intelligi, de stirpe eum Levitica, immo pontificis Aaron sacræ successionis originem habuisse.* Valesius. Ad eorum sententiam amplectendam magis propendeo, qui hoc tropice dici velint. Scilicet, summo illi pontifici Judæorum, cui tale ornamentum ex legis præscripto in Exodi cap. xxviii. comm. 36, 37, 38. posito gestare moris erat, confertur Joannes magnus Christi apostolus ac sacerdos, dum innuit collatio ista præstantiam apostoli super illos, qui postea memorantur, martyres et episcopos.

Ita quoque sensu improprio Melitonem hoc loco eunuchum appellari, plerique existimant. Certe premunt alteram petali hujus interpretationem nonnullæ difficultates, quas urget Steph. Lemoynius in *Notis ad Varia Sacra*, pagg. 26, et 27. Neque ea est auctoritas Epiphanii sæculo quarto labante scribentis, qui Jacobum fratrem Domini pontificalem laminam in fronte revera gestasse narrat, ut in re quidem hujusmodi assensum extorqueat. Ac somniasse aliquid de sacerdotio Jacobi tanquam ab Aarone oriundi Epiphanium, constat ex *Hæres.* lxxviii. c. 12. Eundem interea Jacobum solitum esse sindone vestiri, forsan ex imitatione sacerdotum Judæorum, tradit supra vetustissimus auctor Hegesippus, vol. I. p. 208. Cl. autem Lampius *Prolegom. Comment. in Joannis Evangelium* lib. I. cap. iii. §. 4. multos recentiores nominat scriptores, qui ita rem administrari velint, ut tale aliquid, licet fabulosum, de Joanne revera credidisse ac tradidisse statuatur Polycrates. Dum conjecturam facit Binghamus, *Orig. Eccl.* lib. ii. cap. 9. §. 5. loco illo persuasus *Passionis S. Marci*, quem Valesius protulit, narratum fuisse novum istud de duobus apostolis Joanne atque Jacobo, propterea quod sacerdotes fuisse Judaici, stirpeque Aaronica prognati censerentur. Denique Vallarsius ad S. Hieronymum *Lib. De Viris Ill.* uti jam mihi constat opus hoc iterum edituro, hæc docte adnotavit. "Pro-"nomen *ejus*, quod maxime Valesius probat, non addit Poly-"crates, qui nec *auream* laminam dicit, nec *in fronte* gestari

" solitam, sed tantum τὸ πέταλον πεφορηκὼς, nisi si πέταλον, ut " quibusdam placet, bracteam auream significat. Cæterum " nec verisimile sit, auream laminam Joannem in fronte ges- " tasse, ut Valesius et Petavius credunt, sed figurate hoc dici " eo sensu, quo Horatius de virtute prædicat,

" *Non sumit nec ponit secures,*
" *Judicio popularis auræ.*

" Ut perinde sit, auream laminam inter Christianos gestare, " ac pontificis dignitatem, cujus illud insigne est, obtinere. " Ad hunc modum et Epiphanius, qui de Jacobo, et qui idem " de Marco tradit Auctor Passionis ejus a Valesio laudati, " commode exponi possunt." Sed hæc hactenus. Ceterum pro πεφορεκὼς *ed. Steph.* habet priore quidem Eusebii loco, πεφορηκὼς, itidem *Nicephorus, Cedrenus, Julius Pollux*, quam quidem scripturam Readingius illo quidem loco, Strothius autem utroque substituit. Sine causa, atque aliter *editio Valesii*, firmantibus *MStis meis*, forsitan *Vindobonensi*. Et nunc refert Burtonus πεφορεκὼς habere editt. omnes præter Stroth., et codd. scriptos tantum non omnes. Mox omisisse illud, οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται, *Nicephorum*, notat Strothius. Juxta Ephesum sepultum Joannem fuisse tradit et Hieronymus in Lib. *de Viris Ill.* Mentionem autem de Polycarpo a Polycrate hic factam *MStus Bodl.* post illam Sagaris commemorationem posuit.

P. 14. l. 10. καὶ μάρτυς] Conferas Cavium in *Vitis Apostolorum.* p. 122. Certe in insula Patmo exulabat Joannes διὰ τὴν μαρτύριον Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Apoc.* I. 1. 9.

Ibid. l. 13. Πολύκαρπος ἐν Σμύρνῃ] Burtonus ait " π. ὁ. ac " ἐν Σμ. *editiones, codd. Reg. Med. Maz. Fuket. Savil. Norf.* " *Niceph.* ὁ omittit *Paris. Venet. Florentini, Hieron.* qui vertit " *Et Polycarpus episcopus et martyr Smyrnæ cubat*, quos se- " quor." Burtonum nunc secutus sum, quia Polycrates, reliquos sanctos dum memorat, locum sepulturæ eorum signat.

Ibid. l. 15. καὶ Θρασέας] Hic est Thrasea martyr, cujus mentionem facit Apollonius in libro contra Cataphrygas supra cap. 18. in fine καὶ Θρασέα δέ τινος τῶν τότε μαρτύρων μνημονεύει. Hunc in urbe Smyrna martyrio consummatum esse scribit Rufinus, quem secuti sunt Beda, Ado et ceteri qui martyrologia scripsere. Polycrates tamen tantum dixit ὃς ἐν

Σμύρνῃ κεκοίμηται. VALESIUS. Articulum ὁ ante ἀπὸ Εὐμενείας posuit Nicephorus. Corrigebat Εὐμενείας pro Εὐμενίας Strothius. Neque aliter urbis nomen scripsit Sophronius Hieronymi Græcus interpres; suffragantibus Eusebii *MSStis Regio et Parisino priore*, ut testatur Burtonus, et *Dresdense*, referente Heinicheno.

Ibid. l. 19. Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα] Hujus martyris mentionem facit Melito Sardianus episcopus in libro de Pascha his verbis ἐπὶ Σερουϊλίου Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, ᾧ Σάγαρις καιρῷ ἐμαρτύρησεν, ἐγένετο ζήτησις πολλὴ ἐν Λαοδικείᾳ, &c. quæ citavit Eusebius supra in libro iv. (Vid. supra vol. I. pag. 115. et not. ad loc.) Fuit hic episcopus Laodiceæ in Asia: Cujus temporibus commota est quæstio in urbe Laodicea de festo paschali. In veteri martyrologio Romano quod edidit Rosweydus, quinto die Octobris hæc habentur: *Eumeniæ Thraseæ episcopi, apud Smyrnam coronati, qui unus fuit ex antiquis.* Die autem sequenti hæc notantur: *Sagaris episcopi Laodicensis, de antiquis Pauli apostoli discipulis.* VALESIUS. Hujus nomen supra quoque posuit Σάγγαριν *Nicephorus*, Σαβαρὴν *MS. Norfolc.* Videsis de hac, quam ferunt, Paulina disciplina notam ad MELITONIS Fragmenta p. 127.

P. 14. l. 22. Παπείριον τὸν μακάριον] In codice Maz. Med. et Fuk. scriptum inveni Παπίριον, quod est nomen Romanum. Et Polycrates quidem non dicit cujus urbis episcopus fuerit hic Papirius. Invenio tamen apud Symeonem Metaphrastem, Papirium hunc successorem fuisse B. Polycarpi Smyrnæorum episcopi. Verba Symeonis hæc sunt in vita S. Polycarpi, κατέστησε δὲ ὁ Πολύκαρπος καὶ ἄλλους μὲν διακόνους· ἕνα δὲ ᾧ ὄνομα Καμέριος, ὃς καὶ τρίτος ἀπ' αὐτοῦ μετὰ Παπύριον ἐπίσκοπος γεγένηται. Rufinus quoque Papyrium vocat. Sic enim præferunt vulgatæ editiones: sed vetustissimus codex Corbeiensis habet *Papirium.* VALESIUS. Ita per *i* nomen scribitur in *codicibus* quoque *Rufini*, tum meo, tum illo qui in Collegio S. Magdal. Oxon. servatur. In *ed.* autem *Mantuana* anno 1479. impressa extat, *sed et Papiam et Macharium.* Παπίριον item exhibent Eusebii *MSti Bodl.* seu *Savil.* et *Norfolc.* Nunc addit Burtonus *codd. Florentinos*, et *Dresdensem* Heinichenus. Sed Παπύριον cum *υ* *Niceph.* atque *Sophronius* Hieronymi interpres Græcus, etsi Hieronymi codices *Papirium* præstant.

Ibid. l. 24. *τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον*] Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis hæc Polycratis verba ita vertit: *Et Melitonis in sancto Spiritu eunuchi, qui semper Domino serviens positus est in Sardis.* Ex quibus apparet, Hieronymum verba Polycratis male distinxisse in hunc modum: Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι, πάντα πολιτευσάμενον. Rectius Rufinus ita interpretatur *Melitonem propter regnum Dei eunuchum, et Spiritu sancto repletam.* Sic enim supra Polycrates de Philippi filia locutus est, *καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη*, id est *Spiritu sancto repleta.* Certe Melitonem a plerisque prophetam existimatum fuisse testatur ipse Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis ita de eo scribens. *Hujus elegans et declamatorium ingenium laudans Tertullianus in septem libris quos scripsit adversus ecclesiam pro Montano, dicit eum a plerisque nostrorum prophetam putari.* VALESIUS. *τὸν* abest a *Niceph.* STROTH.

P. 15. l. 3. *περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν*, &c.] Clemens Romanus in *Epistola*, *οἳ φανερωθήσονται ἐν τῇ* ʼΕΠΙΣΚΟΠῌ *τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ.* cap. 50.

Ibid. l. 5. *οὗτοι πάντες* &c.] Hæc Polycratis, de quibus supra egi pag. 117. &c. sua fecerat vel ante Eusebium scribens Anatolius Laodicenus, sæculi tertii auctor, in *Canone* suo *Paschali*, cujus vetus versio ab Ægidio Bucherio primum edita est. Sic vero Anatolius, aut saltem Latinus opusculi interpres Rufinus, Polycratis verbis prius allatis; *Illi quidem* in XIV. die mensis primi diem paschæ observabant, secundum evangelium, *ut putabant*, nihil omnino extrinsecus addentes, sed fidei regulam per omnia conservantes. *Hi autem* (alterius sententiæ statores) *Dominicæ passionis diem transeuntes, ut tristitia ac mœrore repletum, confirmant ne liceat aliquando, nisi in die Dominica in qua resurrectio Domini a morte facta est, et in qua nobis exorta est sempiternæ causa lætitiæ, Dominicum paschæ celebrare mysterium.* sect. vi. p. 445. edit. Antverp. Verba porro Polycratis, *κατὰ τὸ εὐαγγέλιον*, ita interpretanda esse videntur: ii omnes vespera, hoc est, ineunte sacro die paschatis *τοῦ σταυρωσίμου*, cœnabant, *quemadmodum fecerat Christus D. N.* non expectantes per biduum resurrectionis diem, ut pascha celebrarent.

P. 15. l. 12. *πάντων ὑμῶν*] *ὑμῶν καὶ πάντων Niceph.* Stroth. *ὑμῶν πάντων* verso tantum ordine *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 15. *οἷς καὶ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν*] Papias supra, p. 8. *εἰ δέ που καὶ παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι.* Polycratem ita vertit Rufinus. *Sed et ego omnium vestrum minimus Polycrates secundum traditionem parentum meorum observo, eorum duntaxat, quos et ab initio secutus sum.*

Ibid. l. 16. *ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς* &c.] Rufinus existimavit septem ordine parentes seu propinquos Polycratis, episcopatum Ephesi gessisse. Sic enim vertit: *Septem namque ex parentibus meis per ordinem fuerunt episcopi, et ego octavus.* Certe hic sensus ex verbis Græcis elici potest. Tamen cum Polycrates non addat, propinquos suos Ephesinæ urbis omnes episcopos fuisse, possumus intelligere illos in diversis Asiæ urbibus sacerdotium obtinuisse. Valesius. Rufin. *septem ex parentibus meis.* Ubi *parentes* pro cognatis posuit, non pro genitoribus, ut Brutus *parens Tarquinii* Eutropio lib. I. cap. 7. et *Getæ Gepidæque parentes* Jornandi c. 17. Plura scriptorum loca notarunt Viri docti ad scriptores Hist. August. et Menagius Originibus Gallicis in *parent.* Fabricius ad Polycratem apud *Hieron.* Fieri poterat, ut ex Polycratis domo hi episcopi, quorum traditionem ille se secutum esse ait, ab Ephesiis longo ordine desumpti essent, cum propter alia merita, tum propterea quod primitiæ Ephesinæ ecclesiæ, vel inter primitias ejus, domus ista fuisset. Ita hujusmodi quid de Stephanæ domo in *epist. priore ad Corinthios* capite ultimo ab apostolo significatum esse non nemo, sed vir doctus, haud inepte statuit, cujus nomen memoria mea excidit. Apud ethnicos quidem per multas ætates

——*domus Herculei custos Pinaria sacri.*

Virg. *Æn.* viii. 270.

Et, quod ad rem magis pertinet, diu post excisam urbem sacram manebat inter Judæos mos ille ipsorum vetustus, ut in officiis parentibus filii succederent. Cons. Epiphan. *Hær.* xxx. n. 7. Sed vel propius accedit Jacobi fratris Domini in episcopatu Hierosolymæ constitutio, Symeonisque ex cognatis ejus in eadem sede successio, atque sacerdotalia nepotum Judæ, alterius fratris Domini, munera, quos *ἡγήσασθαι τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς ἂν δὴ μαρτύρας ὁμοῦ καὶ ἀπὸ γένους ὄντας τοῦ Κυρίου.*

diserte affirmat Hegesippus supra pag. 214. electionem tamen factam significans tam ob merita, quam ob cognationem. Posteris quoque temporibus adhuc perstitisse eundem morem apud Armenios ostendit Canon. XXXIII. *Concilii in Trullo*, qui sic incipit. Ἐπειδήπερ ἔγνωμεν ἐν τῇ τῶν Ἀρμηνίων χώρᾳ μόνους ἐν κλήρῳ τοὺς ἐκ γένους ἱερατικοῦ κατάγεσθαι, Ἰουδαϊκοῖς ἔθεσι ἑπομένων τῶν τοῦτο πρότερον ἐπιχειρούντων. Ubi statuit Concilium, dignos, qui in cleri catalogum referantur, promovendos esse, sive sint ex sacerdotibus majoribus suis orti, sive non. Verum etiam diu post hoc ævum apud Scotos, Hibernos, Britonesque inveterasse hanc consuetudinem, refert cl. Jamieson in *Veterum Culdeorum Historia* capp. 2. et 3.

P. 15. l. 19. καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον] Horum loco Hieronymus habet, *semper pascha celebravi, quando populus Judæorum azyma faciebat*, adeoque verba οἱ συγγενεῖς aut non legit, aut expungenda duxit. Ea retinuit Rufinus. COUSTANT. ad Polycratis Fragmentum, quod *Rom. Pontificum Epistolis* inseruit pag. 98. Hoc quoque Fragmentum cum Valesii notis repetiit in *Bibliothecæ* suæ *PP.* tomo ii. cl. Gallandius.

Ibid. l. 20. ὅταν ὁ λαὸς ἤρνυε] ὅταν ὁ λαὸς ἤρτυε. Hæc lectio ferri non potest. Nam quartadecima luna primi mensis populus Judæorum non parabat fermentum, sed potius projiciebat. Sic enim diserte Lex jubet. Quare hoc loco restituenda est scriptura optimorum codicum Vaticani, Regii et Mazarini, in quibus diserte scriptum est ἤρνυε τὴν ζύμην. In Fuk. scriptum inveni ἤρνευε. Sed et in codice Medicæo prius scriptum erat ἤρνυε: sed postea erasa litera ν, ejus loco τ substitutum est. Est autem ἀρνύειν plebeium vocabulum: cujusmodi verbis amat uti Polycrates, ut ex hac epistola apparet. Significat autem tollere, removere: unde et ἀρνεῖσθαι. Ceterum in antiquis codicibus Vaticano et Mazarino ad marginem scriptum est eadem manu Γρ. ἤρτυε, id est, alias scribitur ἤρτυε. Quam deteriorem lectionem Rob. Stephano placuisse miror. Certe Rufinus ἤρνυε legit, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit. *Qui omnes ita observarunt hunc diem, ut conveniret cum illo quo fermentum Judæorum populus aufert.* Facessat igitur deinceps emendatio eorum, qui ἤρτυε τὰ ἄζυμα hic restituunt. VALESIUS. ἤρτυε τὰ ἄζυμα *Christoph. Lectt.* idem conjicit Langus ad *Nicephor.* (qui habet ὅτε τῶν Ἰουδαίων ὁ λαὸς

ἤρυνε τὴν ζύμην.) STROTH. Veriorem lectionem *ἤρυνε* præstat *MS. Bodl.* seu *Savil.* eodemque sensu *ἦρε MS. Norfolc.* Hesychius Ἤρυνεν, ἠκυβίστα interpretatus est. Vet. Gloss. Κυβιστιᾷ, *cernulat.* Anglice *turns topsy-turvy.* Nunc addit MSStis *ἤρυνε* præstantibus *codicem Dresdensem* Heinichenus, et *Parisinos*, *Venetum*, et *Florentinum priorem* a prima manu Burtonus; sed *ἤρτυε* habere a manu prima *posteriorem* ait. Ceterum voces *τῶν Ἰουδαίων* ante illas *ὁ λαὸς* ex *Nicephoro*, *Rufino*, *Christophorsono*, recepit Strothius, quæ tamen magis ex interpretamento orta sunt. Mox *ἐγὼ γοῦν* pro *ἐγὼ οὖν* *Niceph.*

P. 15. l. 22. *ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ*] Nisi aliud suaserint ea quæ de Polycratis cognatis supra memorantur, annos numerare hic Polycrates videretur a conversione sua ad Christum, cum ortus esset ab ethnicis parentibus. Omnes vero vitæ suæ annos venerandum senem recensere Tillemontius putat in *Mem. Eccl. S. Victor.* Art. v. Et forsitan eodem sensu Polycarpus proconsuli ad maledicendum Christo se cohortanti pulcherrime respondet, Ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη ἔχω δουλεύων αὐτῷ καὶ οὐδέν με ἠδίκησεν· καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου, τὸν σώσαντά με; §. 9. Certe duo veteres scriptores, qui sunt *Chronici Alexandrini* auctor p. 258 et Gregorius Turonensis *Hist. Francorum* i. 28. verba Polycarpi ita interpretati sunt. Sed tamen multi viri docti de annis fidei, non vitæ, hæc Polycarpi intelligere malunt; de quibus nunc licet consulere cl. Jacobsonum ad *S. Polycarpi Martyrium.* Ceterum *καὶ* ante *πέντε*, quod præstant *ed. Steph.* et *Rufinus*, textui restituit Strothius, dum notat scriptum fuisse istud numeris *ξέ*, ut apud *Nicephorum* extat, ideoque a diversis librariis pro arbitrio vel cum copula vel sine ea scribi potuisse. Ita copulam habente *MS. Norfolc.* et ut testatur Burtonus, *codd. Regio* et *Parisinis*, non habet *MS. Bodl.* nec fortasse invenit eam *Hieronymus.*

P. 16. l. 7. *ἢ ἀνθρώποις.*] Post hæc ait Eusebius, Τούτοις ἐπιφέρει περὶ πάντων γράφων τῶν συμπαρόντων αὐτῷ, καὶ ὁμοδοξούντων ἐπισκόπων, ταῦτα λέγων· ἘΔΥΝΑΜΗΝ δὲ &c. *Posthæc de episcopis, qui simul aderant, cum hæc scriberet, et eadem cum ipso sentiebant, sic loquitur.* POSSEM etiam &c. Conjungenda autem erant, ut in Græcis faciendum curavi, duo hæc

Polycratis loca, quum olim ab auctore interjectum esse nihil videretur. Et video Coustantium hac de re mihi consentientem, qui, ubi supra, scil. ad *Epp. Rom. Pontif.* p. 99. hanc Rufini culpat interpretationem, *Et post pauca, de his qui secum aderant episcopis ista subjungit.* *Nicephorus* tamen locum in hunc modum refinxit; Ἐπὶ δὲ τῷ τέλει καὶ πάντων μέμνηται τῶν συμπαρόντων καὶ ὁμοδοξούντων αὐτῷ ἐπισκόπων, ταῦτα λέγων. Ceterum ex edit. Eusebii principe sive *Steph.* recepit in suam Strothius, τούτοις ἐπιφέρει περὶ τῶν γράφοντι συμπαρόντων αὐτῷ καὶ ὁμοδοξούντων ἐπισκόπων· ταῦτα λέγων, ubi notat, πάντων *Nicephorum* legisse videri, sed *Rufinum* ad Stephani lectionem propius accedere. Certe lectio Stephaniana sententiam illorum vel fortius propugnat, qui hanc epistolam synodicam fuisse autumant, quod quidem alii negarunt. Similiter *cod. Norfolc.* habet τούτοις ἐπιφέρει συμπάντων παρόντων αὐτῷ καὶ ὁμοδοξούντων ἐπισκόπων &c. Strothium secutus est Zimmermannus.

P. 16. l. 8. Ἐδυνάμην δὲ] ἠδυνάμην δὲ *Niceph.* Et abest τῶν ab *ed. Steph.* ante συμπαρόντων. Stroth. Omittit particulam δὲ, referente Burtono, *Codex Savil.*

Ibid. l. 9. οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ] Scripserat igitur Victor Papa ad Polycratem Ephesinæ urbis episcopum, ut convocato episcoporum Asiæ concilio, literas suas et sententiam Romani concilii de celebratione festi paschalis ipsis recitaret: minatus sese illum a communione Romanæ ecclesiæ segregaturum, nisi decretis suis obtemperaret. Et minis quidem Victoris ita respondet Polycrates, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις. Ceterum quod attinet ad convocationem episcoporum, Polycrates Victori obtemperavit, ut ex hoc loco apparet. Valesius. Tandem finita est hæc controversia Nicæni Concilii decreto.

Ibid. l. 11. ἰδόντες τὸν μικρόν μου ἄνθρωπον] εἰδότες *Niceph. Rufin.* Non male. Stroth. *Qui omnes scientes parvitatem meam consensu suo quæ scribimus confirmant,* Rufini interpretatio est. Nunc addit Burtonus εἰδότες habere *codd. Med. Maz. Fuket. Savil. Florentinos*que; sed et *Dresdensem* Heinichenus. Quod ad τὸν μικρόν μου ἄνθρωπον attinet, adnotat cl. Heinichen. ad h. l. sæpius genitivum ita poni, ut vel speciem significet, quæ subjicitur generi, vel appositionis partes te-

neat. Sic ille. Apostolus habet similem vocum constructionem, *ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος, Rom.* vi. 6. et *ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος,* 2 *Cor.* iv. 16.

P. 16. l. 13. *ἀλλὰ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ*] *Stephani* quidem lectionem *ἀλλὰ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ,* Strothius restituit, præstante quoque *Nicephoro, ἀλλ' ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Vertit Rufinus, *in disciplina* Christi *semper conversati sumus.* Nunc addit Burtonus *cod. Regium* et *Parisinos.* Sed cum lectione a Valesio recepta consentiunt ceteri MSSti.

CONCILIUM LUGDUNENSE.

FRAGMENTA SYNODICÆ EPISTOLÆ,

QUAM SCRIPSIT

S. IRENÆUS, LUGDUNENSIS EPISCOPUS,

AD VICTOREM EPISCOPUM ROMANUM,

FERME EXEUNTE SÆCULO SECUNDO.

——ΟΥΔΕ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας. οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. (for. ut Vet. Interp. συμμετροῦντες, ὁρίζουσι τὴν ἡ. αὐ.) καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων· οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν· τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς ὡς εἰκὸς κρατούντων, τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων· καὶ οὐδὲν ἔλαττον πάντες οὗτοι εἰ-

— Neque enim de die solum controversia est, sed etiam de forma ipsa jejunii. Quidam enim existimant unico die sibi esse jejunandum: alii duobus, alii pluribus: nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem suum metiuntur. Atque hæc in observando jejunio varietas non nostra primum ætate nata est, sed longe antea apud majores nostros cœpit: qui negligentius ut verisimile est præsidentes, ex simplicitate et imperitia ortam consuetudinem posteris tradiderunt. Nihilominus tamen et omnes isti pacem inter

ρήνευσάν τε, καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας, τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι. Attulit hæc Eusebius lib. v. *Hist.* c. 24. et proxime post ait:

Τούτοις καὶ ἱστορίαν προστίθησιν (Irenæus) *ἣν οἰκείως παραθήσομαι τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον.*

Ἐν οἷς καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος πρεσβύτεροι οἱ προστάντες τῆς ἐκκλησίας ἧς σὺ νῦν ἀφηγῇ, Ἀνίκητον λέγομεν καὶ Πίον, Ὑγῖνόν τε καὶ Τελεσφόρον καὶ Ξύστον, οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν, οὔτε τοῖς μετ' αὐτῶν ἐπέτρεπον· καὶ οὐδὲν ἔλαττον αὐτοὶ μὴ τηροῦντες, εἰρήνευον τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν ἐν αἷς ἐτηρεῖτο ἐρχομένοις πρὸς αὐτούς. καίτοι μᾶλλον ἐναντίον ἦν τὸ τηρεῖν, τοῖς μὴ τηροῦσι. καὶ οὐδέ ποτε διὰ τὸ εἶδος τοῦτο ἀπεβλήθησαν τινές· ἀλλ' αὐτοὶ μὴ τηροῦντες οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι, τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηροῦσιν ἔπεμπον εὐχαριστίαν. καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου· καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς

se retinuerunt, et nos invicem retinemus. Ita jejuniorum diversitas consensionem fidei commendat.

Narrationem deinde subjungit, quam hic opportune inseram. Est autem hujusmodi.

Sed et presbyteri illi qui ante Soterem, ecclesiam cui tu nunc præes gubernarunt: Anicetum dico et Pium et Hyginum cum Telesphoro et Xysto, neque ipsi unquam observarunt: neque his qui cum ipsis erant, ut id observarent permiserunt. Ipsi tamen cum hoc minime observarent, pacem nihilominus colebant cum iis qui ad se venissent ex ecclesiis in quibus id observabatur. Atqui observantia inter eos qui minime observabant tanto magis contraria videbatur. Nec ulli unquam ob ejusmodi consuetudinem rejecti sunt. Verum illi ipsi qui te præcesserunt presbyteri, quamvis id minime observarent, ecclesiarum presbyteris qui id observabant, eucharistiam transmiserunt. Et cum beatissimus Polycarpus Aniceti temporibus Romam venisset, atque inter illos de quibusdam aliis rebus modica esset controversia, statim mutuo pacis osculo se complexi sunt: de hoc capite

ἀλλήλους, εὐθὺς εἰρήνευσαν· περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου μὴ φιλεριστήσαντες εἰς ἑαυτούς. οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα· οὔτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς· καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων καὶ τῶν τηρούντων καὶ τῶν μὴ τηρούντων.
Apud Eusebium ibidem.

non magnopere inter se contendentes. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere unquam poterat ut observare desineret, quippe qui cum Joanne Domini nostri discipulo, et cum reliquis apostolis quibuscum familiariter vixerat, eum morem perpetuo observasset. Neque item Polycarpus Aniceto persuadere conatus est ut observaret, cum Anicetus eorum qui ante se fuerant presbyterorum morem sibi retinendum esse diceret. Quæ cum ita se haberent, communicarunt sibi invicem: Et Anicetus in ecclesia consecrandi munus Polycarpo honoris causa concessit: tandemque cum pace a se invicem discesserunt: tam iis qui observabant, quam illis qui minime observabant, pacem communionemque totius ecclesiæ retinentibus.

Ex eadem Epistola.

Ἐν ᾧ ἄν τις δύναιτο εὖ ποιεῖν τοῖς πλησίον καὶ οὐ ποιεῖ· ἀλλότριος τῆς ἀγάπης τοῦ Κυρίου νομισθήσεται.
Hoc attulit Maximus Confessor Serm. 7. *De Eleemosyna,* tom. ii. Op. p. 554. ed. Combefis.

In quacunque re possit aliquis proximis benefacere, nec faciat, alienus a Domini dilectione habebitur.

ANNOTATIONES

IN CONCILIUM LUGDUNENSE.

P. 39. l. 6. Οὐδὲ γὰρ μόνον &c.] His præmittit Eusebius. Ἐπὶ τούτοις (h. e. postquam epistolam accepit Victor, quæ jam ante adducta est, Polycratis) ὁ μὲν τῆς Ῥωμαίων προεστὼς Βίκτωρ, ἀθρόως τῆς Ἀσίας πάσης ἅμα ταῖς ὁμόροις ἐκκλησίαις τὰς παροικίας ἀποτέμνειν ὡς ἑτεροδοξούσας, τῆς κοινῆς ἑνώσεως πειρᾶται· καὶ στηλιτεύει γε διὰ γραμμάτων, ἀκοινωνήτους ἄρδην πάντας τοὺς ἐκεῖσε ἀνακηρύττων ἀδελφούς. ἀλλ' οὐ πᾶσί γε τοῖς ἐπισκόποις ταῦτ' ἠρέσκετο. ἀντιπαρακελεύονται δῆτα αὐτῷ, τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον ἑνώσεώς τε καὶ ἀγάπης φρονεῖν. φέρονται δὲ καὶ αἱ τούτων φωναὶ, πληκτικώτερον καθαπτομένων τοῦ Βίκτορος. ἐν οἷς καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν ἡγεῖτο κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφῶν ἐπιστείλας, παρίσταται μὲν τῷ δεῖν ἐν μόνῃ τῇ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως ἐπιτελεῖσθαι μυστήριον· τῷ γεμὴν Βίκτορι προσηκόντως ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας ἐκκλησίας Θεοῦ ἀρχαίου ἔθους παράδοσιν ἐπιτηρούσας, πλεῖστα ἕτερα παραινεῖ· καὶ αὐτοῖς δὲ ῥήμασι τάδε ἐπιλέγων. ΟΥΔΕ γὰρ μόνον &c. &c. *His ita gestis, Victor quidem Romanæ urbis episcopus illico omnes Asiæ vicinarumque provinciarum ecclesias*

tanquam contraria rectæ fidei sentientes, a communione (vel, *a communi unitate,* uti vertit Christophorsonus) *abscindere conatur; datisque literis universos qui illic erant fratres proscribit, et ab unitate ecclesiæ prorsus alienos esse pronuntiat. Verum hæc non omnibus placebant episcopis. Proinde Victorem ex adverso hortati sunt, ut ea potius sentire vellet quæ paci et unitati caritatique erga proximum congruebant. Exstant etiamnum eorum literæ, quibus Victorem acerbius perstringunt. Ex quorum numero Irenæus in epistola quam scripsit nomine fratrum quibus præerat in Gallia, illud quidem defendit, solo die Dominico resurrectionis Domini mysterium esse celebrandum: Victorem tamen decenter admonet, ne integras Dei ecclesias morem sibi a majoribus traditum custodientes, a communione abscindat. Et post multa alia in eam sententiam dicta, his etiam utitur verbis.* NEQUE enim de die solum &c. &c.

Quamquam studet in annotatione ad hæc Eusebiana ostendere Valesius, Romanum episcopum ecclesias Asiæ a communione non revera sejunxisse, sed id tantum conatum atque interminatum esse, tamen plerique docti etiam contrariarum inter se partium hac de re aliter sentiunt, verbis illis Eusebii præcipue nixi; καὶ στηλιτεύει γε διὰ γραμμάτων, ἀκοινωνήτους ἄρδην πάντας τοὺς ἐκεῖσε ἀνακηρύττων. Certe Nicolaus primus sæculo nono papa Romanus, jus excommunicationis sedi suæ vindicans, hæc scribit in *Epistola ad Manuelem Imperatorem. Deinde cum Asiani omnes inter cæteros, evangelista Joanne auctore, quarta decima luna cum Judæis putarent pascha celebrandum, hos præsul meritis et nomine Victor a communione collegii separavit. At illi omnes cum nonnullis ecclesiarum præsulibus non solum huic manus minime præbuerunt, verum etiam pertinaciæ redarguerunt.* Ep. ix. tom. viii. *Concil.* Labbe et Cossart p. 341. Scripserat enim Hieronymus in lib. *De Viris Ill.* voce *Irenæus.—Feruntur ejus et aliæ ad Victorem episcopum Romanum de quæstione paschæ epistolæ: in quibus commonet eum non facile debere unitatem collegii scindere. Siquidem Victor multos Asiæ et Orientis episcopos, qui decima quarta luna cum Judæis pascha celebrabant, damnandos crediderat. In qua sententia hi qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt manus.* Cum Eusebiano autem loco Cornelii ille apud eundem Eusebium lib. vi. cap. 43. etiam propter alias causas conferri

meretur, ubi Romanus ille episcopus de Mose beato martyre, qui presbyter tantum fuit, hoc ait, ἀκοινώνητον ἐποίησε (Novatum, seu Novatianum,) σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποσχίσασιν ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας, hoc est, ut recte ibidem adnotat ipse Valesius, se a communione illorum separavit. Id quod fortasse Victor de Asianis perfecit, re insuper ceteris ecclesiis per literas significata, atque ad earum imitationem proposita; τὰς παροικίας ἀποτέμνειν, inquit historicus, ὡς ἑτεροδοξούσας τῆς κοινῆς ἑνώσεως πειρᾶται. Sed conatus spem frustratus est. Victoris autem pertinacia hisce literis Irenæi expugnata tandem fuisse tum Dodwello aliam rem agenti videtur, *Dissert.* iii. in *Irenæum*, §. 23. p. 266. tum Coustantio ad *Epistolas Rom. Pontif.* pag. 99. cujus notam ad finem fragmenti hujus apponam; in qua præcipue observandum est Anatolii Laodiceni episcopi pro pace redintegrata testimonium, *utrisque partibus,* ait ille, *in sua regula perseverantibus.* Is, ut dixi, ante Eusebium sæculo tertio nondum finito scripsit; et ibidem præterea refert, sect. vi. *Can. Paschalis,* p. 444. ed. Antv. episcopos omnes Asiæ ad usque sua tempora paschale festum luna decima quarta celebrasse. Constantini vero temporibus ecclesias hasce etiam ante habitam synodum Nicænam in usitatiorem morem cessisse ipse testatus imperator est in *Epistola ad Ecclesias De Synodo Nicæna* apud Euseb. *De Vita Constantini* lib. iii. cap. 19. Ita haud diuturnum fuit dissidium, ecclesiarumque Asianarum disjunctio ab urbis Romæ episcopis. Ceterum illis assentiendum esse haud puto, qui ex Eusebii verbis in historia sua præmissis colligant, duo tantum, vel maxime tria concilia, quæ sunt, Ephesinum sub Polycrate, Cæsariense sub Theophilo, Romanumque sub Victore, in hac causa esse celebrata, nec synodicas fuisse epistolas quæ ab episcopis Galliæ, Ponti, Orientis, Corinthive sint conscriptæ. Adisis verba ipsa Eusebii, quæ ad initium CONCILII CÆSARIENSIS in notis collocavi.

P. 39. l. 6. περὶ τῆς ἡμέρας] Si quis cum Irenæanis istis tres locos contulerit FRAGMENTI POLYCRATIS in pag. 371. lin. 3. et lin. 15. et pag. 369. lin. 7. is mecum fortasse sentiet, hic quidem agi de die, quo oporteret epulum paschale celebrare Christianos, uti supra docuit Moshemius, non de festo resurrectionis Christi, etsi hoc quoque per accidens, ut loquuntur,

venerit in controversiam. Dissentiendi enim ab Asiaticis causa fuit contraria opinio aliorum fere omnium judicantium, haud alio die atque Dominico mysterium resurrectionis Domini celebrandum, simulque solvendum paschale jejunium, ut docet Eusebius V. 23. Atque melius esse differre epulum, quod in memoriam ultimæ cœnæ celebratum est, quam anticipare diem Dominicum, statuit non tantum Eusebius, cap. 23. sed etiam scriptor ille tertii sæculi Anatolius, *Can. Paschal.* sect. vii. *Nos*, inquit, *usque ad* xx. *lunam propter diem Dominicam melius extendi pascha decernimus, quam propter* xiv. *lunam diem Dominicam anticipare; in qua nobis in principio lux, et nunc in fine omnium bonorum præsentium commoda, et auspicia futurorum ostensa sunt.* Vindicari autem paschæ comedendæ morem Dominicæ diei propter resurrectionem Domini novimus omnes; eodem sic scribente Anatolio §. xii. *Si* xv. *vel.* xvi. *et usque ad* xx. *luna fuerit inventa, pro reverentia Dominicæ resurrectionis, quæ in die Dominica facta est, nobis similiter celebrandum est; ita tamen ut principium paschæ finem solemnitatis eorum, id est vicesimam lunam, non excedat.*

P. 39. l. 7. ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας] Duplicem ait Irenæus tunc temporis fuisse dissensionem in ecclesia: primam de die paschæ, alteram de forma jejunii. Non dicit dissensionem fuisse de jejunio, sed tantum de jejunii forma; id est quot diebus esset jejunandum, ut postea explicat Irenæus. Omnes enim, tam ii qui pascha die Dominico celebrabant, quam illi qui cum Judæis quarta-decima luna festum illud peragebant, in eo quidem conveniebant, quod ante pascha jejunarent. Quod jejunium ex traditione apostolica susceperant perinde ac festum paschale. Certe Eusebius in libro secundo, capite decimo-septimo, testatur Christianos in Ægypto temporibus beati Marci evangelistæ, paschale jejunium celebrasse. Ac licet fortasse quis concesserit Eusebium illic falli, qui Therapeutas illos de quibus Philo in libro de vita contemplativa, Christianos fuisse crediderit: illud tamen ex eo loco colligitur, paschale jejunium usitatum fuisse temporibus apostolorum juxta Eusebii sententiam. Idem quoque ex Epiphanio licet colligere. VALESIUS.

Ibid. τῆς νηστείας] Tres apud veteres Christianos fuere jejunii species. Primum fuit jejunium quartæ et sextæ feriæ,

quod solvebatur hora diei nona, post finem stationis seu συνάξεως. Quare a Tertulliano vocantur stationum semijejunia. In typico monasterii sancti Sabæ dicitur νηστεία τῆς ἐννάτης. Secunda species fuit jejunium quadragesimale, quod sub vesperam solvebatur. Nam hora nona fiebat Synaxis, et post missarum solemnia vespertinum canebatur officium, ac deinde populus dimittebatur, ut docent Epiphanius, Amalarius et concilia Anglicana. Tertium genus jejunii fuit omnium strictissimum, quod usque ad galli cantum et primæ lucis exortum producebatur. Quod idcirco ὑπέρθεσις dicebatur, Latine superpositio. Hæc tria jejunandi genera aperte distinguit Epiphanius in expositione fidei Catholicæ, quæ legitur ad calcem librorum illius contra hæreses. Postquam enim de jejunio quartæ ét sextæ feriæ, itemque de jejunio quadragesimæ locutus est, transiens ad jejunium paschalis hebdomadis, ait fideles per eam hebdomadam solo pane et aqua vesci ad vesperam. Additque ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαῖοι διπλᾶς καὶ τριπλᾶς καὶ τετραπλᾶς ὑπερτιθέασι, καὶ ὅλην τὴν ἑβδομάδα τινὲς ἄχρις ἀλεκτρυόνων κλαγγῆς. Id est: *Verum hi qui studiosi sunt, biduum ac triduum et quatriduum superponunt: quidam totam hebdomadem usque ad galli cantum.* Dionysius quoque Alexandrinus in epistola ad Basilidem, νηστείαν et ὑπέρθεσιν aperte distinguit. Postquam enim dixit, per sex illos jejuniorum dies qui pascha antecedunt, non ex æquo ab omnibus jejunari, subdit hæc verba. οἱ μὲν πάσας ὑπερτιθέασιν ἄσιτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας, οἱ δὲ οὐδεμίαν· καὶ τοῖς μὲν πάνυ διαπονηθεῖσιν ἐν ταῖς ὑπερθέσεσιν, εἶτα ἀποκαμοῦσι καὶ μονονοὺ ἐκλείπουσι, συγγνώμη τῆς ταχυτέρας γεύσεως· οἱ δέ τινες οὐχ ὅπως οὐχ ὑπερτιθέμενοι, ἀλλὰ μηδὲ νηστεύσαντες, [ἢ καὶ τρυφήσαντες τὰς προαγούσας τέσσαρας, εἶτα ἐλθόντες ἐπὶ τὰς τελευταίας δύο καὶ μόνας ἡμέρας, αὐτὰς ὑπερτιθέντες τήν τε παρασκευὴν καὶ τὸ σάββατον, μέγα τι καὶ λαμπρὸν ποιεῖν νομίζουσιν ἂν μέχρι τῆς ἕω scil. Dominicæ resurrectionis διαμείνωσιν.] Id est: *Alii quidem totum sex dierum spatium superponunt, jejuni perseverantes: alii vero biduum, quidam triduum, nonnulli quatriduum: alii ne unum quidem diem superponunt. Et iis quidem qui multum in superpositionibus desudarunt, ac deinde fessi propemodum deficiunt, indulgenda est celerior refectio. Si qui vero non modo non superposuerunt, sed ne jejunarunt quidem,*

&c. Vides jejunium a superpositione hic distingui a Dionysio: et ὑπέρθεσιν quidem sumi pro abstinentia a cibo usque ad galli cantum: jejunium vero pro inedia usque ad vesperam. Tertullianus quoque tres agnoscit species jejunii. Primam penitus sublati cibi: secundam diminuti; tertiam demorati. Primam simpliciter jejunium solet appellare: secundam vero alicubi vocat portionale jejunium et Xerophagiam: tertiam, stationum semi-jejunia. Cum tres ergo fuerint species jejunii, quæri non immerito potest, de qua loquatur hic Irenæus. Ac primum constat Irenæum non hic loqui de jejunio quartæ et sextæ feriæ, seu de jejunio stationum. Quippe Irenæus hic manifeste loquitur de jejunio diei solidi, non autem dimidiati. Ait enim οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, &c. At jejunium quartæ et sextæ feriæ, non erat plenum jejunium, nec diei solidi, ut supra dixi. Quare locus Irenæi de hoc jejunio intelligi non potest. Restat ergo ut vel de jejunio quadragesimali quod solvebatur ad vesperam, vel de superpositione locum hunc accipiamus. Ac Dionysius quidem Alexandrinus et Epiphanius in locis supra memoratis suadere videntur, ut de superpositione potius intelligamus. VALESIUS. Hæc vir eruditissimus; ut vero cum eo sentiendum, verba quæ proxime post sequuntur interpretanda esse de *horarum* quadraginta jejunio, οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦντες &c. ita verbis hisce οἱ μὲν γὰρ μίαν ἡμέραν &c. ab Irenæo indicatum putem, cetera jejunia memorata diversæ formæ fuisse, neque per noctem, sive horas nocturnas, continuata; sed ad vesperam completa. Attamen nullus dubito, quin omnes fideles Irenæi temporibus, qui die proximo ante resurrectionis festum jejunaverint, *superposuisse*, sive jejunium continuasse ad tempus, quo Dominum crederent resurrexisse. Qua autem hora noctis id factum, minime inter se consentiebant Christiani; εἴγε καὶ ἄδηλος ἦν, ait aut Glycas, aut Isidorus Pelusiota apud Glycam, ἡ ὥρα τῆς ἀναστάσεως, καθὰ δὴ καὶ ἡ τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ. *Annal.* P. iii. p. 223. ed. Labbæi.

P. 39. l. 7. οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν &c.] Hæc Irenæi verba varie a variis accepta sunt, dum pro suo quisque studio Irenæum ad suas partes trahere conatur. Bellarminus quidem de quadragesima locum hunc intellexit, id est de

quadraginta dierum jejunio ante pascha. Itaque cum Irenæus scribit quosdam unum diem jejunasse, id Bellarminus ita intelligit, ut diem unum, verbi gratia secundam feriam, absque ullo transegerint cibo, ac deinde modica refectione corpus curaverint. Idem deinceps tertia feria, idem quarta, quinta et sexta fecerint, donec totam quadragesimam explessent. Verum hæc explicatio, et a verbis et a sensu Irenæi penitus abhorret. Nonnullos vidi qui hunc Irenæi locum de quadraginta quidem dierum jejunio acciperent, sed ita explicarent, ut quidam uno die, quidam biduo aut triduo jejunarent per singulas quadragesimæ hebdomadas. Quæ quidem expositio priore illa multo videtur probabilior. Alii inter quos est Cardinalis Perronius, Irenæi locum accipiunt, non de tota quadragesima sed de hebdomade paschali, quæ incipit a secunda feria majoris hebdomadæ. Confirmat hanc sententiam Dionysius Alexandrinus in epistola ad Basilidem, his verbis *ἐπεὶ μηδὲ τὰς ἐξ τῶν νηστειῶν ἡμέρας ἴσως μηδὲ ὁμοίως πάντες διαμένουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν*, &c. ut supra. Non ovum ovo similius est, quam sunt inter se similia hæc duo loca, Irenæi ac Dionysii: adeo ut Dionysius cum hæc scriberet, Irenæi locum in mente habuisse mihi videatur. Tertius his adjungi potest locus Epiphanii in expositione fidei Catholicæ, supra jam a nobis commemoratus. VALESIUS.

P. 39. l. 7. *οἱ μὲν οἴονται μίαν ἡμέραν* &c.] Sine dubio intelligit Irenæus sextam feriam majoris hebdomadæ. Cum enim de jejunio paschali loquatur, et quosdam uno duntaxat die jejunare dicat, quem alium diem intelligere potest quam diem paschæ? Sic enim vocabatur dies ille, ut ex Tertulliano jampridem ab aliis observatum est. Quo quidem die, communis et publica jejunii religio erat, ut scribit Tertullianus in libro de oratione. Qua de re insignis est Methodii locus in convivio virginum, oratione tertia, qui hic meretur adscribi. *ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐν ἡμέρᾳ τοῦ πάσχα καὶ τῆς νηστείας ἐπισφαλῶς νοσηλευομένῳ προσέφερε τροφὴν, καὶ ἐκέλευε διὰ τὴν ἀσθένειαν ἀπογεύσασθαι τούτων τῶν προσφερομένων, λέγων· ὡς ἄρα τὸ μὲν ἀληθῶς, ὦ οὗτος, καλὸν, ἐχρῆν ὥσπερ δὴ καὶ ἡμᾶς, καί σε καρτερῶς διαμείναντα, τῶν αὐτῶν μεταλαβεῖν· ἀπηγόρευται γὰρ σήμερον διαίτης ἐπιμνησθῆναι τὸ σύνολον.* Id est: *Nam quemadmodum si cui periculose ægrotanti die paschæ ac jejunii, cibum aliquis*

porrigat, jubeatque ut ob corporis infirmitatem degustet aliquid ex iis quæ porriguntur, ita dicens: bonum revera esset o amice: oportebat te quoque, sicut et nos, fortiter perseverantem eadem percipere. Hodie enim penitus interdictum est ullam cibi mentionem facere. Et hoc est jejunium quod in canonibus Timothei Alexandrini vocatur ἡ νηστεία τοῦ πάσχα. De ejusdem diei solemni jejunio Tertullianus in libro de jejunio ita loquitur. *Cur stationibus quartam et sextam sabbati dicamus, et jejuniis parasceuem?* Quippe hic dies κατ' ἐξοχὴν dicebatur parasceue. Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi 18. διὰ δὲ τὸν κάματον τὸν προγενόμενον ὑμῖν ἔκ τε τῆς ὑπερθέσεως τῆς νηστείας τῆς παρασκευῆς, καὶ τῆς ἀγρυπνίας, &c. Id est: *Ob laborem vero antecedentem, tum ex superpositione jejunii parasceues, tum ex pervigilio,* &c. VALESIUS. Grabio, in Notis ad *Irenæum* p. 465. locum hunc de die proximo ante festum resurrectionis exponenti, et verba sequentia ex lib. v. *Constit. Apost.* cap. 18. ad sententiam suam comprobandam afferenti, *In parasceve et sabbato ex parte omni jejunate, quibus sat virium suppetit, nihil penitus gustantes usque ad nocturnum galli cantum: si quis vero duos dies continere* (in Græcis συνάπτειν) *non valet, saltem sabbatum servet;* Grabio, inquam, de magno sabbato μίαν ἡμέραν exponenti, ita respondet Georgius Hooperus episcopus Batho-Wellensis in Nota postuma ad Tractat. suum *De Quadragesima* cap. iii. p. 161. ed. nov. *Operum* ejus. "Μία ἡμέρα. "Quibus unica jejunabatur, Tertulliani tempore Sexta esse "debebat feria, abstinentiæ solenni dedicata. Constitutiones "Apostolicæ posteriores sunt. At hæ, cum infirmiores, quos "vires non sinunt totum biduum tolerare, Sabbatum saltem "continuare jubent, non minus voluerunt, ut usque ad Sextæ "feriæ vesperam tamen jejunarent." Obiter vero hoc notabo, omnia hæc de sexta feria sanctæ hebdomadæ, et magno quod dicitur sabbato, sub conditione tantum pertinere posse ad illos, qui teste Eusebio in loco supra pag. 5. allato, luna decima quarta, in quemcunque diem septimanæ incidisset, jejunia solverent, et *alio* interdum *die quam Dominico festum resurrectionis celebrarent.* Hos autem jejunasse vel levius vel strictius diebus inter epulum paschale et resurrectionis festum suum interjectis, haud dubitandum est.

P. 39. l. 8. οἱ δὲ δύο] Parasceuem scilicet et sabbatum magnum. His enim diebus catholici omnes, nisi quibus morbus causa esset, jejunabant. Tertullianus in libro de jejunio. *Certe in evangelio illos dies jejuniis determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus; et hos esse jam solos legitimos jejuniorum Christianorum.* Et infra capite 13. ejusdem libri. *Ecce enim convenio vos et præter pascha jejunantes, citra illos dies quibus ablatus est sponsus.* Denique in capite 14. eos dies parasceuem fuisse et sabbatum significat his verbis. *Cur stationibus quartam et sextam sabbati dicamus et jejuniis parasceuem? Quamquam vos etiam sabbatum continuatis: si quando,* (*si quando continuatis*, Tertulliani edd. pleræque omnes) *nunquam nisi in pascha jejunandum secundum rationem alibi redditam.* VALESIUS.

Ibid. l. 9. οἱ δὲ τεσσαράκοντα &c.] Antequam hunc locum exponamus, stabilienda est ejus lectio. Christophorsonus quidem et Savilius hunc locum ita legerunt ac distinxerunt. οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο· οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥρας τε ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι, τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Cui lectioni favet Rufini interpretatio. Sic enim vertit Rufinus: *Quidam enim putant uno tantum die observari debere jejunium, alii duobus: alii vero pluribus; nonnulli etiam quadraginta; ita ut horas diurnas nocturnasque computantes, diem statuant.* Eandem lectionem secutus est Joannes Langus, qui Nicephorum interpretatus est. Verum huic lectioni omnes nostri codices refragantur. Certe in codice Maz. hic locus uno tenore ita scribitur οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. In Medicæo vero et Fuketiano post vocem ὥρας apponitur virgula. Regius autem codex ita interpungit οἱ δὲ, τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς, συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Quod si post vocem τεσσαράκοντα distinctionem affixeris, nullus jam erit sensus. Quo enim referentur verba illa quæ sequuntur ὥρας ἡμερινὰς, &c. utrum ad illos qui unum diem, an ad hos qui quadraginta dies jejunant? Ad hos certe referenda potius videntur, utpote ultimo loco positos. Jam vero si ad hos retuleris, illud necessario consequetur; eos qui quadraginta dies jejunabant, toto illo tempore nihil prorsus comedisse: quandoquidem horas tam

nocturnas quam diurnas jejunio deputabant. Deinde cum Irenæus jam dixerit alios uno die, alios biduo, alios vero pluribus diebus jejunare, quid necesse est addere alios quadraginta diebus jejunare : cum in eo quod plures dies dixit, quadraginta satis comprehendantur? Verior itaque est nostrorum codicum scriptura, quam Musculus in interpretatione sua fideliter expressit hoc modo : *Si quidem alii unum sibi diem jejunandum esse putant, alii duos, alii plures ; alii quadraginta horas diurnas et nocturnas computantes, diem suum statuunt.* Constituta jam lectione hujus loci, ad illius expositionem veniamus. Ait igitur Irenæus quosdam quadraginta continuis horis diurnis simul ac nocturnis jejunasse. Sunt qui existiment, hoc quadraginta horarum jejunium ab illis celebratum fuisse in memoriam spatii illius, quod a morte Christi ad ejus resurrectionem interfuit. Id autem spatium fuit horarum circiter quadraginta : ab hora scilicet sexta parasceues, usque ad diluculum primæ feriæ. Ego vero, illud quadraginta horarum jejunium ab his potius celebratum esse crediderim in honorem ac memoriam quadraginta dierum ac noctium, quibus Christus in solitudine jejunavit. Nam cum veteres illi Christum omnibus modis imitari studerent, jejunium illud quadraginta dierum, quod supra humanas vires erat, hoc saltem quadraginta horarum jejunio æmulabantur. Tria igitur ex hoc Irenæi loco colligimus. Primum est, jejunium antepaschale jam inde ab apostolicis temporibus semper in ecclesia usitatum fuisse. Alterum, jejunium illud in honorem quadragesimæ Christi fuisse celebratum. Postremo, varie a variis fuisse jejunatum. Semper autem meminisse debemus, Irenæum hic loqui de jejunio superpositionis, quod per magnam hebdomadam a Christianis celebrabatur. Ceterum semel admisso hebdomadis paschalis jejunio, etiam quadragesima admittenda est. Nam hebdomas paschalis, pars est quadragesimæ. Ac interdum quidem jejunium illius hebdomadis distingui videmus a jejunio quadragesimæ, ut apud Epiphanium in expositione fidei ; apud Clementem in constitutionibus apostolicis. Sed et vetus auctor in tractatu contra Græcos quem edidit Petrus Steuartius in tomo singulari insignium auctorum pag. 599. de Græcis ita scribit. *Nec quadragesimam celebrant ; cum quadragesima sit jejunium quadraginta dierum. Ipsi vero majorem*

septimanam a numero quadragesimæ secludentes, sex hebdomadis quadragesimam claudunt. Tot enim sunt a prima eorum septimana, usque ad sabbatum quod palmarum ramos præcedit. In quo universaliter ab illis cantatur: Quæ animæ utilis est complemus quadragesimam. Verba sunt ex officio Græcorum in sabbato ante Dominicam palmarum. Verum neque hic auctor nec plerique alii recentiores satis intellexisse mihi videntur, cur hæc magna hebdomas interdum distinguatur a quadragesima. Non enim ita distinguitur, quasi revera non pertineat ad quadragesimam. Verum ab illa distinguitur, ut pars a toto. Cur autem a quadragesima interdum distincta fuerit, duplex ratio afferri potest. Prima, quod districtiori jejunio celebraretur, superpositionis scilicet ut supra ostendimus. Secunda ratio, quod hæc hebdomas proprie ad pascha pertinet. Feriæ enim hebdomadis denominantur a sequente Dominica, et ad eam pertinent, ut alibi demonstrabitur. Quare cum hæc hebdomas Dominicam paschalem proxime antecedat, merito etiam ad eam pertinet. Hinc est quod hebdomas μεγάλη dicitur. Cujus vocabuli causas affert Chrysostomus Homilia 30. in Genesim. Sed vera illius vocabuli ratio est quam dixi. Cum enim hæc sit hebdomas paschæ, dies autem paschæ appelletur ἡ μεγάλη κυριακὴ τοῦ πάσχα, recte etiam hæc hebdomas sancta et magna cognominatur. In typico sancti Sabæ, singuli dies hujus hebdomadis sancti et magni vocantur hoc modo: ἡ ἁγία καὶ μεγάλη δευτέρα, et sic deinceps. Incipiebat autem hebdomas illa a feria secunda, ut discimus ex Cyrillo et Theophilo in homil. paschal. et ex Epiphanio in Aërianis. Porro quamvis a quadragesima nonnunquam distingueretur ob eas quas dixi causas, revera tamen conjuncta erat quadragesimæ, ejusque extrema pars erat et complementum. Certe id manifeste colligitur ex homiliis paschalibus Cyrilli: in quibus hæc septimana perpetuo distincta legitur a reliqua quadragesima; et septimana paschæ vocatur. Eadem tamen quadragesimæ contribuitur, quippe quæ quadraginta dierum numerum adimpleat. Denique illud etiam observandum est, quod scribit Socrates in lib. v. cap. 22. veteres Christianos paschale suum jejunium vocasse quadragesimam, quamvis non totis quadraginta diebus omnes jejunarent. Ejusque vocabuli varias a variis causas afferri dicit.

Mihi quidem quadragesima dicta videtur eodem modo, quo quinquagesima quæ est post pascha. Nam ut quinquagesima seu pentecoste, proprie quidem est dies ultima de quinquaginta illis diebus paschale festum subsequentibus; tamen late sumpto vocabulo, interdum significat totum illud spatium dierum, quod est a pascha ad pentecosten: ut apud Hieronymum in epistola ad Marcellam, apud Cassianum et complures alios. Sic etiam quadragesima, proprie quidem est dies unus de quadraginta: dies scilicet parasceue, qui quidem apud Alexandrinos erat quadragesimus, ut ex Cyrilli homiliis paschalibus constat. Latius tamen sumpto vocabulo, designat etiam quadraginta dies jejuniorum qui pascha antecedunt. Valesius. Vexatissimus locus, quem etiam aliorum codd. MStorum, nondum inspectorum ope sanari, veramque ejus lectionem ac distinctionem restitui posse, dubito. Nos interim ex pluribus malis lectionibus eam elegimus, quæ nostro judicio minus est mala, simul tamen antiquissima, cæterasque enumerabimus ordine. [Vide supra Valesii notam; quod ad ceteras attinet lectiones a Strothio indicatas, abest ab *ed. Steph.* τε post vocem ἡμερινὰς, et, nunc indicante cl. Burtono, a *cod. Regio* et *Parisinis.* Exhibent *Lectt. Gruteri*, et *Marg. exemplaris Jones*, allat. a Readingio ad calcem edit. suæ νυκτερινὰς αἷς συμμετροῦσι, receptam autem a Strothio lectionem, οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥρας τε ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς &c. extare ait ille apud *Rufinum, Niceph. Sav. Christoph.* probante Beveregio, sed lectio dubia est *Nicephori* Græce impressi, atque errat Strothius in lectione *Saviliani codicis,* qui quidem, prout *cod. Norfolc.* cum *Valesiana editione* consentit. Neque etiam Langus *Nicephori* interpres Latinus ita vertisse mihi visus est, ac si alteram lectionem invenisset, cum interpretationem ejus consului, quæ ante Nicephorum Græce editum typis anno 1560. mandata est Ex mutata autem Langi Versione a Frontone Ducæo deceptum Valesium fuisse existimo. Nunc addit Burtonus, virgulam post οἱ δὲ, item post νυκτερινὰς, ponere *cod. Regium.*] Quod si conjecturæ locus esset, scribere pergit Strothius, quæ fere necessario adhiberi debet, quum συμμετρεῖν cum gemino accusativo, atque adeo pro ποιεῖν seu potius τιθέναι positum, constructionem efficiat nimis solœcam ac insolitam, legeremus vel: οἱ δὲ τεσσαράκοντα· καθ' ὥρας ἡμε-

ρινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦντες τὴν ἡμέραν. vel *οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥραις ἡμεριναῖς τε καὶ νυκτεριναῖς συμμετροῦντες τὴν ἡμ.* vel etiam *οἱ δὲ καὶ πλείονας. καὶ οἱ μὲν ὥραις ἡμεριναῖς, οἱ δὲ καὶ νυκτεριναῖς συμμετροῦσι τὴν ἡμ.* Ac ne forte alicui hæc emendatio nimis violenta videatur, notandum est, *τεσσαράκοντα,* quod unico charactere *μ'.* scribebatur, cum *μὲν* compendiose scripto facillime permutari posse Atque cum in hac particula semel principium corruptionis factum esset, cætera etiam mutari necesse erat. Quum enim accusativi præcessissent, atque *μ'.* seu *τεσσαράκοντα* ad sequentes traheretur voces, et in iis accusativus pro dativo ponebatur. Certe in nostra lectione neque geminum accusativum, neque *συμμετροῦσι* concoquere possum, sed potius participium desidero. Cæterum verbum compositum significationi simplicis nihil fere addere, sed positum esse, quoniam ad utramque vocem *ἡμερινὰς* et *νυκτερινὰς* referretur, puto. Quum autem hoc ipsum verbum nonnihil difficultatis efficiat, addere lubet loca nonnulla, quæ neque in vulgatis lexicis, neque in *Stephani* Thesauro inveniuntur, in quibus simili significatu obvium est. *Herodotus* lib. iv. sect. 158. ait: *καὶ τὸν κάλλιστον τῶν χώρων ἵνα διεξιόντες οἱ Ἕλληνες μὴ ἴδοιεν, συμμετρησάμενοι τὴν ὥρην τῆς ἡμέρης, νυκτὸς παρεξῆγον.* *Dionysius Halicarn.* Antiqu. lib. vii. cap. 10. *νυκτὶ μὲν εἰς ὄρθρον, ἡμέρᾳ δὲ εἰς νύκτα συμμετρεῖσθαι τὰς ἐφόδους,* et de admir. vi dicendi in Demosth. c. 10. *ὁ ῥήτωρ τοὺς καιροὺς συμμετρεῖται.* Sed de toto loco alii judicent, qui me præstant ingenio. STROTH. Hæc quidem Strothius; velim ego posteriora hæc, *συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν,* ex Rufino corrigere Latine vertente, *ita ut diurnas nocturnasque computantes diem statuant suam,* *συμμετροῦντες, ὁρίζουσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν.* Facilis corruptio verborum fuit. Sed hac re missa, similiter ac Strothius jam pridem vir doctissimus Samuel Petitus in *Var. Lectt.* iii. 4. legendum conjecerat *ὥραις τε ἡμεριναῖς καὶ νυκτεριναῖς,* sejuncta voce *τεσσαράκοντα* ab *ὥραις.* Sed pro lectione recepta, quam Græci tuentur codices, et Musculus interpres ante Valesium amplexus est, verba apprime faciunt veteris cujusdam scriptoris a Beato Rhenano in epistola sua ante *Rufini Hist. Eccl.* adducta. "Incidi nuperrime (inquit Rhe-"nanus) in *Σύνοψιν* quandam *τῆς εὐαγγελικῆς ἱστορίας* Græcam, "quam cum evolverem, occurrerunt forte fortuna Irenæi

"verba, quæ Eusebius cap. 23. libri v. citat de jejuniorum "diversitate, sic Græce habentia: φησὶν ὅτι τινὲς καὶ περὶ τοῦ "νηστεύειν διαφόρως παρέλαβον, οἱ μὲν γὰρ μίαν μόνην ἡμέραν "ἐνήστευον, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας, οἱ δὲ τεσσαράκοντα "ὥρας μόνας ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς, ὥραν ἀντὶ ἡμέρας νη-"στεύοντες· καὶ πᾶσι συνεχωρίσθη (συνεχωρήθη) τοῖς ἀρχαίοις "ἔθεσι χρήσασθαι." Cum autem exemplar ejusdem, ni fallor, opusculi in bibliotheca nostra Bodleiana extet, quod nihil fere aliud est quam Eusebiani operis synopsis, verba hæc nonnihil ampliata hic exhibere potui. Numero 2408. hic liber in *Catalogo MSStorum* signatus est. Sed et in veteri *De Gestis Concilii Cæsariensis Narratione*, quæ Bedæ temporibus vetustior est, jejunium quadraginta horarum ita commemoratur. *Orientales, sicut historia Eusebii Cæsariensis narrat, quocunque die mense Martio quartadecima luna evenisset, pascha celebrabant. In Italia autem alii plenos quadraginta dies jejunabant, alii triginta. Alii dicebant septem diebus, in quibus mundus concluditur* (h. e. absolutus est) *sibi sufficere jejunare: Alii, quia Dominus quadraginta dies jejunasset, illi horas quadraginta deberent.* In Baluzii *Nov. Collect. Concil.* p. 14.

Mihi quidem attento animo consideranti diversas pro utraque interpretatione rationes, quibus illustres viri jejunium, vel quadraginta horarum, vel contra quadraginta dierum, adstruere solent, *horarum* illud ab Irenæo designatum fuisse, persuasum est. Cum vero hic de jejunio in sancta hebdomade servato loquatur Irenæus, non de superpositione illa solenni, quæ, ut infra refert S. Victorinus *De Fabrica Mundi* p. 456. *in alterum fit diem*, aliquid præterea addendum est. Qui comedere omittebant ante meridiem diei crucifixionis, quo quidem tempore prandium seu antecœnium sumere solitum est, jejunantes usque ad tertiam horam nostram matutinam diei Dominicæ, quo circiter tempore jam ante resurrexisse Christum constat, hi jejunium quadraginta horarum servabant, ab hora nostra undecima matutina diei crucifixionis numerare incipientes; completis *diebus*, ut ait Tertullianus, *quibus ablatus est Sponsus*.

Interea, dum supra Valesius ait, necessario consequi, eos qui quadraginta *dies* jejunarent, toto illo tempore nihil prorsus comedere potuisse, eo quod horas tam nocturnas quam diurnas jejunio deputarent; hoc certe viros, qui colligunt jejunium

quadraginta *dierum*, premit. Ad consuetudinem vero quod attinet quadragesimalem, antequam Valesius scriberet, ostendit Petitus libro modo laudato, pag. 92, non *omnibus* diebus, sed quibusdam tantum intra dies illos quadraginta quacunque ratione homines jejunasse; probat enim vir doctissimus jejunium servasse quadragesimale Romanos temporibus Augustini ac Leonis Magni tres tantum ferias singulis illis hebdomadis ad maximum jejunando. Immo Beveregius Annotat. in *Canones Apost.* lxix. pag. 34. a Readingio ad imam pag. 247. Eusebii sui positus, Valesio ita respondet; "In jejuniis cele- "brandis, præsertim hoc paschali, non ab omni prorsus ali- "mento, ut cuique notum est, sed a carnibus tantum, vel aliis "fortasse nonnullis ciborum generibus, abstinebant, at reliquis "vesci licebat. Hoc egregie confirmatur ex Concil. Laod. "Can. 50." Sed rursus Beveregio Thomam Ittigium video inconstantiæ notam inurentem in *Dissert. De Hæresiarchis*, sect. ii. cap. 12. §. 9. "Dicit quidem Beveregius lib. iii. cap. 7. "*Can. Apost.* p. 397. non omni cibo per quadraginta illos dies "Christianos abstinuisse, sed jejunasse *ξηροφαγοῦντας*, et pane "tantum cum sale et aqua utentes. Postea vero p. 419. as- "serit per ejusmodi xerophagias jejunium proprie non cele- "bratum sed solutum potius fuisse, 'Si igitur per xeropha- "giam jejunium solutum fuit,' quomodo per quadraginta dies "horis diurnis pariter et nocturnis pro die computatis jejunare "potuerunt Christiani?" Hæc Ittigius. Certe Valesium vix tangit Beveregii responsio a Readingio allata, et ipsum illud, *horas diurnas atque nocturnas computantes*, dici videtur non de xerophagiis, sed commune est strictissimæ jejunii formæ, *superpositio* vocatæ.

P. 39. l. 10. *συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν*] Miror tot homines eruditos, qui hunc Irenæi locum in suis libris exposuerunt, ejus vitium non animadvertisse. Quis enim est sensus horum verborum? aut quis unquam credat fuisse homines, qui quadraginta horarum spatio diem metirentur. Atqui quadraginta horæ biduum jejunantibus efficiunt. Equidem non dubito, quin Irenæus ita scripserit. *οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν νηστείαν.* Qua scriptura nihil planius esse potest. Quare aut Irenæus omnino ita scripsit, aut certe ita scribere debuit. Sed antiquarii, vocabulo ex superiore linea huc translato locum corruperunt.

VALESIUS. Nullis, quod meminerim, ex erudita civitate, utcunque diversa inter se sentientibus, Valesii conjectura se probavit. Neque vero omnibus placuit Grabii expositio, qui in Notis ad *Iren.* p. 465. cum vocem τῆς ἡμέρας in primo hujus fragmenti versu *tempus* perperam, ni fallor, interpretatus esset, itidem vocibus τὴν ἡμέραν αὐτῶν, quæ hoc loco occurrunt, generalem temporis notitiam attribuit. Ita enim Irenæus in tantulo spatio unam eandemque vocem in plane diversam sententiam acciperet, siquidem proxime ante in iis, οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν &c. voci ἡμέρα sensus ejus usitatus subjectus fuerat. Propterea que idem doctissimus Grabius, ut, postquam hæc scripseram, vidi, hoc nomine vapulat a Massueto *Dissert. Præv.* ii. *in Irenæum* p. 87. atque itidem ab Hoopero *De Quadragesima*, p. 161. ed. Nov. qui tamen iidem viri clarissimi, minus recte, meo quidem judicio, contra Grabium distinctioni post τεσσαράκοντα a Rufino positæ patrocinantur, ut jejunium quadraginta *dierum* apud Irenæum inveniant, quod quidem tempus nusquam apud Tertullianum apparet Irenæo æqualem, in opere composito maxime de jejuniis. Neque a vera loci interpretatione aut Valesius aut Grabius discedere videtur, dum de *superpositione* verba exponunt, quæ tamen solito citius concludebatur. Verum plures superpositiones, prout cuique abstinere placebat, in hac hebdomada servari consueverunt. Epiphanius in *Hæresi* xxix. num. 5. hæc habet, ubi Essenorum, tanquam si revera Christiani fuissent, commemorat mores: ἐν ἡμέραις γὰρ τῶν πάσχων ἐκεῖ γενόμενος, τάς τε αὐτῶν πολιτείας ἐθεάσατο (Philo Judæus), καὶ ὥς τινες ἑβδομάδα τὴν ἁγίαν τῶν πάσχων ὑπερτιθέμενοι διετέλουν, ἄλλοι δὲ διὰ δύο ἐσθίοντες [alternis cibum diebus capientes], ἄλλοι δὲ καὶ καθ' ἑσπέραν. p. 120. ed. Petavii. Conferas autem Philonem ipsum in lib. *De Vita Contemplativa*, et Eusebium lib. ii. *Hist.* cap. 17. De superpositione plura posthac ad Dionysii Alex. *Epist. ad Basilidem*. Hæc fere omnia in priori harum Reliquiarum editione dixi. Nunc addo, monuisse ad locum Jacobum Gronovium in adnotatiunculis ad Historiam Eusebianam penes me MSStis, "τὴν ἡμέραν αὐτῶν, id est, non "diem, sed quod fit in die eo, nempe jejunium, νηστείαν. Nil "muto." Neque cl. Olshauseno, qui anno 1820. *Hist. Eccles. Vet. Monumenta Præcipua* edidit, Strothii conjecturæ supra p. 53. memoratæ probantur, dum ait, si constructionem verbi

συμμετρεῖν admittas, lectionem præsentem explicari posse, etiamsi legas ἡμέραν. p. 275. Immo Eusebii nuperus editor cl. Heinichen. in Excursu suo VII. p. 379. de hoc loco disserens hæc posuit. "Puto verba Irenæi, οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας τε ἡμε-"ρινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν ita expli-"cari posse et debere; *alii quadraginta horas diurnas et* "*nocturnas tanquam diem* h. e. *tempus quo jejunant*, seu *tanquam* "*tempus suum jejunandi computant*, i. e. *numerant* (ne scilicet "vel per longius vel brevius tempus jejunent.)" Hæc vir cl. qui et optime monuit, verba περὶ τῆς ἡμέρας spectare ad tempus diei paschalis, et verba sequentia ad diversitatem temporis jejunii antepaschalis, improbata interea sententia Valesii et Grabii verba illa de jejunio superpositionis interpretantium. Zimmermanno vero, qui anno 1822 ante Heinichenum Eusebium ediderat, locus nisi conjiciendo vix sanabilis visus est. Ego ex Rufino verba corrigenda esse duxi. Vid. supra pag. 54.

P. 39. l. 12. ποικιλία] ἡ ποικιλία *Niceph.* STROTH.

Ibid. l. 13. τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς ὡς εἰκὸς κρατούντων] Hunc locum non intellexerunt interpretes. Solus Musculus sensum assecutus est, sed ex parte tantum. Sic enim vertit: *Et ista jejunantium varietas, non nostro demum tempore, sed multo antea per illos cœpit qui ante nos præter accuratam diligentiam, ut verosimile est, rerum habenis potiti, simplicem ac vulgatam consuetudinem posthabuerunt ac mutarunt.* Est certe hic Irenæi locus admodum intricatus et obscurus. vult autem ostendere Irenæus, unde orta sit tanta diversitas jejunii paschalis. Ait igitur eam natam esse, non ex lege aliqua ab apostolis aut a Christo data, sed paulatim usu quodam increbuisse; ac postea episcopos quosdam, in iis quæ ad disciplinam pertinent parum diligentes nec satis accuratos, id quod simpliciter introductum fuerat, licet singulare et ab aliarum ecclesiarum more diversum, in consuetudinem vertisse ac posteris observandum reliquisse. Reprehendit igitur illos Irenæus, quod παρὰ τὸ ἀκριβὲς egerint. Est enim diligentis episcopi, videre ne quid novum in ecclesiam inducatur præter reliquarum ecclesiarum consuetudinem. Ita Socrates hunc Irenæi locum cepisse videtur in cap. 22. lib. v. ubi postquam de jejuniorum et hujuscemodi rituum apud varias ecclesias discrepantia abunde disseruit, ita con-

cludit. *αἴτιοι γὰρ, ὡς ἡγοῦμαι, τῆς τοιαύτης διαφωνίας οἱ κατὰ καιρὸν τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες· οἱ δὲ ταῦτα παραλαβόντες, ὡς νόμον τοῖς ἐπιγινομένοις παρέγραψαν.* VALESIUS. Strothius post vocem *κρατούντων* subaudit *τῆς ἐκκλησίας,* qui de episcopis loqui Irenæum, juxta ac Valesius, putat. Sed vetus interpres Rufinus verba ita vertit, *Quæ varietas observantiæ non nunc primum, neque nostris temporibus cœpit, sed multo ante nos ex illis, ut opinor, qui non simpliciter*, quod ab initio traditum est tenentes, *in alium morem vel per negligentiam, vel per imperitiam postmodum decidere.* Et Grabius ait, ad *Irenæum,* ubi supra, "Ruffini potius interpretationem secutus sum, quam Musculi et "Valesii, qui per *κρατοῦντας* intellexerunt *ecclesiarum præsides.* "ducti auctoritate Socratis hunc Irenæi locum, quem, uti "conjicere licet, præ oculis habuit, ita loco citato imitantis: "*αἴτιοι γὰρ, ὡς ἡγοῦμαι, τῆς τοιαύτης διαφωνίας οἱ κατὰ καιρὸν* "*τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες* &c. Haud memini enim, me "uspiam in primævis scriptoribus voce *κρατούντων* ita sim-"pliciter posita *episcopos* designatos legisse ; altera vero signi-"ficatio in ipso sacro codice Marc. vii. 3, 4. et in Patrum "monumentis frequentissime occurrit, et hoc loco antecedenti "verbo *ἐπιτηρούντων* bene respondet. Quocunque autem sensu "accipiatur, culpæ *τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς κρατούντων,* non ipsa "jejunii ante-paschalis religio, sed diversa observandi ratio "ab Irenæo adscripta censeri debet." De interpretatione vocis *κρατούντων* Grabio consentiunt doctissimi præsules Gunningius et Hooperus in Tractatt. suis *De Quadragesima*, Beveregius *Cod. Can.* lib. vii. c. 3. §. 4. Massuetusque, Notis ad *Irenæum* p. 340. et alibi. Loco porro addas S. Scripturæ a viro cl. allato illum *Apocalypsis,* capite ii. comm. 15. Ἔχεις *καὶ σὺ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν τῶν* Νικολαϊτῶν. Voces interea *παρὰ τὸ ἀκριβὲς* omissas esse in Scaligeri codice scripto constat ; sed contra fidem aliorum omnium codicum id contigit. Immo ex his verbis, *τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς κρατούντων,* mihi nata est opinio, Irenæi animo versatum esse præter alia Asianorum errata calculum eorum minus accuratum decimæ quartæ lunæ paschatis, quem iis adversarii objecerant. Inter Clementis Alexandrini libros recensetur ab Eusebio *ὁ ἐπιγεγραμμένος κανὼν ἐκκλησιαστικὸς, ἢ πρὸς τοὺς* Ἰουδαΐζοντας, *ὃν* Ἀλεξάνδρῳ *τῷ δεδηλωμένῳ ἐπισκόπῳ ἀνατέθεικεν.* lib. vi. *Hist.* cap. 13. Vide

et *Constantini Imp. Epistolam ad Ecclesias* in Eusebii *Vita* ejusd. *Constantini* lib. iii. cap. 18. Valesiique notam, et *Constit. Apost.* v. 17.

Ita cum Judæis non tantum circa diem, sed etiam de mense convenisse Asiaticos, docet Josephus Scaliger in Op. *De Emendatione Temporum* lib. ii. p. 154. et alibi. Vid. et Buxtorfii Epist. ad eund. Scaligerum, in *Sylloge Epistolarum* per P. Burmannum edit. vol. ii. p. 363. Utrum vero hi quartadecimani, ait Scaligeri adversarius Dion. Petavius, Judaicum cyclum, an alium quemlibet, tenuerint, divinari utcunque potest, pronunciari certo non potest. *De Doctr. Temp.* lib. ii. cap. 58. Certe tamen videntur ipsa Irenæi verba innuere, præsertim si alia cogitas, minus accurate versatos fuisse non nullos in paschæ annuo tempore computando.

P. 39. l. 14. τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν] Ad hunc Irenæi locum videtur alludere Tertullianus in libro de Virginibus velandis, cum ait: *Ex his enim fere consuetudo initium ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur.* Valesius. Consimilia Cyprianus quoque in *Epist. ad Cæcilium*, ubi de calice Dominico vino et aqua misceri debito ita scribit: *Si quis de antecessoribus nostris* vel ignoranter vel simpliciter *non hoc observavit et tenuit, quod nos Dominus facere exemplo et magisterio suo docuit, potest* simplicitati *ejus de indulgentia Domini venia concedi.* Ep. lxiii. p. 109. ed. Benedictin. Sed male aliqui, ut Musculus interpres, in bonum sensum verba τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν &c. accipiunt. Certe contrarium sensum persuadent cum auctorum loci modo adducti, tum vero voces Latinæ, quæ his Græcis respondent in alio Tertulliani opusculo, Simplices *enim quique, ne dixerim imprudentes* et idiotæ, *quæ major semper credentium pars est* &c. *Adv. Praxeam.* cap. 3. Mendose εἰς τὸ μὴ μετέπειτα pro εἰς τὸ μετέπειτα *MS. Norfolc.*

Pag. 39. l. 16. πεποιηκότων.] Jam tandem mihi innotuit Prudentii Marani de Irenæi verbis conjectura, quam protulit anno 1742. in Notis ad *Quæstiones et Responsiones ad Orthodoxos* in Appendice ad *Opera S. Justini M.* collocatas. Ejus autem adnotationem posui seorsum a cæteris, quæ fere omnes de lectione verborum recepta tractant. "Hunc locum et sua

" sponte corruptum et variis interpretationibus vexatum emen-
" dare et explicare conabor. Unum est quod clarum et per-
" spicuum sit, nempe de jejunio Dominicam resurrectionem
" proxime antecedente aliquid ab Apostolis fuisse præscriptum,
" quod in ecclesiis nonnullis ab eorum, qui præerant, negli-
" gentiam observari desierit. Præterea repugnat omnino
" constans ille ex quadraginta horis nocturnis et diurnis dies.
" Sed si pro quadraginta horis legamus viginti quatuor; et
" contextus enitescet et quam consuetudinem a nonnullis vio-
" lari moleste ferat Irenæus, facile investigabimus. Erat in
" antiqua Ecclesia mos Apostolicus, ut sabbati sancti dies
" sine ullo prorsus cibo duceretur, nec quidquam degustaretur
" ante galli cantum post mediam noctem. Præcipitur in con-
" stitutionibus Apostolicis, lib. v. cap. 19. *ut reliquis diebus*
" *ante Parascevem hora nona vel vespere unusquisque comedat,*
" *vel ut quisque poterit : at Sabbato usque ad gallicinium per-*
" *maneant,* μέχρις ἀλεκτοροφωνίας παρατείνοντες. Theophilus
" Alexandrinus in epist. 2. Paschali apud Hieronymum tom. 4.
" p. 716. *Juxta Apostolicas traditiones finiamus jejunia intem-*
" *pesta nocte octavo decimo die supradicti mensis Pharmuthi : et*
" *altero die, qui dominicæ resurrectionis est symbolum, id est,*
" *nono decimo ejusdem mensis verum Pascha celebremus.* Hiero-
" nymus in cap. 25. Matthæi testatur *traditionem Apostolicam*
" *permansisse ut in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium*
" *populos dimittere non liceat.* Vid. Method. in Conviv. Virg.
" apud Combefis. p. 85. et Palladium Vit. S. Joannis Chry-
" sostomi, p. 84. ubi eadem laudatur Apostolica consuetudo.
" Sed tamen quamvis transmissa ab Apostolis fuisset, non
" eamdem ubique auctoritatem obtinebat. Nam ut legimus
" in Can. 1. S. Dionysii Alexandrini, jejunium sabbato sancto
" sub galli cantum solvendum esse censebant Romani Chris-
" tiani : non deerant ecclesiæ, in quibus id vespere faciendum
" videretur. Dionysius Alexandrinus ea de re consultus, *ut*
" *negligentes et intemperantes,* reprehendit eos, *qui nimium fes-*
" *tinant et ante mediam noctem jejunium solvant.* Non videntur
" Irenæi querelæ alio pertinere. Non enim eos vituperasset
" qui totum Sabbati diem jejunii traducebant; nihil enim
" amplius præscribebat Apostolica traditio. Multo minus
" eos reprehendisset qui duobus aut pluribus diebus jejuni

" manebant. Ibi ergo soli in illius reprehensionem incur-
" rerunt, qui non exspectabant galli cantum sed horis viginti
" quatuor a cœna hesterna elapsis cibum sumebant. Horum
" accurata diligentia in horis nocturnis et diurnis numerandis
" confirmat id quod dixi, eos jejunii legem sic interpretatos
" esse, ut diem suum non quadraginta horis, ut est in textu,
" sed viginti quatuor metirentur. Neque enim numerantur
" horæ, ubi fervor præcepti finibus non coercetur. His adde
" numerum quadragenarium cum eo, quem restituimus, facile
" confundi. Uterque enim literis non multum discrepantibus
" exprimitur, nimirum M. 40. KΔ. 24." pag. 490. Hæc vir doctissimus; quæ tamen mihi non ita placent, ut propterea lectionem omnium codicum Eusebianorum deserendam putem.

P. 40. l. 1. ἡ διαφωνία τῆς νηστείας, τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι] Idem ait Augustinus in Epist. 86. ad Casulanum. *Sit ergo una fides universæ quæ ubique dilatatur ecclesiæ, tanquam intus in membris, etiamsi ipsa fidei unitas quibusdam diversis observationibus celebratur, quibus nullo modo quod in fide verum est, impeditur.* Valesius. Locum olim ita exposuit vir doctissimus Petrus Gunning, Eliensis episcopus, in Tractat. Anglice scripto, *De Quadragesima* p. 40; Scilicet omnes fidem suam ostendebant in sponsi mortem illam et passionem, cujus memoriam unanimiter præ se ferebat consensus eorum in jejunando diebus proximis ante resurrectionis festum, etsi in rebus nonnullis circumstantibus inter se discrepaverint. Ita ille. Porro verum et vetus dictum est, atque ex hoc ipso Irenæi loco fortasse desumptum, *Differentiæ rituum commendant unitatem doctrinæ.* Namque, ut ait Casaubonus, hanc diversitatem adeo nihil nocere vult Irenæus summæ fidei Christianæ, ut contra non mediocriter eo pacto consensus in præcipuis fidei capitibus confirmetur. Confer *Exercitt.* ejus *ad Annales Baronii* xiii. 1. p. 210. ed. Genev. Habet ὁμολογίαν pro ὁμόνοιαν *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 7. ἐν οἷς καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος] ἐν οἷς καὶ οἱ πρὸ Σ. *ed. R. Steph.* Duas priores voces expunxi, quippe quæ abessent a quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. et Savil. nec legerentur in interpretatione Rufini. Paulo post in iisdem exemplaribus Πίον legitur accentu acuto in prima syllaba, quod magis placet. Cum enim primam syllabam habeat brevem, circum-

flecti non debet. Valesius. Nunc demum, cum istud ἐν οἷς Burtonus, probante Heinicheno, in *Supplemento Notarum*, fide nixus *codicum Regii, Paris. Florentinorum, Nicephori*que revocaverit, idem in hac editione duxi faciendum. Scripserat paulo ante Eusebius, ἐν οἷς καὶ ὁ Εἰρηναῖος. In *MS. Norfolc.* ut ante vol. I. p. 217. ita hic Σωτηρίχου scribitur pro Σωτῆρος, qua de re in notis; mox deest οἱ ante προστάντες. Ceterum Sixtus, qui antiquissimus est episcoporum hic recensitorum, sextus post Petrum Petro non computato secundum Irenæum et Eusebium, ecclesiam rexit Romanam, paulo post initia hujus sæculi secundi ad sedem evectus. Confer not. p. 206. vol. I.

P. 40. l. 8. ἧς σὺ νῦν ἀφηγῇ] Nunc Burtonum post Zimmermannum orationem pronomine σὺ augentem, quod in Nicephoro et in codicibus suis omnibus præter *Regium Paris.* et *Venetum* invenit, imitatus sum.

Ibid. l. 9. οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν] Hoc est, lunam quartam decimam, qua agnum sacro die paschatis ineunte comedebant. Confer notam primam ad Polycratis Fragmentum.

Ibid. l. 10. οὔτε τοῖς μετ' αὐτῶν ἐπέτρεπον] In libro Turnebi ac Moræi ad marginem emendatur μετ' αὐτῶν. Atque ita legit Rufinus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Neque ipsi ita tenuerunt, neque hi qui cum ipsis erant.* Posset etiam scribi οὔτε τοῖς ὑπ' αὐτοὺς, id est presbyteris suis ac diaconis, et populo sibi commisso. Valesius. Habent quidem *edd. omnes* τοῖς μετ' αὐτοὺς, cum vero *MS. Norfolc.* præter *Gruteri Lectt.* in ed. Genev. *margines*que librorum, quos Valesius commemoravit, alteram præferret lectionem, eam recepi. Grabio quoque probata est. Hæc olim notavi. Nunc *codices* addit Burtonus *Paris. priorem Florentinos*que ac *Valesium in Versione* lectionem præstantes a me receptam.

Ibid. l. 12. καί τοι] καὶ τί *Christoph. Lectt.* Stroth. Atqui τι encliticum *MS. Savil.* seu *Bodl.* Ait vero Petrus Coustantius in Notis ad *Rom. Pontif. Epistolas*, p. 105. magis sibi placere cum Christophorsono Græce καὶ τί quam καί τοι, atque ita vertit, *et quid magis repugnat quam id observare, quod alii non observant?* Neque aliter quidem interpretatus est Christophorsonus, si interrogationem spectes. Verum, ut interrogatio melior sit, quod non putem, imperfecta foret oratio, nam particula ἢ ante τὸ τηρεῖν desideraretur.

P. 40. l. 13. *τοῖς μὴ τηροῦσι*] Amplector emendationem quæ in libris Turnebi ac Moræi habetur ad marginem, *ἐν τοῖς μὴ τηροῦσι*. Est autem hic hujus loci sensus. Cum observantia alicujus moris et inobservantia sint inter se contraria, tamen quoties is qui morem observat quempiam, versatur inter eos qui minime observant, tunc ipsa diversitas magis elucet. Hoc est quod vulgo dicitur in scholis philosophorum: contraria juxta se invicem posita magis elucescunt. VALESIUS. Addidit *Gruteri Lectt.* Strothius, in quibus *ἐν τοῖς μὴ τηροῦσι* positum sit. Conjectura optima. Haud vero invenit particulam *ἐν* *Rufinus*, qui sic vertit, *cum utique et ipsis contrarium videretur, quod non etiam cæteri similiter observarent.* Anne ergo ita supplendus sensus?—*quamvis observantia magis contraria videbatur non observantibus*, quam neglectus moris observantibus. Sed nihil affirmo. Verbum *τηροῦσι* Scaligeri MS. omisit.

Ibid. l. 14. *ἀπεβλήθησαν τινες*] Rufinus hanc vocem pluribus verbis exposuit, quæ scholii vicem præstant. *Nunquam tamen ob hoc repulsi sunt ab ecclesiæ societate, aut venientes ab illis partibus non sunt suscepti.* *ἀποβάλλειν* igitur duo significat, aut ejicere ab ecclesia, quæ frequentior significatio est, ut in capite ultimo hujus libri; aut omnino non admittere venientem. VALESIUS. Eruditus Tillemontius tom ii. pag. 460. ceteris Victoris decessoribus hic ab Irenæo memoratis Soterem et Eleutherum ideo non adjungi suspicatur, quia illi primum Asianos in urbe Roma ecclesiarum suarum more pascha celebrare prohibuerint. Et probabile quidem est, controversiam de pascha Anicetum inter et Polycarpum cœptam, inter utriusque successores paulatim magis ac magis exarsisse. Quod si ita est, neque respuendum erit quod Beda et Ado tradunt, decretum ab Eleuthero de pascha editum, quod Victor confirmarit; et cum eadem exceptione intelligendum erit quod de Victoris decessoribus generatim dicitur, eos nimirum ecclesiarum presbyteris, qui aliter pascha observabant, eucharistiam transmisisse. COUSTANT. At vero obstare videtur, ne quid Soteri atque Eleuthero affingatur a mansuetudine priorum episcoporum diversum, id quod de universa pace in *ῥήσει* superiore scriptum est; etsi nonnihil de duobus hisce antistibus in parte litterarum suppressa locutus esse Irenæus videtur. Sed forsitan erit, ut ex hoc loco cum majori veri

specie et Lampius in Prolegom. *Comment. in S. Joannis Evang.* lib. I. cap. iii. §. 8. et ante eum Pearsonius plus semel in *Operibus Postumis*, collegisse videantur, Xystum, sive Sixtum, primum inter præsules Romanos fuisse, qui pascha cum Judæis luna quarta decima celebrare desierit. Sed hac re in præsens missa, quidquid fecisse circa pascham Eleutherus atque Soter existimentur, quorum mansuetudo ac lenitas hic commemorari videtur, altum de ausu tali silentium prohibet nos credere, conatos esse hos episcopos quomodo Victorem, si hoc velit Coustantius, homines alienigenas contra sentientes communione ecclesiastica deprivare.

P. 40. l. 16. ἔπεμπον εὐχαριστίαν] Solebant olim episcopi, tempore paschalis festivitatis eucharistiam ad alios episcopos eulogiarum nomine transmittere. Idque tandem vetitum fuit concilio Laodiceno capite 14. At Rhenanus hunc locum aliter intellexit. Sic enim adnotavit ad marginem Rufini. *Ex hoc Irenæi loco apparet, quod si episcopus aliquis Romam venisset, Romanus pontifex eucharistiam hospiti solemniter transmittebat.* In quo dupliciter fallitur; tum quod id pontificis Romani privilegium esse sensit; tum quod solis hospitibus seu advenis id præstari existimavit. Atqui ex concilio Laodiceno discimus, hunc morem promiscuum fuisse, et ab omnibus passim episcopis usurpatum, ut ad aliarum civitatum episcopos benedictionis nomine eucharistiam transmitterent. Putavit scilicet Rhenanus, in his Irenæi verbis τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν, subaudiri verbum ἐλθοῦσι. Quod tamen non est necessarium. Nam οἱ ἀπὸ τῶν παροικιῶν, sunt episcopi ecclesiarum: quemadmodum ἀπὸ Δεβέλτου, est episcopus Debelti: ἀπὸ Εὐμενείας episcopus Eumeniæ, ut supra observavimus. Porro ad hunc morem transmittendæ eucharistiæ, facit in primis locus Justini in prima Apologia, εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν, ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι· καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία. Id est: *Postquam Antistes gratiarum actionem perfecit, et populus omnis apprecatus est, diaconi ex pane et vino et aqua consecratis partes dividunt unicuique præsentium, et ad absentes portant. Hic cibus vocatur eucharistia.* Scio quidem Justini locum de ægris

explicari posse. Sed nostra explicatio planior esse videtur. Illustre etiam hujus moris exemplum exstat in Actis Luciani martyris. Notandum porro est in loco Justini supra citato, panem consecratum a Christianis vulgo dictum esse eucharistiam; quod confirmat etiam Irenæus tum in hoc loco, tum in libro v. contra hæreses cap. xi. Clemens I. Stromat. p. 117. Tertullianus in lib. de Pudicitia c. 9. VALESIUS. Addas his scriptoribus alium etiam Justino antiquiorem Ignatium Antiochenum, qui duobus locis *Epistolæ ad Smyrn.* scil. §§. 7, et 8. et semel in *Ep. ad Philadelph.* §. 4. nomen eucharistiæ hoc sensu usurpavit. Rectius vero explicandus videtur Justini locus de τοῖς θλιβομένοις h. e. ægrotantibus et infirmis, uti fecerunt Grabius et Ashtonus in editionibus *Justini Apologiarum* suis, sub fin. Quippe deportatio S. eucharistiæ per diaconos, inquit Grabius ad *Irenæum* p. 466. cujus quidem rei apud Justinum facta mentio est, sæpius et ordinarie, ut aiunt, fieri solebat, altera vero, paschali, vel alio extraordinario tempore. Immo vero notat Coustantius, loco supra indicato, Innocentium Romanum episcopum, etiam cum floreret Christiana religio, a Decentio Eugubino consultum, num eucharistia per parœcias deferenda esset, hoc minime faciendum putare se Epist. xxv. n. 8. respondisse; *quia nec longe portanda sunt sacramenta.* Quapropter hoc quidem Irenæi loco post verba, *eucharistiam miserunt*, subaudiendum arbitratur Coustantius, *cum Romam venissent:* et ad illos missam eucharistiam eodem modo intelligit, quo Innocentius, in dicta epistola ad Decentium, ubi eam ad presbyteros ecclesiarum intra urbem constitutarum die Dominico mittere se solere significat; nimirum *ut se*, inquit, *a nostra communione, maxime illa die, non judicent separatos.*

P. 40. l. 16. *καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου* &c.] Baronius in Annalibus, hunc Polycarpi adventum in urbem Romam refert anno 5. M. Aurelii Antonini, eodemque anno pontificatum Aniceti orditur: quod nequaquam probabile mihi videtur. Hoc enim anno, Polycarpus major erat octogenario. Mortuus quippe est anno 7. M. Aurelii Imperatoris, cum sextum et octogesimum ætatis annum jam exegisset. Ita enim scribitur in epistola ecclesiæ Smyrnensis quam supra retulit Eusebius in lib. iv. ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη δουλεύω αὐτῷ. Id est, *Octoginta*

et sex annos illi servio. Quod si annos illos non a primo statim ortu, sed a pueritia ordiri lubet, quando primum homines ratiocinari incipiunt; sequetur omnino, Polycarpum centenario majorem aut proximum, e vivis abiisse. Atque ita juxta computationem Baronii necesse erit dicere, illum nonagesimo ætatis anno venisse Romam, quod profecto nequaquam credibile est. Eusebium vero hæc objectio nullatenus involvit. Quippe Eusebius Aniceti pontificatum orditur sub Antonino Pio, decem fere annis ante Baronium. Idipsum in Baronio reprehendit Halloixius in Notationibus ad caput 10. vitæ B. Polycarpi. VALESIUS. Male Baronius Hieronymum reprehendit, quod Polycarpum ad Anicetum Pio imperante Romam venisse scripserit. Nam non tantum Eusebius in Chronico id in literas retulit, sed et in Historia lib. iv. cap. 23. (14.) eique adhærent Hieronymus, Marianus Scotus, Ado in Chronico, Suidas in Polycarpo, aliique, a quibus primus dissensit Baronius, ut observavit Halloixius in Notationibus ad Vitam S. Polycarpi, cap. 10. *Ant. Pagi, Crit. Annal.* vol. I. pag. 1[illegible]0. a READINGIO allatus. Fasti Siculi (sive Chron. Alex.) docent Polycarpum Romam venisse sub Tertullo et Sacerdote, qui anno Dom. CLVIII. hoc est Pii XX. consulatum gessere. *Pearson. de Annis priorum Rom. Episc.* cap. xiv. initio, ab eodem READINGIO allatus.

Ceterum addidit particulam δὲ post μακαρίου *Niceph.* qui etiam ἐν Ῥώμῃ pro τῇ Ῥώμῃ similiter atque *ed. Steph.* habet; idemque a Strothio in edit. suam revocatum est. Consentit *MS.* quidem *Norfolc.* sed lectionem *Valesianam* tuetur *MS. Bodl.* seu *Savil.* Et scripsit hoc modo cap. 8. lib. iii. *Contra Hæres.* ipse quoque Irenæus, ubi ejusdem rei mentionem facit, de Polycarpo ita locutus, ὃς καὶ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ. Hæc olim notavi. Nunc vero Burtonus ἐν τῇ Ῥώμῃ dedit, "e duabus (ait) inter se conflatis lectionibus. Legunt "enim ἐν Ῥώμῃ Steph. Stroth. Zimmerman. *codd. Reg. Paris.* "*uterque Norf. Venet. Niceph.* τῇ Ῥώμῃ, Valesius *codd. Med.* "*Maz. Fuket. Sav. Florentini.* Ipse Irenæus apud Euseb. iv. "11. habet ἐπιδ' ἐν τῇ Ῥώμῃ, deinde iv. 14. ἐπιδ. τῇ Ῥώμῃ."

P. 40. l. 18. σχόντες] ἔχοντες *Niceph.* STROTH. Ita et *MS. Norfolc.*

P. 41. l. 1. εὐθὺς εἰρήνευσαν] εἰρήνευσαν εὐθὺς *Niceph.* *Idem*

verba περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου antecedentibus jungit. Verum aliter *Rufin.* STROTH.

Ibid. περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου] Pessime hunc locum interpretatus est Christophorsonus; cujus versio Baronium postea in errorem induxit. Sic enim vertit. *Quin pro hoc festo observando, quod controversiæ caput videbatur, caritatis vincula neutiquam ruperunt.* Cui interpretationi nimium fidens Baronius ad annum Christi 167. scribit Polycarpum ideo Romam venisse, ut dissidia quæ de paschali festo orta fuerant, cum Aniceto componeret: idque Eusebium et Irenæum affirmare. Atqui Irenæus id non dicit, nisi forte ex versione Christophorsoni. Hoc tantum ait Irenæus, cum Polycarpus Romam venisset Aniceti temporibus, et leves quasdam cum illo de aliis rebus controversias habuisset, ambos tamen illico pacem inter se fecisse, ac de festo paschæ noluisse inter se contendere. Non igitur ob quæstionem de festo paschæ, sed ob alias quasdam controversias Romam venerat Polycarpus. Scio Hieronymum in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, Baronii sententiam confirmare. Sic enim ait de Polycarpo. *Hic propter quasdam super die paschæ quæstiones sub Imp. Antonino Pio, ecclesiam regente Aniceto, Romam venit.* Ita etiam Eusebius noster in lib. iv. cap. 14. Sed cum Hieronymus id ex Eusebio sumpserit; Eusebius autem ex Irenæo; inquirendum est a nobis, non quid Eusebius dixerit ac Hieronymus, sed potius quid senserit Irenæus. VALESIUS. Atqui hoc ipsum Irenæi verba loquuntur, nempe Polycarpum Romam venisse *ob quæstionem* quandam, quæ de die paschæ inciderat, διά τι ζήτημα περὶ τῆς κατὰ τὸ πάσχα ἡμέρας Euseb. lib. iv. cap. 14. *M. Shorting.* in locum, a READINGIO adductus. Sin velit ille, voces istas Irenæi esse, non Eusebii, ita quidem Irenæum narrasse scribentis, in hoc fallitur. Quin et Grabius et Massuetus, qui Irenæum ediderunt, cum Valesio faciunt. Sed interea, cum vidissem Melitonem in fragmento operis sui *De Paschate* supra pag. 115. Vol. I. collocato narrantem, magnam circiter illa tempora extitisse controversiam, πολλὴν ζήτησιν, super hac re; Irenæique in hac epistola narrationem mecum considerassem; vix dubitavi, quin cum ob alia, tum propter quæstionem de observatione paschæ Polycarpus Romam adierit. Profecto dum ibi manebat Polycarpus, *mul-*

tos ab hæretico errore correxit, ut tradit Eusebius tam in *Chronico* quam in *Historia*, teste ejusdem rei Irenæo quoque lib. iii. cap. 3. §. 4. qui hoc notabile de viro sancto adjecit; *unam et solam hanc veritatem annuntians ab apostolis percepisse se, quam et ecclesia tradidit.* Proxime post εἰς ἑαυτοὺς *MSS. Bodl.* et *Norfolc.* pro πρὸς ἑαυτούς. Nunc adducentem sex alios MSStos Burtonum, atque in textum εἰς recipientem, virum cl. propter vicinum πρὸς ego secutus sum.

P. 41. l. 5. μὴν] A *Niceph.* abest. Stroth. Mox, notante id Joanne La Placette viro doctiss. *Observ. Historico-Eccl.* p. 84. verbum ἔπεισε, *persuasit*, minus recte reddit Valesius *persuadere conatus est.* Rectius habet vetus interpres Rufinus, *neque enim aut Anicetus Polycarpo suadere poterat*, &c.

Ibid. l. 7. πρὸ αὐτοῦ] πρὸ ἡμῶν *Niceph.* Stroth. Proxime post addit καὶ ταῦτα ante ὀφείλειν *MS. Norfolc.* sed frustra.

Ibid. l. 9. παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν] Hunc honorem Anicetus pontifex Romanus habuit venerabili seni Polycarpo, ut illum in ecclesia sacra facere sineret, et quidem præsente se, quod in primis notandum est. Sic Irenæi verba et Rufinus et ceteri interpretes acceperunt. Sed Franciscus Florens antecessor Aurelianensis, vir doctus, et nobis dum vixit amicissimus, hæc Irenæi verba aliter intelligenda esse contendit in tractatu ad Titulum 7. Decretalium de translatione episcopi. Vult enim Anicetum porrexisse duntaxat eucharistiam Polycarpo, non autem concessisse illi jus sacra mysteria celebrandi. Verum si hunc Irenæi locum ita intelligimus, quid honoris tributum fuerit Polycarpo ab Aniceto? Hoc enim diserte notat Irenæus, tum illo verbo παρεχώρησε, quod de suo jure concedere significat; tum illis verbis quæ addit, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι. Id est, honoris causa et contemplatione, ut vertit Rufinus. Certe si eucharistiam tantum Polycarpo porrexisset Anicetus, nullum ei præcipuum honorem detulisset; cum omnibus peregrinis episcopis id passim tribui soleret, ut cum episcopo civitatis simul communicarent, quemadmodum scribit ipse Florens ibidem. Sed et in concilio Arelatensi capite 20. decretum est, ut peregrino episcopo locus sacrificandi detur. Valesius. Idem, quod decreverunt Arelatenses, inveniendum est, Lowthio ad Eusebium indicante, in *Constit. Apost.* lib. ii. cap. 58. Et hæc quidem Valesii

mihi magis placent, quam Lemoynii illa in Prolegom. ad *Var. Sacr.* fol. 14. et seq. ubi Florentis amplexus est sententiam. Attamen idem placuisse nunc video cl. Heinichen. ad l. c. tum quod durissima esset locutio παραχωρεῖν τὴν εὐχαριστίαν, eo sensu ut sit, *conservandæ eucharistiæ munus concedere*, tum quod interpretanda non sint cum Valesio verba κατ' εὐτροπὴν *honoris causa*, sed *reverentiæ causa*, quam scilicet Anicetus habebat erga Polycarpum. Deerat præpositio ἐν ante τῇ ἐκκλησίᾳ in *MS. Norfolc.*

P. 41. l. 11. πάσης τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων καὶ τῶν τηρούντων καὶ τῶν μὴ τηρούντων] Cum deesset καὶ priore loco, et τῶν posterius in *ed. principe* sive *Steph.* atque *Niceph.* hos Strothius in ed. sua secutus est. Sed *Valesii* lectionem tuentur *MSS. Bodl.* et *Norfolc.* aliique codd. teste Burtono, nec Rufinus vet. interp. aliud hic invenisse videtur. Ceterum Eusebius finitis Irenæanis hæc verba addidit: Καὶ ὁ μὲν Εἰρηναῖος φερώνυμός τις ὢν τῇ προσηγορίᾳ, αὐτῷ τε τῷ τρόπῳ εἰρηνοποιὸς, τοιαῦτα ὑπὲρ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης παρεκάλει τε καὶ ἐπρέσβευεν. ὁ δ' αὐτὸς οὐ μόνον τῷ Βίκτορι· καὶ διαφόροις δὲ πλείστοις ἄρχουσιν ἐκκλησιῶν, τὰ κατάλληλα δι' ἐπιστολῶν περὶ τοῦ κεκινημένου ζητήματος ὡμίλει. *Et Irenæus quidem nomini suo vere respondens, nec solo nomine sed etiam vitæ instituto ac proposito pacificus, pro ecclesiarum pace hæc monuit et allegavit. Nec vero ad Victorem solum, sed ad multos alios ecclesiarum antistites de quæstione proposita literas in eandem sententiam misit.*

Ibid. l. 13. Eusebium] Haud propterea secum pugnare credendus est Eusebius, cum Victorem dicit conatum esse Asianos abscindere (vid. supra pag. 42.). Et abscidit enim re vera Asianos, cum eos a communione sua removit; et conatus est ab ecclesiæ corpore segregare, cum ceteris episcopis ad idem præstandum et litteris et exemplo auctor fuit. At plerique eum potius commonendum censuerunt, ut in proposito non permaneret. Quo spectat illud Hieronymi de script. eccl. c. 45. *Victor multos Asiæ et Orientis episcopos, qui xiv. luna cum Judæis pascha celebrabant, damnandos crediderat: in qua sententia hi qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt manus.* Immo Victorem ipsum his manus dedisse, atque eorum monitis morem gessisse haud temere sentiamus. Et id quidem Anatolius Laodicenus episcopus, qui Probo imperatore circa

annum Christi 276. floruit, apud Bucherium pag. 444. diserte asserit. *Contentio*, inquit, *quædam exorta est inter eorum successores, Victorem scilicet Romanæ urbis eo tempore episcopum, et Polycratem, qui tunc in episcopis Asiæ primatum gerere videbatur: quæ Irenæo tunc Galliæ partis præsule rectissime pacata est, utrisque partibus in sua regula perseverantibus, nec a cœpto antiquitatis more declinantibus.* Quocirca Firmilianus epist. 75. edit. Pamel. ad Cyprianum scribit: *Scire quis etiam inde potest, quod circa celebrandos dies paschæ et circa multa alia divinæ rei sacramenta videat esse apud illos* (Romanos) *aliquas diversitates, nec observari illic omnia æqualiter, quæ Jerosolymis observantur. Secundum quod in ceteris quoque provinciis multa pro locorum et nominum diversitate variantur: nec tamen propter hoc ab ecclesiæ catholicæ pace atque unitate aliquando discessum est.* Celeritas quippe qua, ut credere est, pax ad modicum interturbata, in integrum restituta est, unitatis ruptæ oblivionem ita peperit, ut ab ea aliquando discessum esse Cypriani ætate ne recoleretur quidem. Hic tacere nobis non licet Epiphanii atque Sozomeni ex simili nominum confusione dissimilia errata. Epiphanius nempe, ubi ait, (Epiph. hær. 70. n. 9.) *Polycarpi ac Victoris temporibus Orientales ab Occidentalibus ita divulsos esse, ut pacificas a se invicem litteras nullas acciperent*, Polycratis loco Polycarpi nomen substituisse convincitur. Sozomenum vero, (Sozom. lib. vii. c. 19.) quæ de Aniceto dicenda erant, de Victore dixisse planum est, cum scripsit, *Victori et Polycarpo communi consilio placuisse, ut singuli festum prout consueverant celebrantes, a mutua inter se communione nequaquam discederent.* Coustant. Hæc ille, neque ab sententia ejus de rebus gestis Victoris discrepat Tillemontius in *Mem. Eccl.* Not. v. in S. Victor. Conferas porro quæ super his argumentis supra annotata sunt. Tantum hic addam, Socratem lib. v. *Hist. Eccl.* cap. 22. dum optime h. e. docte atque candide, de hoc paschali aliisque ecclesiæ ritibus exponit, ostendisse, neutras partes ad traditionem confirmandam scriptum aliquod testimonium afferre potuisse, quod de testimonio litteris mandato ævo apostolico intelligendum esse videtur; paschale autem festum singulis locis usu quodam ac consuetudine varie celebratum fuisse. Ut, si liceat judicium meum his interponere, dicerem, rem ita quodammodo com-

paratam videri. Cum ex testimoniis Polycarpi atque Polycratis constet, ipsum Joannem aliosque præterea apostolos decimo quarto die lunæ pascham celebrasse, id quoque observatum esse fere ubique terrarum existimem ex imitatione eorundem apostolorum, qui ipsi non tantum in annuo festo, celebrando, sed et in tempore paschæ Judæos secuti fuerant. Eundem autem morem, perinde ac sabbati cultum, aliosque ritus Judaicos, non apud Romanam tantum, verum etiam alias ecclesias complures, paulatim in desuetudinem abiisse; apud nonnullas cito, apud alias serius; dum mos diversus cum honore diei Dominicæ atque resurrectionis Domini, cumque odio Judæorum, conjunctus postea ita invaluit, ut in nonnullis saltem ecclesiis consuetudinis vetustioris observatores, præ ceteris jam pauci facti, *'Ιουδαΐζειν* viderentur. Attamen Eusebius initio Notarum in CONCIL. CÆSAR. allatus pag. 4. tum vero ipsi Palæstini episcopi, contrarium Asianis tempus defendunt, *περὶ τῆς κατελθούσης εἰς αὐτοὺς ἐκ διαδοχῆς τῶν ἀποστόλων περὶ τοῦ πάσχα παραδόσεως πλεῖστα διειληφότες.* Vid. supra pag. 5. Sed velim in memoriam revoces, quanta rerum fieret mutatio in ecclesia ipsa Hierosolymitana, post victos Judæos ab Hadriano Imp. per totam Judæam et alias regiones rebellantes. Tunc *τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας ἐξ* 'ΕΘΝΩΝ *συγκροτηθείσης*, verbis utor ejusdem Eusebii lib. iv. *Hist.* cap. 6. *πρῶτος μετὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐπισκόπους τὴν τῶν ἐκεῖσε λειτουργίαν ἐγχειρίζεται Μάρκος.* Immo vero vel nomen Hierosolymæ nova urbe Ælia ex memoria vicinarum gentium cito deletum est; id quod ex dubitatione Romani præsidis, cum pristinum Hierosolymæ nomen ex martyre quodam audivisset, satis constat. Vid. Euseb. *De Martyr. Palæstinis* cap. xi. Atqui apostolicam originem, qualem gloriabantur præsules Palæstini, consuetudini illi expectandi diem Dominicum vindicat Imp. Constantinus in *Epistola* apud Socratem *Hist. Eccl.* l. 9. cons. et Sozomen. *H. E.* vii. capp. 17. et 19. Qui enim mos in ecclesiis singulis, seu ab apostolo seu secus fundatis, semper obtinuisse videbatur, is, præscribente regula, habitus est apostolicus.

P. 41. l. 27. *'Εν ᾧ ἄν τις δύναιτο* &c.] Eadem Irenæi sententia citata quoque legitur in Claromontano Parallel. Damasceni Codice lit. E. tit. 44. edita ab Halloixio in Vita

Irenæi pag. 499. nec non in alia Collectione Sententiarum ex Patribus Cod. 143. Barocc. fol. 17. pag. 1. et Cod. 238. in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi. Sed in solo Maximo adscriptus est locus, nempe ἐκ τῆς πρὸς Βίκτωρα ἐπιστολῆς, *ex Epistola ad Victorem.* Grabius ad *Irenæum* pag. 466. Apud Damascenum, seu rectius, Joannem Monachum, sic variatur ῥῆσις: Ἐν ᾧ ἄν τις δύναται εὖ ποιεῖν τῷ πλησίον, ἢν μὴ ποιῇ, ἀλλότριος &c. p. 480. ed. Lequien. *Op. S. Joan. Damasceni.* In iis autem, quæ præfatus est Eusebius in hoc fragmentum Epistolæ ad Victorem, positum est istud, Ἀντιπαρακελεύονται (episcopi Βίκτωρι,) τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλήσιον ἑνώσεως καὶ ἀγάπης φρονεῖν.

Quin et Irenæum ἐν τῷ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ adduxit Auctor *Quæstionum et Respons. ad Orthodoxos* inter *Opera Justini*, Quæst. 145. ex qua quidem Irenæana ῥήσει constat consuetum esse ab Apostolicis usque temporibus, ut non flecteretur genu in orationibus, neque die Dominico, neque pentecoste. Quum vero haud liqueat, desumptum illud esse ex hac Irenæi ad Victorem epistola, quæ nomine fratrum Galliæ conscripta est, cum ad alios, ut refert supra Eusebius, de festo paschæ Irenæus scripserit, arripiendum istud tanquam synodicum aliquid, et propterea ad rem meam pertinens, non putavi.

MAXIMUS.

MAXIMUS.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. xlvii. p. 122.

MAXIMUS sub iisdem principibus (Commodo Severoque) [a]famosam quæstionem insigni volumine ventilavit, unde malum, et quod materia a Deo facta sit.

[a] *Πλεῖστα μὲν οὖν παρὰ πολλοῖς εἰσέτι νῦν τῶν τότε σώζεται παλαιῶν καὶ ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν, ἐναρέτου σπουδῆς ὑπομνήματα· ὧν γε μὴν αὐτοὶ διέγνωμεν, εἴη ἂν τὰ Ἡρακλείτου εἰς τὸν ἀπόστολον, καὶ τὰ Μαξίμου περὶ τοῦ πολυθρυλλήτου παρὰ τοῖς αἱρεσιώταις ζητήματος, τοῦ πόθεν ἡ κακία, καὶ περὶ τοῦ γενητὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην.* Euseb. H. E. v. 27. et Niceph. iv. 35. Per *αἱρεσιώτας* Valentinianos intellige et Marcionitas. Fabricius.

Gul. Cavius, *Hist. Lit.* tom. I. pag. 95.

Maximus, *οὐκ ἄσημος ἀνὴρ τῆς Χριστοῦ διατριβῆς*. *Vir inter Christianos insignis* (Euseb. Præp. Evang. lib. vii. c. 22. p. 357.) claruit an. 196. Scripsit volumen de vulgatissima illa apud philosophos *Quæstione, Unde sit Malum*, sive *περὶ τῆς ὕλης*, vel, *de eo quod Materia sit facta*, et *malorum non sit causa.* Ex eo

amplissimum fragmentum exhibet Eusebius (ubi supra) quod in Origenis etiam dialogo contra Marcionistas totidem verbis habetur. Hinc nata viris eruditis dissidii seges. Vir cl. Wetstenius in Præfat. ad Origenis Dialog. id e Maximi libro περὶ τῆς ὕλης acceptum dialogo suo inseruisse Origenem contendit. E contra Doctiss. Huetius, Append. ad Origenian. lib. iii. §. 9. p. 276. censet, Maximum nostrum, quem ad Constantini tempora detrudit, dialogum istum sub Origenis nomine composuisse, operique suo περὶ τῆς ὕλης intexuisse, et exinde fragmentum illud ab Eusebio depromptum esse. Cæterum infirmo plane tibicine fulciri mihi videtur sententia Huetiana, et vix verisimilitudinis umbram habere. Si Constantino imperante scripsisset Maximus, quomodo id Eusebium in conquirendis virorum ecclesiasticorum monumentis eo ipso tempore versatissimum effugere potuit? Quid? quod Eusebius Maximum diserte accenset eis, τοῖς εἰσέτι νῦν, de Commodi imperio loquitur, qui tunc temporis vixerunt, et plurima laudabilis diligentiæ monumenta post se reliquerunt (Euseb. H. E. v. 27.). Et Hieronymus quidem (De Script. cap. 47.) Eusebium de Commodi Severique imperio recte interpretatur. Immo Basilius et Nazianzenus in Philocalia Origeniana cap. 24. in fine, Maximo disertissime ascribunt, etsi id totidem verbis in Origenis dialogo contra Marcionitas se reperisse fateantur. Ut nulla non ratione concludi possit, autorem dialogi, sive Origenes sit, seu quis alius, fragmentum illud ex Maximi libro περὶ τῆς ὕλης desumpsisse.

MONITUM.

Ut Excerptum Maximi nomine inscriptum vindicaretur auctori sæculi ecclesiæ secundi, non quarti, quod docuerat illustris Huetius, Cavio in superioribus optimo jure placuit. Hoc autem simul monuerim, non omnes, sed tantum paucas istius longæ ῥήσεως in Eusebii *Præparatione Evangelica* positæ particulas, dispersorum atque disjectorum membrorum instar, in *Dialogo* Origeni falso adscripto conspici; multo autem plures portiones ejus, in S. Methodii, qui tertio scripsit sæculo, apparere opusculo *De Libero Arbitrio*, cujus fragmenta primus edidit Meursius, deinde Combefisius. Quæ quidem fragmenta, sed ab excerptore quodam breviata atque mutata, una cum aliis quibusdam ῥήσεσι ejusdem operis Methodiani, *Bibliothecæ* suæ Photius interseruerat. Sed et alia multa præter Eusebianum Maximi excerptum insunt communia *Dialogo* jam commemorato cum Methodio; quæ etiamsi *Dialogi* auctor ex Methodio desumpsisse censeatur, tamen vix dubito, quin partim ad eundem Maximum, tanquam primum illorum auctorem, pertinerent. Cum vero Maximi nomen ex more apud veteres solito supprimatur, neque alius quis-

quam præter Eusebium, dum exscribit, eum nominaverit, ista frustula haudquaquam tam fidenter Maximo adscribi potuerint, quam nostra hæc ab Eusebio prolata. Ad Huetii sententiam quod attinet, vix ea se sustinebit; viro doctissimo scilicet statuente, quia Maximi fragmentum, ut ait is quidem, in *Dialogo De Materia* compareat, cujus tamen fragmenti pars tantum, ut dixi, ibidem extat, ideo retulisse in litteras *Dialogum* illum sæculo quarto Maximum, atque operi suo *περὶ ὕλης* intexuisse; at vero constat S. Methodium ante Constantini M. ætatem, quo regnante *Dialogum* verbis in eo quibusdam nixus scriptum esse ait Huetius, hocce fragmentum utendum accepisse, quod Maximi esse ipse vir præstantissimus recte statuit.

Quid autem est, quod Gilbertus Genebrardus Latinus Origenis *Philocaliæ* interpres hoc Maximi excerptum, quod SS. Basilius et Gregorius Naz. si modo ab illis scholium a Cavio memoratum sit adjectum, ex *Præparatione Eusebii* in *Philocaliam* suam se desumpsisse testantur, hoc titulo signaverit, *E Tractatû Origenis in primum caput Geneseos?* Pauca illa quæ jam extant Origenis in Genesin, reliquiæ sunt, ut cl. Galeus in notula quadam ab Wetstenio ad Dialogi modo dicti finem collocata monuit, pleniorum Commentariorum super eodem argumento. Eusebius autem in *Præparatione* sua *Evangelica* paululum antequam Maximiana attulit, alia quædam de ipsa hac quæstione, quod materia ortu non careat, ex Origenis his Commentariis adduxit. Potuerunt igitur hæc Maximi, vel pars saltem eorum, in Origenis his Commentariis olim extitisse. At vero præter morem erat Origenis, ut in commentariis suis longas aliorum *ῥήσεις* proferret, vel ut tacito nomine faceret aliena sua; et forsitan idonea causa fuit sanctis illis Philocaliæ editoribus, ut libello suo electorum Origenis ista Maximi insererent de materiæ ortu agentia,

cum eorum partem in *Dialogo* Origeni adscripto invenissent. Sumpta vero esse a Basilio et Gregorio ex *Eusebiana* potius *Præparatione* Maximi ista, ut omnes, ni fallor, *Philocaliæ* codices testantur, id ex eo contigit, quod pleniora et perfectiora quam alii eadem servaverat Eusebius. Scholium Philocaliæ adjectum hic afferam. Ταῦτα ἀπὸ τοῦ ζ′ λόγου τῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς παρεκβέβληται. Μαξίμου δέ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ αὐτὸς Εὐσέβιος, οὐκ ἀσήμου ἐν τοῖς Χριστιανοῖς συγγραφέως (elogium est ab Eusebio τῇ ῥήσει præmissum). αὐτολεξεὶ δ' εὕρηται ταῦτα κείμενα, καὶ ἐν τῷ Ὠριγένους πρὸς Μαρκιωνιστὰς καὶ ἄλλους αἱρετικοὺς διαλόγῳ, Εὐτροπίου δικάζοντος, Μεγεθίου δὲ ἀντιλέγοντος.

Sed vero Methodius, quocum fere consentit in lectionis varietate *Dialogi* contextus, plenius interdum atque correctius quam, vel *Eusebii*, vel *Philocaliæ*, hodierni codices, partes Excerpti præstitit, ut vel eo nomine deflendum sit, haud extare integrum Methodii *De Libero Arbitrio* opus, sed supplendam esse ex abbreviatore Photiano partem ejus posteram. Hujus tamen excerptoris ope orationem Maximi in locis quibusdam insigniter augere mihi licuit. Sin alicui in mentem venerit suspicio propter illum a Genebrardo præfixum fragmento titulum, tribui posse idem Origeni tanquam primo ejus auctori, potius quam Maximo, is non tantum sibi objicere debebit Eusebii auctoritatem in rebus gestis et scriptis Origenis versatissimi, qui illud Maximo attribuit, verum hoc quoque, quod omnibus notissimum est, tam infensum fuisse Methodium Origeni, ut vix credibile sit, illum, cantus ejus, quod aiunt, suis carminibus immiscuisse. Ejusdem quoque Eusebii auctoritas, tam in *Historia Ecclesiastica*, quam in ipsa hac *Præparatione Evangelica*, Maximo opus *de Materia* tribuentis, satis, ni fallor, valebit contra alios, si qui fuerint, Methodio hæc vindicantes. Vel denique, si quis

contra putaverit, fragmenta operis περὶ αὐτεξουσίου, sive *De Arbitrio Libero*, sub Methodii nomine a Meursio et Combefisio edita, simul cum Excerptis ejus a Photio inventis (cui quidem critico aliorum quoque Methodii operum compendia obtigerunt) ψευδεπίγραφα esse, atque ad Maximianum omnia pertinere opus; obstet huic opinioni non tantum Hieronymus in Catalogo libellum *de libero arbitrio* Methodio adscribens, sed etiam nitidus ejus compositusque sermo ab eodem Hieronymo commemoratus, qui cum inest ceteris Methodii opusculis, tum maxime in limine fragmentorum περὶ αὐτεξουσίου conspicuus est.

Sed hæc hactenus. Hujus Excerpti contextus quatuor de fontibus præcipue ortus est, Eusebii *Præparatione Evangelica*, *Philocalia* Origenis, Methodiique *Reliquiis*, et *Dialogo* Origeni adscripto *Contra Marcionitas*; quorum librorum tantum duo priores, *Eusebii Præparatio* et *Philocalia*, totam seriem sermonis præstant. Ad Eusebium quod attinet, præter Stephanianam editionem anno 1544 typis impressam, atque Vigerianam illam anni 1628, unum adhibui codicem scriptum, qui in bibliotheca Collegii S. Joan. Baptistæ servatur, melioris notæ librum, sed vero haud valde antiquum. *Philocaliæ* autem, in quam ex Eusebio ῥῆσις desumpta est, tres MSS. in auxilium vocare licuit, quorum primi copiam mihi fecerunt custos et socii Collegii Novi, quod quidem exemplar pulcherrimum Poli Cardinalis olim fuit; alterum autem bibliotheca tenet splendidi Collegii SS. Trinitatis Cantabrigiæ, cujus lectiones discrepantes a *Philocalia* Tarini, qui primus Græca edidit anno 1619, mihi inde humanissime transmissæ sunt, rem procurante viro ornatissimo Thoma Jones, S. T. B. ejusdem, dum viveret, collegii socio. Codex olim clarissimi Galei fuit; et testatur Cavius quidem *Hist. Lit.* vol. I. Tit. *Origenes*, *Philocaliam* Græce MS. ha-

buisse Galeum emendatam ex variis scriptis codicibus, novaque versione donatam; hic vero an liber idem sit atque ille in usus meos collatus, quærant alii. Certe obstat quod de lectionibus ex aliis MSStis petitis a Cavio dicitur, cum lectionis varietas in ora hujus libri adposita (sed de Maximi tantum fragmento loquor) editionibus *Eusebii* ac *Philocaliæ* debeatur. Tertium *Philocaliæ* exemplar in bibliotheca extat Bodleiana, numero 3036 signatum, hujusmodi tamen indice adjecto, *Collectanea ex Variis Origenis Operibus.* Chartaceum est, et recentiori ævo scriptum.

Quanquam vero aliud præterea *Philocaliæ* exemplar in eadem bibliotheca conservatur, omissa tamen in illo sunt capita sex ultima, in quorum quidem tertio, sive capite vicesimo quarto, fragmentum hoc Maximi poni solet. Transcripsit exemplar istud Georgius Contius natione Græcus, anno 1627, ex codice apud montem Athonem servato, quem vocat autographum Contius in epistola præmissa ad Thomam Roe equitem auratum, regis nostri ad Turcam legatum. Cui viro de autographo quidem vix credo, quippe cum omittantur omnia hæc capita refragantibus ceteris Philocaliæ codicibus; eaque olim omissio orta inde fuisse videatur, quod titulus sectionis secundæ capitis vicesimi primi idem sit, atque ille, qui vicesimo septimo, seu capiti vulgo ultimo, præfixus est. Sin vero Contius ipse hæc capita omiserit, eo magis παρόραμα nobis deflendum foret, quod ita jacturam auxilii ex antiquissimo codice, immo autographo, (nisi quod indices hujusmodi ex alio codice in alium transcribi solent) fecerimus. Est quoque alius quidam codex in Museo Saviliano servatus, qui in Bodleiano Catalogo numero 6558 notatur; is vero tria tantum capita continet *Philocaliæ* Origenis, capp. 21, 25, 27. Sed de his duobus codicibus satis

superque. Quod ad *Methodiana Fragmenta* attinet, Combefisiana editione anno 1644, typis impressa, una cum Photii opere, *Bibliotheca* dicta, usus sum. *Dialogum* autem, qui Origenis vocatur, *contra Marcionitas*, Græce primus edidit Basileæ Jo. Rodolph. Wetstenius anno 1674. Hujus opusculi extat in bibliotheca Bodleiana exemplar MS. quocum edita, sed parvo cum fructu, contuli. Neque majorem mihi præbuit opem Delaruæana *Dialogi* apud Origenem editio, quæ quidem ad verbum ex Wetsteniana illa desumpta nullam variantem lectionem præter unam nihili habendam ex codicibus scriptis suppeditat.

Archetypus vero nostri textus est Eusebii *Præparatio Evangelica*, sed ex Origenis *Philocalia* cæterisque, quos adhibui, operibus a me mutata atque interdum aucta. Ita cum variationes *Philocalia* habeat a textu Eusebiano ad ducentas, Maximum fere quadragies inde emendare potui. Porro sæpius solito ex *Methodio Dialogo*que orationem totis sententiis amplificare mihi licuit, quod quidem non ad ostentationem profero, sed ut demonstretur, quanto correctiores quandoque fieri possint auctores plurium ope librorum, maxime eorum, qui remotiori inter se cognatione conjungantur. Quæ vero loca hujus longæ ῥήσεως fuerint ex libris a me mutata, omnia ea signavi, reliqua fere varietate neglecta. Ad versionem Latinam quod attinet, Vigeri illam adjunxi, iis tantum locis vel auctam vel mutatam, quos quidem ad Græca quasi postliminio redeuntia refingere oporteret. De his tantum.

Ceterum ex antiquorum scriptis colligere licet, etiam sæculo ecclesiæ secundo necessarium fuisse, ut Christiani in hujusmodi quæstionibus de materiæ origine diligenter versarentur, quippe cum hæretici ethnicos philosophos secuti innatam materiam esse, et, ut ita

loquar, *infectam* statuerent, Deum qualitatum tantum opificem esse asserentes. Quod quidem ostendit Irenæi fragmentum illud fine operum ejus positum, *περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀγέννητον τὴν ὕλην*, sive, *περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ποιητὴν κακῶν*, tum vero Tertulliani multi ac varii tractatus.

Monendus vero est lector, hoc Maximi fragmentum a cl. Gallandio in tomo ii. *Bibliothecæ* suæ SS. *Patrum* nuper collocatum fuisse, sed ex Eusebii *Præparatione* ad verbum repetitum. Idem autem Gallandius in Prolegomenis p. xvii. haud spernenda conjectura statuit, tum nominis, tum claritudinis, tum etiam temporis, ratione ductus, auctorem istum Maximum Hierosolymæ episcopum fuisse, qui ab Eusebio in *Chronico* ad annum Commodi Imp. sextum, Christi 185. collocatur. Idem censuerat ante Fabricius, ut constat ex *Delectu Argumentorum* &c. *Pro Veritate Rel. Christ.* p. 162. sed nulla, ut ait Gallandius, reddita sententiæ ratione. Eusebius quidem nostri Maximi munus ecclesiasticum nusquam vel in *Historia* sua vel in *Præparatione* commemorat, is vero magnum quoque Dionysium Alexandrinum paulo ante in eodem opere *Præparationis* adductum omissa patriæ et officii mentione, ut notat ibidem Vigerus, satis frigide nominavit. Res tamen incerta est, quam statuere vult Gallandius.

MAXIMI,

QUI SUB FINEM SÆCULI SECUNDI FLORUIT,

FRAGMENTUM.

Ab Eusebio libro vii. *Præparat. Evang.* cap. ult. allatum.

Ex libro de Materia, qui in dialogi modum compositus est.

ὍΤΙ μὲν ἀδύνατον ὑπάρχειν ἀγέννητα δύο ἅμα, οὐδὲ σὲ ἀγνοεῖν νομίζω, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δοκεῖς προλαβὼν τοῦτο προστεθεικέναι τῷ λόγῳ· ὡς πάντως ἐξ ἀνάγκης τὸ ἕτερον δεῖ λέγειν, ἢ ὅτι κεχώρισται τῆς ὕλης ὁ Θεὸς, ἢ αὖ πάλιν, ὅτι ἀμέριστος αὐτῆς τυγχάνει. εἰ μὲν οὖν ἡνῶσθαί τις αὐτὰ εἰπεῖν ἐθέλοι, ἓν τὸ ἀγέννητον λέξει· ἑκάτερον γὰρ τούτων, μέρος ἔσται τοῦ πλησίον. ἀλλήλων δὲ μέρη τυγχάνοντα, οὐκ ἔσται ἀγέννητα δύο, ἀλλ'

Fr. Vigeri Interpretatio,

Ad hanc Fragmenti recensionem correcta.

Equidem duo simul quæ ortu careant esse non posse, quin mecum intelligas, non dubito: licet hoc ponere insuper atque addere videaris: quoniam e duobus necessarium alterutrum est, ut vel segregatus a materia Deus, vel cum eadem omnino conjunctus esse dicatur. Qui ergo ea conjuncta esse volet dicere, is unum duntaxat aliquid statuet, quod ortu careat; tunc enim alterius alterum pars utique foret; quæ vero mutuam inter sese partis rationem habent, eadem, quæ ortu careant, duo simul esse non possunt, sed unum ex diversis consistens. Neque enim hominem diversis constantem membris dividimus

ἓν ἐκ διαφόρων συνεστός. οὐδὲ γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἔχοντα διάφορα μέλη κατακερματίζομεν εἰς πολλὰ γεννητά. ἀλλ᾽, εἰ ὡς ὁ λόγος ἀπαιτεῖ, ἕν τι γεννητὸν, τὸν ἄνθρωπον, πολυμερὲς πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φαμέν· οὕτως ἀνάγκη εἰ μὴ κεχώρισται τῆς ὕλης ὁ Θεὸς, ἓν τὸ ἀγέννητον εἶναι λέγειν. εἰ δὲ κεχωρίσθαι φήσει τις, ἀνάγκη εἶναί τι τὸ ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων, ὅπερ καὶ τὸν χωρισμὸν αὐτῶν δείκνυσιν. ἀδύνατον γὰρ ἐν διαστάσει ἐξετάζεσθαί τι ἀπό τινος, οὐκ ὄντος ἑτέρου καθ᾽ ὃ ἡ διάστασις ἑκατέρου γίνεται. ὅπερ οὐ μέχρι τούτου ἵσταται καὶ μόνου, ἀλλὰ καὶ πλείστων ὅσων. ὃν γὰρ ἐπὶ τῶν δύο ἀγεννήτων εἴπομεν λόγον, τοῦτον ἐξ ἀνάγκης ὁμοίως προχωρεῖν (for. addend. δεῖ), εἰ τὰ ἀγέννητα δοθείη τρία. Καὶ γὰρ ἐπὶ τούτων ἐροίμην ἂν, εἰ κεχώρισται ἀλλήλων, ἢ αὖ πάλιν ἕκαστον ἥνωται τῷ πλησίον· εἰ μὲν γὰρ ἡνῶσθαί τις εἰπεῖν ἐθέλοι, τὸν αὐτὸν ἀκούσει τῷ πρώτῳ λόγον· εἰ δ᾽ αὖ πάλιν κεχωρίσθαι, οὐ φεύξεται τὴν ἐξ ἀνάγκης τοῦ χωρίζοντος ὑπόστασιν.

in diversa genita; verum si, ut ipsa ratio postulat, rem unam quidem genitam, variis tamen ex partibus constitutam, hominem a Deo procreatum esse dicimus; sic necesse plane est, si Deum a materia sejunctum esse negas, unum duntaxat aliquid, quod genitum non sit, agnoscere. Sin ab eadem secretum esse voles, medium necessario quiddam inter utrumque statuendum erit, quo utriusque discidium ostendatur. Nec enim unius ab altero divortium constitui, dignoscive potest, nisi tertium aliquid suberit, ex quo divortium illud æstimetur. Atque hæc ratio, non tantum vel in hoc, vel in uno quopiam, sed etiam in pluribus locum habet. Quod enim de duobus ortu carentibus dictum est, id similiter valere necesse erit, si tria ponentur ortu carentia. Nam de illis eodem modo quæram, utrum disjuncta illa sint, an singula inter sese conjuncta. Si conjuncta quis esse volet defendere, idem ego contra, quod paulo ante argumentum opponam. Sin distincta fatebitur, nunquam illius quarti necessitatem effugiet, quod hoc discidii genus efficiat.

β΄. Ἂν δ' ἄρα τις καὶ τρίτον εἶναι λέξει λόγον, ὡς ἁρμόζοντα περὶ τῶν ἀγεννήτων λέγεσθαι, τουτέστι τὸ μήτε κεχωρίσθαι τῆς ὕλης τὸν Θεὸν, μήτ' αὖ πάλιν ὡς ἐν μέρει ἡνῶσθαι, εἶναι δὲ καθάπερ ἐν τόπῳ τῇ ὕλῃ τὸν Θεὸν, ἢ καὶ τὴν ὕλην ἐν τῷ Θεῷ, τὸ συνέχον ἀκουέτω, ὅτι ἐὰν τόπον τοῦ Θεοῦ τὴν ὕλην εἴπωμεν, ἐξ ἀνάγκης αὐτὸν καὶ χωρητὸν λέγειν δεῖ, καὶ πρὸς τῆς ὕλης περιγραφόμενον. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁμοίως αὐτὸν τῇ ὕλῃ ἀτάκτως φέρεσθαι, μὴ ἵστασθαί τε μηδὲ μένειν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ ἀνάγκῃ, τοῦ, ἐν ᾧ ἐστιν, ἄλλοτ' ἄλλως φερομένου. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ἐν χείροσι γεγονέναι τὸν Θεὸν εἰπεῖν ἀνάγκη. εἰ γὰρ ἦν ποτε ἄκοσμος ἡ ὕλη, ἐκόσμησε δὲ αὐτὴν εἰς τὸ κρεῖττον τρέψαι προαιρούμενος, ἦν ποτε ὅτε καὶ ἐν ἀκοσμήτοις ἦν ὁ Θεός. Δικαίως δ' ἂν καὶ τοῦτον ἐροίμην τὸν λόγον, πότερον ἐπλήρου τὴν ὕλην ὁ Θεὸς, ἢ ἐν μέρει τινὶ τῆς ὕλης ἦν. εἰ μὲν γὰρ ἐν μέρει τινὶ τῆς

2. Quod si tertium quiddam existimet, de illis ortu carentibus commode satis responderi posse, Deum videlicet nec penitus a materia secretum, nec tamen partis in morem, cum eadem esse conjunctum; sed vel materia Deum, vel materiam ipsam Deo, sic tanquam loco proprio contineri: ex hac opinione consequens illud omnino fuerit, ut si Dei locum materiam esse dicamus, eundem necessario et capi ab aliquo, et materia ipsa circumscribi posse fateamur. Quin etiam illum necesse erit, perinde ut materiam, perturbate ferri, nec eundem in se ipso manere semper immotumque consistere, cum illud, in quo erit, huc illucque perpetuo rapiatur. Ad hæc, locum in deterioribus Deum ipsum habuisse concedendum erit. Nam si rudis olim et incondita materia fuit, eamque Deus in elegantiorem et ornatiorem speciem conformare statuit, fuit profecto, cum Deus etiam in rudi et incondita mole versaretur. Præterea hunc etiam in modum urgere liceat, utrum Deus materiam impleret universam, an in aliqua duntaxat ejus parte collocatus esset. Nam si in parte solum fuisse volent, mirum quam angustiorem illi nobis materia Deum faciunt, cum pars

ὕλης εἰπεῖν τις ἐθέλοι τὸν Θεὸν, πλεῖστον ὅσον μικρότερον αὐτὸν τῆς ὕλης λέγει· εἴ γε δὴ μέρος αὐτῆς, ὅλον ἐχώρησεν αὐτόν. εἰ δ' ἐν πάσῃ εἶναι λέγοι, καὶ δι' ὅλης κεχωρηκέναι τῆς ὕλης, πῶς ταύτην ἐδημιούργει φραστέον. ἀνάγκη γὰρ ἢ συστολήν τινα τοῦ Θεοῦ λέγειν, ἧς γενομένης ἐδημιούργει ἐκεῖνο, ἀφ' οὗ ὑπεχώρησεν, ἢ καὶ ἑαυτὸν τῇ ὕλῃ συνδημιουργεῖν, οὐκ ἔχοντα ὑποχωρήσεως τόπον. Εἰ δὲ τὴν ὕλην ἐν τῷ Θεῷ εἶναί τις λέξει, ὁμοίως ἐξετάζειν δεῖ, πότερον ὡς διϊσταμένου αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ ὥσπερ ἐν ἀέρι ζώων ὑπάρχει γένη, διαιρουμένου καὶ μεριζομένου αὐτοῦ εἰς ὑποδοχὴν τῶν γινομένων ἐν αὐτῷ, ἢ ὡς ἐν τόπῳ, τουτέστιν ὥσπερ ἐν γῇ ὕδωρ. εἰ μὲν γὰρ εἴποιμεν ὡς ἐν ἀέρι, μεριστὸν ἀνάγκη τὸν Θεὸν εἰπεῖν. εἰ δ' ὥσπερ ἐν γῇ τὸ ὕδωρ, ἦν δὲ ἄτακτος ἡ ὕλη καὶ ἀκόσμητος, πρὸς δὴ τούτοις ἔχουσα καὶ κακὰ, τὸν Θεὸν λέγειν ἀνάγκη τόπον εἶναι τῶν ἀκοσμήτων καὶ

ejus aliqua Deum integrum contineret. Sin totam ab eo occupatam esse dicent, et per totam eum pervadere materiam, dicant ipsi quoque, quemadmodum eam elaborare Deus ac perpolire potuerit. Siquidem aut sese Deum collegisse necesse erit, itaque partem eam conformasse, ex qua secesserat, aut quod loci in quem secederet nihil omnino superesset, cum materia se ipsum una conformasse. Jam vero, si materiam in Deo esse respondeant, quærendum similiter fuerit, utrum sic in eo statuatur, ut a se ipso quasi disjunctus ille distractusque sit, quomodo sic in aere tot animantium genera versantur, ut idem ad ea capienda quæ in ipso fiunt, aliquam partium suarum divisionem patiatur, an potius, tanquam in loco, hoc est, ut aqua in terra collocatur. Si quemadmodum in aere, Deum jam habemus, qui in partes distrahi secarique possit. Sin ut aqua in terra est, materia vero perturbata atque indigesta erat, adeoque mala gremio suo continebat, superest omnino, ut ipsum quoque Deum, et rerum imperfectarum et malorum sedem ac locum esse dicamus. Quod mihi quidem cum minus religiose dici, tum abs te peri-

τῶν κακῶν. ὅπερ οὐκ εὔφημον εἶναί μοι δοκεῖ, ἐπισφαλὲς δὲ μᾶλλον. ὕλην γὰρ συνεῖναι θέλεις, ἵνα μὴ τῶν κακῶν ποιητὴν εἴπῃς τὸν Θεόν· καὶ τοῦτο φεύγειν προαιρούμενος, δοχεῖον αὐτὸν τῶν κακῶν εἶναι λέγεις.

γ′. Εἰ μὲν οὖν τὴν ὕλην, ἐκ τῶν ὑποστάντων γενητῶν ὑπονοῶν, ἀγέννητον ὑπάρχειν ἔλεγες, πολὺν ἂν περὶ αὐτῆς ἐποιησάμην λόγον, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ὅτι ἀδύνατον ὑπάρχειν αὐτὴν ἀγέννητον. ἐπεὶ δὲ τὴν τῶν κακῶν γένεσιν, αἰτίαν ἔφησθα εἶναι τῆς τοιαύτης ὑπονοίας, διὰ τοῦτ᾽ ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τούτων ἔρχεσθαι δοκῶ. φανεροῦ γὰρ γενομένου τοῦ λόγου, καθ᾽ ὃν τρόπον ἐστὶ τὰ κακὰ, καὶ ὅτι οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἀναίτιον τῶν κακῶν εἰπεῖν τὸν Θεὸν, ἐκ τοῦ ὕλην αὐτῷ ὑποτιθέναι, τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν ἀναιρεῖσθαί μοι δοκεῖ.

δ′. Φὴς τοίνυν ἄποιον ὕλην συνυπάρχειν τῷ Θεῷ, ἐξ ἧς τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν ἐδημιούργησεν; οὕτω μοι δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, γέγονε δὲ κόσμος πρὸς τοῦ Θεοῦ, ἐν δὲ τῷ κόσμῳ αἱ ποιότητες,

culosius responderi videretur. Quippe materiam enim vis simul existere, ne malorum auctorem Deum esse fatearis, idem tamen, ut hoc ipsum effugias, malorum eum receptaculum agnoscere cogeris.

3. Et sane si ex rerum genitarum ortu atque natura in eam te mentem adductum esse diceres, ut ortu carere materiam putares; ortu eam carere non posse, pluribus equidem rationibus ostenderem. Nunc quoniam malorum procreationem hanc tibi suspicionem movisse ais, singularem propterea de illis disputationem instituendam putavi. Nam ubi semel intellectum erit, quemadmodum existant mala, ac simul qui Deo materiam supponat, ei quoque Deum malorum auctorem habendum esse constiterit, tum una suspicionem istam funditus sublatam iri existimo.

4. Tu ergo materiam ab omni qualitate vacuam, ex qua Deus mundum hunc procrearit, cum eo simul esse contendis. Ita mihi quidem videtur. Ergo si ab omni qualitate vacua materia fuit, et procreatus a Deo mundus est, et qualitates in mundo

τῶν ποιοτήτων ποιητὴς γέγονεν ὁ Θεός; οὕτως ἔχει. Ἐπεὶ δέ σου καὶ λέγοντος ἔμπροσθεν ἤκουον, ὡς ἀδύνατον ἐξ οὐκ ὄντων γίνεσθαί τι, πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀπόκριναι τὴν ἐμήν. δοκεῖ σοι τὰς τοῦ κόσμου ποιότητας μὴ ἐξ ὑποκειμένων ποιοτήτων γεγονέναι; δοκεῖ. Ἕτερον δέ τι παρὰ τὰς οὐσίας ὑπάρχειν αὐτάς. οὕτως ἔχει. Εἰ μὲν οὖν μήτε ἐξ ὑποκειμένων ποιοτήτων τὰς ποιότητας ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, μήτε ἐκ τῶν οὐσιῶν, τῷ μηδὲ οὐσίας αὐτὰς εἶναι, ἐκ μὴ ὄντων αὐτὰς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονέναι εἰπεῖν ἀναγκαῖον. ὅθεν περιττῶς ἐδόκεις μοι λέγειν, ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν, ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι τι πρὸς τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τούτου λόγος ὧδε ἐχέτω. καὶ γὰρ παρ' ἡμῖν θεωροῦμεν ἀνθρώπους ἐξ οὐκ ὄντων ποιοῦντάς τινα, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα δοκοῦσι ποιεῖν ἔν τινι, οἷον ἐπὶ τῶν ἀρχιτεκτόνων τὸ παράδειγμα λάβωμεν. Καὶ γὰρ οὗτοι ποιοῦσι πόλεις οὐκ ἐκ πόλεων, καὶ ναοὺς ὁμοίως οὐκ ἐκ ναῶν. εἰ δ', ὅτι τούτοις οὐσίαι ὑπόκεινται, οἴει ἐξ ὄντων αὐτοὺς

sunt, istarum profecto qualitatum auctor Deus est. Utique. Quoniam igitur ex te ipso paulo ante audiebam, ex nihilo fieri nihil omnino posse, hoc tu mihi respondeas velim. Existimas tamen, ni fallor, mundi qualitates haud subjectis ex qualitatibus factas esse. Ita. Et a naturis esse distinctas. Omnino. Si ergo qualitates a Deo, neque subjectis ex qualitatibus, neque etiam ex naturis productæ sint, quod naturæ non sint, eas ex nihilo certe quidem productas esse necesse est. Quare frustra, opinor, rem ita se habere dicebas, nihil ut omnino Deus ex nihilo efficere potuisse crederetur. Quanquam hunc etiam in modum hac ipsa de re disputare licet. Ab hominibus interdum videmus, ex eo quod nusquam est, nonnulla fieri; ut in alio quopiam susceptum opus efficere maxime videantur. Nam ut in architectis exemplum statuamus, urbes illi quidem, non tamen ex urbibus, templa quoque non ex templis ædificant. Si enim quod substantiæ quædam iis subjectæ sint, illos idcirco ex iis quæ ante jam essent, ista moliri existimes, tuum te fallit argumentum. Nec

ταῦτα ποιεῖν, σφάλλῃ τῷ λόγῳ. οὐδὲ γὰρ ἡ οὐσία ἐστὶν, ἡ ποιοῦσα τὴν πόλιν, ἢ αὖ πάλιν τοὺς ναοὺς, ἀλλ' ἡ περὶ τὴν οὐσίαν τέχνη· ἡ δὲ τέχνη οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς ἐν ταῖς οὐσίαις τέχνης γίνεται, ἀλλ' ἐξ οὐκ οὔσης ἐν αὐταῖς γίνεται. ἀπαντήσειν δέ μοι δοκεῖς οὕτω τῷ λόγῳ, ὅτι ὁ τεχνίτης ἐξ ἧς ἔχει τέχνης τὴν ἐν τῇ οὐσίᾳ τέχνην ποιεῖ. πρὸς δὲ τοῦτο λέγεσθαι τοῦτ' εὖ ἔχειν μοι δοκεῖ, ὅτι οὐδὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔκ τινος ὑποκειμένης τέχνης προσγίνεται. Οὐ γὰρ ἔνεστιν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὖσαν δοῦναι τὴν τέχνην· τῶν γὰρ συμβεβηκότων ἐστὶν, καὶ τῶν τότε τὸ εἶναι λαμβανόντων, ὁπόταν ἐν οὐσίᾳ τινὶ γίνωνται. ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, καὶ χωρὶς τῆς ἀρχιτεκτονικῆς ἔσται· ἡ δ' οὐκ ἔσται, ἐὰν μὴ πρότερον ἄνθρωπος ᾖ. ὅθεν τὰς τέχνας ἐξ οὐκ ὄντων εἰς ἀνθρώπους πεφυκέναι γίνεσθαι, λέγειν ἀναγκαῖον. Εἰ τοίνυν τοῦτο οὕτως ἔχον ἐπ' ἀνθρώπων ἐδείξαμεν, πῶς οὐχὶ προσῆκε τὸν Θεὸν μὴ μόνον ποιότητας ἐξ οὐκ ὄντων φάναι δύνασθαι ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ οὐσίας; τῷ γὰρ δυ-

enim ejusmodi substantia, vel urbem, vel templum efficit, sed ea tantum ars, quæ circa substantiam versatur. Ars ista porro, non jam ex simili quodam artis genere, quod iis substantiis includatur, existit, sed ex nulla prorsus antegressa in illis arte perficitur. At enim occurres, Artificem ex ea demum qua præditus arte est, artem in substantia geminam efficere. Atqui ne in ipso quidem homine, ex antegressa quadam arte ars illa accedit. Nec enim fas est artem, quæ per se ipsa sit, ullam statuere, cum accidentium, adeoque rerum illarum ex genere sit, quæ tum primum alterius beneficio esse incipiunt, cum in substantia aliqua insunt. Etenim ut architectura nulla sit, homo tamen erit: eadem, si non prius homo fuerit, esse nulla poterit. Ita concludendum necessario est, ejusmodi artium esse naturam, ut in hominibus ex eo quod nusquam est oriantur. Quod si verum in hominibus esse ostendimus, quisquamne porro negare audeat, ex nihilo vel qualitates, vel ipsas quoque substantias a Deo fieri posse? Nam quæ ratio fieri omnino quicquam ex

νατὸν φανῆναι γίνεσθαί τι ἐξ οὐκ ὄντων, τὸ καὶ τὰς οὐσίας οὕτως ἔχειν δείκνυται.

έ. Ἐπεὶ δὲ πόθος ἐστί σοι περὶ τῆς τῶν κακῶν γενέσεως ζητεῖν, ἐπὶ τὸν τούτων ἐλεύσομαι λόγον. καί σου βραχέα πυθέσθαι βούλομαι. τὰ κακὰ πότερον οὐσίαι σοι δοκοῦσιν εἶναι, ἢ ποιότητες οὐσιῶν; ποιότητας οὐσιῶν εὖ ἔχειν λέγειν μοι δοκεῖ. Ἡ δὲ ὕλη ἄποιος ἦν καὶ ἀσχημάτιστος; οὕτω προλαβὼν ἐξεῖπον τῷ λόγῳ. Οὐκοῦν εἰ τὰ κακὰ ποιότητες ὑπάρχουσιν οὐσιῶν, ἡ δὲ ὕλη ἄποιος ἦν, τῶν δὲ ποιοτήτων ποιητὴν εἶπας τὸν Θεὸν εἶναι, ἔσται καὶ τῶν κακῶν δημιουργὸς ὁ Θεός. ὅτε τοίνυν οὐδ᾽ οὕτως ἀναίτιον τῶν κακῶν εἰπεῖν δυνατὸν τὸν Θεὸν, ὕλην αὐτῷ προσάπτειν περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ. εἰ δέ τι πρὸς ταῦτα λέγειν ἔχεις, ἄρχου τοῦ λόγου. εἰ μὲν ἐκ φιλονεικίας ἡμῖν ἡ ζήτησις ἐγίνετο, οὐκ ἂν δεύτερον περὶ τῶν κακῶν ἠξίουν ὁρίζεσθαι. ἐπεὶ δὲ φιλίας ἕνεκα μᾶλλον, καὶ τῆς πρὸς τὸν πλησίον ὠφελείας τὴν ἐξέτασιν ποιούμεθα τῶν λόγων,

nihilo posse demonstrat, eadem in substantiis quoque valere debet.

5. Sed quoniam de malorum procreatione aliquid audire gestis, in eam deinceps disputationem ingrediar. Ac primum pauca ex te sciscitari libet. Utrum ergo mala substantias, an substantiarum qualitates esse putas? Substantiarum qualitates, inquis. Materia ut qualitate, sic figura omni spoliata erat. Hoc jam ante positum declaravi. Igitur si et substantiarum qualitates mala sunt, et materia qualitate omni carebat, Deum porro qualitatum auctorem esse confessus es, erit idem malorum etiam architectus. Itaque Deo materiam adjungere supervacaneum est, cum ne sic quidem malorum procreatione solutum et immunem Deum habere possis. Tu, si quid habes, quod huic argumento respondeas, incipe vero, etenim si contentionis et pugnæ studio, hæc a nobis suscepta disputatio foret, malorum rationem in quæstionem iterum vocari non paterer. Sed quoniam amicitia potius, et proximi utilitas in hujusmodi nos sermonem adduxit, age, hanc de

ἄνωθεν περὶ τούτων ὁρίζεσθαι ἀξιῶ συγχωρεῖν. Τὴν μὲν προαίρεσιν τὴν ἐμὴν, ἐκ πολλοῦ σοι φανερὰν εἶναι δοκῶ, καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις σπουδὴν, ὅτι οὐ πιθανῶς εἰπὼν ψεῦδος νικῆσαι θέλω, ἀλλὰ δειχθῆναι τὴν ἀλήθειαν μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως. καί σε δὲ οὕτω διακεῖσθαι σαφῶς ἐπίσταμαι· ὅθεν οἵῳ τρόπῳ χρώμενος νομίζεις δύνασθαι τὸ ἀληθὲς εὑρεῖν, τούτῳ χρῆσαι μηδὲν δυσωπούμενος. οὐ γὰρ σεαυτὸν ὠφελήσεις μόνον, χρησάμενος τῷ κρείττονι, ἀλλὰ πάντως κἀμὲ περὶ ὧν ἀγνοῶ.

ϛʹ. Σαφῶς παραστῆναί μοι δοκεῖς καὶ τὰ κακὰ οὐσίας ὑπάρχειν τινάς. οὐδὲ γὰρ ἐκτὸς οὐσιῶν αὐτὰ ὄντα βλέπω. Ἐπεὶ τοίνυν, ὦ οὗτος, καὶ τὰ κακὰ οὐσίας εἶναι λέγεις, ἀνάγκη τὸν τῆς οὐσίας ἐξετάζειν λόγον. δοκεῖ σοι τὴν οὐσίαν σωματικήν τινα σύστασιν εἶναι; δοκεῖ. Ἡ δὲ σωματικὴ σύστασις αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς ὑπάρχει οὐ δεομένη τινὸς, οὗ γενομένου τὸ εἶναι λήψεται; οὕτως

integro quæstionem disceptare liceat. Equidem sensum tibi meum, quidve hac in disputatione sequar, notum abunde tibi et exploratum esse non dubito: hoc me nimirum agere, non ut verisimilibus argumentis falsum extorqueam, sed ut accurata disquisitione illustratum et confirmatum verum habeamus. Nec alio te animo esse prorsus intelligo; qua te ergo ratione verum assequi posse arbitraris, ea tibi libere atque ingenue utendum statue, nam dum eo, quod melius est, abuteris, rem utique non tibi modo, sed etiam mihi, quem ignorantia liberabis perutilem feceris.

6. Substantias quasdam, opinor, mala esse voles, quod ea, præterquam in substantiis, nusquam omnino videantur. Ergo, bone vir, cum substantias mala esse putes, sequitur profecto ut excutienda nobis substantiæ natura sit. An tu substantiam corporeæ molis coagmentationem aliquam esse arbitraris? Arbitror vero. Ista porro corporea moles num ita existit ipsa per se se, nullius ut opem omnino desideret, ac eo præsente tum esse incipiat? Prorsus. Quid? Num tibi mala in actione quadam videntur esse posita? Videntur sane. Actiones autem num esse tunc primum incipiunt,

ἔχει. Δοκεῖ δέ σοι τὰ κακὰ ἐνεργείας εἶναί τινος; οὕτω μοὶ φαίνεται. Αἱ δὲ ἐνέργειαι τότε τὸ εἶναι λαμβάνουσιν, ὁπότ' ἂν ὁ ἐνεργῶν παρῇ; οὕτως ἔχει. Οὐκ ὄντος δὲ τοῦ ἐνεργοῦντος, οὐδ' ὅπερ ἐνεργεῖ ἔσται ποτέ; οὐκ ἔσται. Οὐκοῦν εἰ ἡ οὐσία σωματική τίς ἐστι σύστασις, ἡ δὲ σωματικὴ σύστασις οὐ δεῖταί τινος, ἐν ᾧ γενομένη τὸ εἶναι λήψεται· τὰ δὲ κακὰ ἐνέργειαι ὑπάρχουσί τινος, αἱ δὲ ἐνέργειαι δέονταί τινος, ἐν ᾧ γενόμεναι τὸ εἶναι λαμβάνουσιν· οὐκ ἔσονται οὐσίαι τὰ κακά. εἰ δὲ οὐσίαι τὰ κακὰ, κακὸν δὲ ὁ φόνος, οὐσία ἔσται ὁ φόνος· ἀλλὰ μὴν ὁ φόνος, ἐνέργεια ὑπάρχει τινός· οὐκ ἔστιν ἄρα οὐσία ὁ φόνος. εἰ δὲ τὰ ἐνεργοῦντα οὐσίας εἶναι θέλεις, σύμφημι κᾀγώ. οἷον ἄνθρωπος ὁ φονεὺς, καθ' ὃν μὲν λόγον ἄνθρωπός ἐστιν, ὑπάρχει οὐσία· ὁ δὲ, ὃν ποιεῖ, φόνος, οὔκ ἐστιν οὐσία, ἀλλ' ἔργον τὶ τῆς οὐσίας. λέγομεν δὲ τὸν ἄνθρωπον, ποτὲ μὲν κακὸν, διὰ τὸ φονεύειν· ποτὲ δ' αὖ πάλιν ἀγαθὸν διὰ τὸ ἐνεργεῖν ἀγαθόν. καὶ προσπλέκεται ταῦτα τὰ ὀνόματα τῇ οὐσίᾳ

cum is qui agit præsens adfuerit? Utique. Sin qui aget, nullus erit, ne id quidem quod ipse agat esse poterit? Non poteris. Ergo si et substantia corporeæ molis coagmentatio quædam est, nec ullius præsentiam requirit corporeæ molis coagmentatio, in quo sata existendi vim accipiat: contra vero mala alterius cujusdam actiones sunt, actiones istæ porro alicujus præsentiam postulant, in quo dum fiunt, tum existere primum incipiunt; restat profecto, ut substantiæ mala esse non possint. Sin autem substantiæ mala sint, et malum sit cædes, cædes erit substantia; cædes tamen alicujus actio est, cædes igitur substantia esse non potest. Jam si quæ agendi vim habent, ea substantias esse vis; fateor id quidem: homo enim cædis alicujus auctor, quatenus homo est, substantia quædam est: quæ tamen cædes ab eo fit, ea non substantia, sed substantiæ quoddam opus est. Cæterum hominem aliquando malum ob cædem ab illo patratam; aliquando bonum, propter bonum ab eodem effectum appellamus: quæ nomina, propter ea quæ substantiæ contigerint, ad ipsam adhærescunt illa quidem, substantia tamen ipsa non sunt. Nec

ἐκ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ, ἅτινα οὐκ ἔστιν αὐτή· οὔτε γὰρ φόνος ἐστὶν ἡ οὐσία, οὔτ᾽ αὖ πάλιν ἡ μοιχεία, οὔτε τι τῶν ὁμοίων κακῶν· ἀλλ᾽ ὥσπερ ἀπὸ τῆς γραμματικῆς ὁ γραμματικὸς λέγεται, καὶ ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς, ὁ ῥήτωρ, καὶ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς, ὁ ἰατρὸς, τῆς οὐσίας οὔτ᾽ ἰατρικῆς οὔσης, οὔτε μὴν ῥητορικῆς, οὔτε γραμματικῆς· ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ τὴν προσηγορίαν λαμβανούσης, ἀφ᾽ ὧν οὕτως ὀνομάζεσθαι δοκεῖ, οὐδ᾽ ὁπότερον αὐτῶν οὖσα· ὁμοίως μοὶ φαίνεται καὶ ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναι κακῶν τὴν οὐσίαν ὄνομα προσλαμβάνειν, οὐδ᾽ ὁπότερον οὖσαν αὐτῶν. καί μοι ὁμοίως ἐπινόησον, εἴ τινα ἕτερον ἀναπλάττεις ἐν τῷ νῷ τῶν κακῶν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιον· ὡς κᾀκεῖνος, καθὸ ἐν τούτοις ἐνεργεῖ καὶ ὑποβαλλει ποιεῖν τὰ κακὰ, ἔστι καὶ αὐτὸς κακὸς ἐξ ὧν ποιεῖ. διὰ τοῦτο γὰρ κᾀκεῖνος κακὸς εἶναι λέγεται, ὅτι τῶν κακῶν ἐστι ποιητής. ἃ δέ τις ποιεῖ, οὐκ ἔστιν αὐτὸς, ἀλλ᾽ αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ, ἀφ᾽ ὧν τὴν προσηγορίαν τοῦ κακὸς λέγεσθαι λαμβάνει. εἰ γὰρ αὐτὸν ὑπάρχειν εἴποιμεν, ἃ ποιεῖ, ποιεῖ δὲ φόνους, καὶ

enim aut cædes, aut adulterium, aut aliud quodcunque malum, substantia est. Sed quemadmodum a grammatica grammaticum, rhetorem a rhetorica, a medicina medicum nominamus cum tamen neque medicina, neque rhetorica, neque grammatica substantia sit; sed tantum ex iis quæ sibi eveniunt hanc nominum, quorum ipsa nullum est, varietatem sortiatur: sic ab iis quæ vulgo mala censentur, substantiæ nomen imponi statuo, quorum tamen ipsa nullum est. Perinde autem philosophari debes, ut alium aliquem hominibus malorum auctorem animo et cogitatione fingas; eumque similiter, quatenus in ipsis male agendi principium et causa quædam est, ob illa ipsa quæ agit, malum esse. Nam malus utique dicitur ipse quoque, quod malorum auctor ipse sit; quæ porro quis agit, ea non jam ipse, sed ipsius tantum actiones quædam sunt; unde mali nomen haurit. Enimvero si quæ a quoque fiunt, eadem ipsum esse diceremus, cum cædes, adulteria, furta, aliaque id genus scelera ab aliquo patra-

μοιχείας, καὶ κλοπὰς, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια, αὐτὸς ἔσται ταῦτα. εἰ δὲ ταῦτ' ἐστὶν αὐτὸς, ταῦτα δ' ὅτε γίνεται τὴν σύστασιν ἔχει, οὐ γινόμενα δὲ καὶ τοῦ εἶναι παύεται, γίνεται δὲ ταῦτα πρὸς ἀνθρώπων, ἔσονται καὶ ἑαυτῶν οἱ ἄνθρωποι ποιηταὶ, καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ μηκέτ' εἶναι αἴτιοι. εἰ δὲ ταῦτα ἐνεργείας αὐτοῦ φὴς, ἐξ ὧν ποιεῖ τὸ κακὸς εἶναι ἔχει, οὐκ ἐξ ὧν ἐστὶν ἡ οὐσία. κακὸν δὲ εἴπομεν λέγεσθαι ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων τῇ οὐσίᾳ, ἅτινα οὔκ ἐστιν ἡ οὐσία, ὡς ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς, ὁ ἰατρός. εἰ δὲ ἐξ ὧν ἐνεργεῖ, ἕκαστος ὑπάρχει κακὸς, ἃ δὲ ἐνεργεῖ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει, ἤρξατο κᾀκεῖνος εἶναι κακὸς, ἤρξατο δὲ καὶ ταυτὶ τὰ κακά. εἰ δὲ οὕτως ἔχει, οὐκ ἔσται ἀνάρχως τις κακὸς, οὐδὲ ἀγέννητα τὰ κακὰ, τῷ γεννητὰ πρὸς αὐτοῦ εἶναι φάναι.

ζ'. Τὸν μὲν πρὸς τὸν ἕτερον, ὦ φίλε, λόγον ἱκανῶς μοι πεποιηκέναι δοκεῖς. ἐξ ὧν γὰρ προὔλαβες τῷ λόγῳ, ἐκ τούτων συνάγειν ἔδοξας καλῶς. ὡς ἀληθῶς γὰρ, εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, τῶν δὲ ποιοτήτων δημιουργὸς

rentur, hæc omnia simul unus idemque foret. Ejusmodi porro si erit; cum istæc omnia tum existant modo cum fiunt, ac simul esse desinant, cum fieri desinunt, fiant autem ab hominibus; homines utique et sui ipsorum factores, et quamobrem modo sint, modo non sint, causæ ipsimet erunt. Quod si ejusdem actiones ista esse concedis; ex iis tantum quæ fecerit, non ex iis quibus substantia constat, is habet ut malus sit. Mali enim appellationem, ex iis quæ substantiæ contingunt, quæque substantia ipsa non sunt, petendum esse diximus, quemadmodum a medicina medicum nominamus. Atqui si ob ea quæ quisque facit, malus est, quæ autem facit, principium habent, ut sint, ille quoque malus esse cœpit, ipsaque adeo mala simul esse cœperunt. Quod si verum est, neque malus malitiæ suæ principio, neque mala ipsa ortu carebunt, cum ab illo profecta esse dicantur.

7. Præclare quidem et abunde superioris opinionis errorem, o amice, tam luculenta disputatione confutasti: ex iis enim quæ ante posueras egregie confecta res est. Enimvero si qualitate omni spoliata materia erat, proindeque si et qualitatum auctor

ὑπάρχει ὁ Θεὸς, ποιότητες δὲ τὰ κακὰ, τῶν κακῶν ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός. οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος πρὸς ἐκεῖνον εἰρήσθω καλῶς, ἐμοὶ δὲ ψεῦδος δοκεῖ τὴν ὕλην ἄποιον εἶναι λέγειν. οὐδὲ (for. οὐδενὶ) γὰρ ἔνεστιν εἰπεῖν περὶ ἡστινοσοῦν οὐσίας, ὡς ἔστιν ἄποιος· καὶ γὰρ ἐν ᾧ ἄποιον εἶναι λέγει, τὴν ποιότητα αὐτῆς μηνύει, ὁποία ἐστὶ ἡ ὕλη διαγραφόμενος, ὅπερ ἐστὶν ποιότητος εἶδος. ὅθεν εἴ σοι φίλον ἐστὶν, ἄνωθεν ἔχου πρὸς ἐμὲ τοῦ λόγου. ἐμοὶ γὰρ ἡ ὕλη ἀνάρχως ποιότητας ἔχειν δοκεῖ. οὕτως γὰρ καὶ τὰ κακὰ ἐκ τῆς ἀποῤῥοίας αὐτῆς εἶναι λέγω, ἵνα τῶν κακῶν ὁ μὲν Θεὸς ἀναίτιος ᾖ, τούτων δὲ ἁπάντων ἡ ὕλη αἰτία. Τὴν μὲν προθυμίαν τὴν σὴν ἀποδέχομαι, ὦ φίλε, καί σου τὴν ἐν τοῖς λόγοις σπουδὴν ἐπαινῶ. προσῆκε γὰρ ὡς ἀληθῶς ἕκαστον τῶν φιλομαθῶν, μὴ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε συγκατατίθεσθαι τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' ἀκριβῆ ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν τῶν λόγων. οὐδὲ γὰρ εἰ ὁ προσζητῶν, παρὰ λόγον ὁρι-

Deus est, et qualitates istæ mala sunt, Deum plane malorum auctorem esse csequetur. Quare quod priorem illam sententiam attinet, ab ea sum tua hac ratione deductus. esto. nunc autem falsum illud mihi videtur, materiam qualitatibus vacuam fuisse. Nam substantia nulla qualitate omni carere dici potest: cum eo ipso, quo materiam quis omni qualitate spoliatam esse diceret, propriam ejus qualitatem indicaret, dum qualis materia sit explicaret, quod ipsum utique singularis quædam ratio qualitatis est. Deinceps ergo, nisi molestum est, hanc mihi rursus a capite disputationem arcesse. Jam enim materiam qualitatibus ex omni æternitate præditam, malaque simul omnia ex quodam ejus defluxu nata esse defendo, ne Deo caussa malorum assignetur, quæ solam in materiam conferenda sit. Mihi vero tuus hic animus, o amice, admodum probatur; placet hoc in concertationis genere tam studiosa contentio. Atque idem profecto eorum omnium, qui se discendi cupidos profitentur, consilium esse oporteret, ut non simpliciter ac temere quicquid ab aliis dicitur acciperent, sed rationum vim atque pondus suis accurate ac diligenter momentis æstimarent. Nec enim si ille, qui cum

σάμενος ἀφορμὴν παρέσχε τῷ προσδιαλεγομένῳ συνάγειν ὡς ἐθέλει, τοῦτο καὶ τὸν ἀκροατὴν πείσει· ἀλλ' εἴ τι (for. εἰ ὅ, τι Viger.) δοκεῖ δυνατὸν εἶναι λέγεσθαι καλῶς, τοῦτο λέξει· παρ' ὧν δυοῖν θάτερον ἔσται· ἢ γὰρ καὶ πρὸς (for. πρὸς ἐκείνου) ὃ κινεῖσθαι δοκεῖ ἀκούσας, τέλεον ὠφεληθήσεται, ἢ τὸν προσδιαλεγόμενον ἐλέγξει οὐ τἀληθῆ λέγοντα.

η'. Οὐ δοκεῖς δέ μοι δεόντως εἰρηκέναι τὴν ὕλην ἄνωθεν ποιότητας ἔχειν, εἰ γὰρ τοῦθ' οὕτως ἔχει, τίνος ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός; εἴτε γὰρ οὐσίας ἐροῦμεν, προεῖναι ταύτας φαμέν· εἴτ' αὖ πάλιν ποιότητας, καὶ ταύτας ὑπάρχειν λέγομεν. οὐκοῦν οὐσίας τε οὔσης, καὶ ποιοτήτων, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ δημιουργὸν λέγειν τὸν Θεόν. ἵνα δὲ μὴ ἐμαυτῷ κατασκευάζειν τινὰ δόξω λόγον, ἀπόκριναί μοι νῦν ἐρωτώμενος, τίνι τρόπῳ δημιουργὸν εἶναί φῃς τὸν Θεόν; πότερον ὅτι τὰς οὐσίας ἔτρεψεν εἰς τὸ μηκέθ' ὑπάρχειν ἐκείνας, αἵπερ ἦσάν ποτε, ἀλλ' ἑτέρας παρ' αὐτὰς γενέσθαι; ἢ ὅτι τὰς μὲν οὐσίας

altero disserit, rem aliter ac par est, definierit, indeque alteri disputatori ansam præbuerit, quod volet, concludendi, auditori propterea hoc persuaserit; sed aliquid tum demum is egerit, si quod abs se cum ratione dici posse videbitur, id in medium proferet. Nam tum e duobus alterum consequetur. Aut enim, qui audiet, quo impelli se se ferrique senserit, in eo tandem magno cum suo fructu acquiescet, aut adversarium ipse suum erroris falsique convincet.

8. Ergo, ut ad rem veniam, equidem sic existimo, minus abs te vere qualitatibus ab omni ævo materiam instrui. Hoc enim si verum est, cujus tandem rei Deum auctorem habebimus? Substantiarum? at eas jam prius extitisse dicimus. Qualitatum? at illas quoque jam ante fuisse agnoscimus. Cum igitur et substantia per se se jam, et qualitates existant, quamobrem Deum conditorem appellemus, superest profecto nihil. Verum ne arguti quidpiam ipse mihi moliri velle videar, dic mihi obsecro, qua tu ratione conditorem Deum esse putes. An quod substantiarum naturam immutarit, ut quam nactæ prius fuerant exuentes, novam ipsæ quandam et

ἐφύλαξεν ἐκείνας, αἵπερ ἦσαν προτοῦ· τὰς δὲ ποιότητας ἔτρεψεν αὐτῶν; οὔ τι μοι δοκεῖ ἀλλαγήν τινα οὐσιῶν γεγονέναι· καὶ γὰρ ἄτοπον τοῦτο λέγειν μοι φαίνεται. τροπὴν δέ τινα τῶν ποιοτήτων γεγονέναι φημὶ, καθ' ἃς (for. *καθ' ἣν*) *δημιουργὸν εἶναι λέγω τὸν Θεὸν, καὶ ὥσπερ εἰ τύχοι λέγειν* (for. *λέγομεν*) *ἐκ λίθων οἰκίαν γεγονέναι, ἐφ' ὧν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὡς οὐκ ἔτι λίθοι μένουσι τῇ οὐσίᾳ, οἰκία γενόμενοι οἱ λίθοι· τῇ γὰρ ποιότητι τῆς συνθέσεως τὴν οἰκίαν γεγονέναι φημὶ, τραπείσης δηλονότι τῆς προτέρας τῶν λίθων ποιότητος· οὕτω μοὶ δοκεῖ καὶ τὸν Θεὸν, ὑπομενούσης τῆς οὐσίας, τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων αὐτῆς πεποιηκέναι, καθ' ἣν τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι λέγω. Ἐπεὶ τοίνυν τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φῂς, ἀπόκριναί μοι βραχέα πυθέσθαι προαιρουμένῳ. λέγε δή. Εἰ ὁμοίως καί σοι δοκεῖ τὰ κακὰ ποιότητας εἶναι τῶν οὐσιῶν; δοκεῖ. Ἄνωθεν δὲ ἦσαν αἱ ποιότητες αὗται ἐν τῇ ὕλῃ, ἢ ἀρχὴν ἔσχον τοῦ εἶναι;*

alienam induerent? An potius, quod substantiis in propria naturæ suæ ratione conservatis, earum tamen qualitates mutarit? Ego vero nullam in substantiis mutationem contigisse arbitror. Absurdum enim id utique fuerit. Qualitates ergo mutatas fuisse aio, quod mutationis genus conditoris Deo nomen indiderit. quemadmodum enim si domum aliquam e lapidibus factam esse dicamus, non tamen continuo verum sit, lapides, exuta priore substantia, eam in domum esse conversos: quippe certo quodam ex compositionis genere domum extitisse contendo, priori lapidum qualitate mutata. Sic videtur mihi Deus, integra manente substantia, quandam ipsius qualitatum mutationem effecisse, ex qua mundus iste hoc habeat, ut a Deo conditus esse dicatur. Cum igitur peculiarem quandam ejusmodi qualitatum rationem a Deo profectam esse statuas, pauca mihi tantum abs te responderi velim. Dic amabo. Num tu similiter qualitates istas substantiarum mala quædam esse opinaris? Omnino. Utrum igitur qualitates illæ jam inde ab omni ævo materiæ inerant, an existendi principium aliquod

συνεῖναί φημι ἀγεννήτως τῇ ὕλῃ ταυτασὶ τὰς ποιότητας. Οὐχὶ δὲ τὸν Θεόν φῃς τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων πεποιηκέναι; τοῦτό φημι. Πότερον οὖν εἰς τὸ κρεῖττον, ἢ εἰς τὸ χεῖρον; εἰς τὸ κρεῖττον λέγειν μοι δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ ποιότητες τῆς ὕλης τὰ κακὰ, τὰς δὲ ποιότητας αὐτῆς εἰς τὸ κρεῖττον ἔτρεψεν ὁ Θεὸς, πόθεν τὰ κακὰ, ζητεῖν ἀνάγκη. οὐ γὰρ ἔμειναν αἱ ποιότητες ὁποῖαί ποτ' ἦσαν τῇ φύσει· ἢ εἰ μὲν πρότερον οὐκ ἦσαν κακαὶ, ἐκ δὲ τοῦ τραπῆναι πρὸς τοῦ Θεοῦ τὰς πρώτας τοιαύτας περὶ τὴν ὕλην γεγονέναι ποιότητάς φῃς, αἴτιος ἔσται τῶν κακῶν ὁ Θεὸς, τρέψας τὰς οὐκ οὔσας ποιότητας κακὰς, εἰς τὸ εἶναι κακάς.

θ'. Ἢ τὰς μὲν κακὰς ποιότητας, εἰς τὸ κρεῖττον οὐ δοκεῖ σοι τρέψαι τὸν Θεὸν, τὰς δὲ λοιπὰς καὶ μόνας ὅσαι ἀδιάφοροι ἐτύγχανον τῆς διακοσμήσεως ἕνεκα πρὸς τοῦ Θεοῦ τετράφθαι λέγεις. οὕτως ἄνωθεν ἔσχον ἐγώ. Πῶς τοίνυν αὐτὸν τὰς τῶν φαύλων ποιότητας ὡς εἶχον

habuere. Inerant vero citra ullum ortus sui principium. Quid? Num tu aliquam a Deo mutationem qualitatum istarum effectam esse contendis? Plane. Utrum eam in melius, an vero in deterius factam arbitraris? In melius certe quidem. Si ergo qualitates materiæ mala sunt, eædemque cum melioribus a Deo commutatæ fuerunt: unde mala profluxerint, quærendum necessário est. Non enim qualitates istæ quales erant natura, tales manserunt: aut si, cum prius malæ non essent, illa tamen divinitus facta mutatione, quæ priorem naturam expulerit, ejusmodi quas nunc habet, injustas materiæ qualitates esse arbitraris; malorum profecto caussa Deus erit, qui quæ malæ per se se non erant, eas in malas commutarit.

9. At forte ne malas quidem qualitates Deus in meliores convertit, sed reliquas tantum, hoc est eas, quibus nihil esset cum bonis malisve commune, ut major ex ea mutatione ornatus existeret. Ita quidem jam inde ab initio sentiebam. Quomodo igitur quæ malæ per se se erant, eas sine ulla mutatione relictas ab eo fuisse ais? An quod illas ut tollere similiter ac delere potuisset, noluerit tamen? an potius quod id perfi-

καταλελοιπέναι λέγεις; πότερον δυνάμενον μὲν κἀκείνας ἀνελεῖν, οὐ βουληθέντα δὲ, ἢ τὸ δύνασθαι μὴ ἔχοντα; εἰ μὲν γὰρ δυνάμενον λέξεις, οὐ βουληθέντα δὲ, αὐτὸν αἴτιον τούτων εἰπεῖν ἀνάγκη, ὅτι δυνάμενος ποιῆσαι μὴ εἶναι κακὰ, συνεχώρησεν αὐτὰ μένειν ὡς ἦν, καὶ μάλιστα ὅτε δημιουργεῖν τὴν ὕλην ἤρξατο. εἰ γὰρ μηδ' ὅλως ἔμελεν αὐτῷ τῆς ὕλης, οὐκ ἂν αἴτιος ἦν ὧν συνεχώρει μένειν· ἐπεὶ δὲ μέρος μέν τι αὐτῆς ἐδημιούργει, μέρος δέ τι οὕτως εἴα, δυνάμενος κἀκεῖνο τρέπειν εἰς τὸ κρεῖττον, αἰτίαν ὀφλισκάνειν ἄξιος εἶναί μοι δοκεῖ, καταλιπὼν μέρος ὕλης εἶναι πονηρὸν ἐπ' ὀλέθρῳ οὗ ἐδημιούργησε μέρους. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ μέγιστα κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἠδικῆσθαί μοι δοκεῖ, τοῦθ' ὅπερ κατεσκεύασε τῆς ὕλης μέρος ἀντιλαμβανόμενον τανῦν τῶν κακῶν. εἰ γάρ τις ἐξετάζοι ἐπ' ἀκριβὲς τὰ πράγματα, χαλεπώτερον νῦν εὑρήσει τὴν ὕλην πεπονθυῖαν τῆς προτέρας ἀκοσμίας. πρὶν γὰρ αὐτὴν διακριθῆναι, τὸ μηδὲ αἰσθέσθαι τῶν κακῶν παρῆν αὐτῇ· νυνὶ δὲ ἕκαστον τῶν μερῶν αὐτῆς αἴσθησιν

cere nullo modo potuerit? Si potuisse concedis, negas voluisse; illarum caussam in Deum conferas necesse est, qui cum eas innata malitia liberare posset, suam tamen iis conditionem relinquere maluerit, quo potissimum tempore materiam elaborandam conformandamque susciperet. Nam si materiam susque deque habuisset, non jam qualitatum earum, quas integras manere sinebat, caussa diceretur. Nunc vero, cum ejusdem materiæ partem expoliret, partem indigestam ac rudem uti erat, relinqueret: qui illud quoque, melius efficere potuisset, is mihi quidem culpæ alicujus affinis videtur fuisse, dum in altera materiæ parte nativam etiam tum malitiam, in ejus quam elaboraret exitium, hærere pateretur. Et quidem gravis prorsus hoc in genere, huic quam elaboravit materiæ parti, eo nomine facta videtur injuria, quod tantam malorum vim subire ac sustinere cogatur. Quisquis enim accurate rem æstimare volet, is longe deteriorem hoc tempore, quam impolita dum esset, materiæ conditionem esse reperiet. Nam antequam varias digereretur in partes, nullum ea malorum suorum habebat sen-

λαμβάνει τῶν κακῶν. καί μοι ἐπ' ἀνθρώπου τὸ παράδειγμα λάβε. πρὶν γὰρ εἰκονισθῇ καὶ ζῶον γένηται τῇ τοῦ δημιουργοῦ τέχνῃ, τὸ μήθ' ἑνὸς ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν κακῶν, παρὰ τῆς φύσεως εἶχεν· ἀφ' οὗ δὲ πρὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος γίνεται, καὶ τὴν αἴσθησιν τοῦ προσπελάζοντος κακοῦ προσλαμβάνει· καὶ τοῦθ' ὅπερ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῆς ὕλης πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι λέγεις, εὑρίσκεται μᾶλλον ἐπὶ τῷ χείρονι προσγενόμενον αὐτῇ. εἰ δ' ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸν Θεὸν ἀνελεῖν τὰ κακά, τὸ μὴ πεπαῦσθαι λέγεις, ἀδύνατον τὸν Θεὸν φήσεις ὑπάρχειν. τὸ δὲ ἀδύνατον, ἤτοι τῷ φύσει ἀσθενῆ ὑπάρχειν αὐτὸν ἔσται, ἢ τῷ νικᾶσθαι τῷ φόβῳ δεδουλωμένον πρός τινος κρείττονος. εἰ μὲν οὖν τὸν Θεὸν φύσει ἀσθενῆ ὄντα τολμήσεις εἰπεῖν, περὶ τῆς σωτηρίας αὐτῆς κινδυνεύειν μοι δοκεῖς. εἰ δὲ τῷ νικᾶσθαι φόβῳ πρὸς τοῦ μείζονος, μείζονα ἔσται τοῦ Θεοῦ τὰ κακά, νικῶντα τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ τὴν ὁρμήν· ὅπερ ἄτοπον εἶναί μοι λέγειν περὶ Θεοῦ δοκεῖ. διὰ τί γὰρ οὐχὶ μᾶλλον ταῦτ' ἔσονται

sum, quo nunc partes ejus singulæ vehementer laborant. Atque ut ab homine sumatur exemplum. Priusquam animal opificis arte conformatum esset, a natura hoc habebat, nihil ut omnino mali pateretur. Ex quo autem a Deo procreatus homo est, mali etiam imminentis sensu afficitur. Ita, quod tu Divini erga materiam Numinis beneficium interpretaris, hoc ipsi jam in deterius cessisse reperies. Jam vero, si quod mala Deus tollere non potuerit, eadem perstitisse voles, Deum ergo impotentem facis. Impotens autem si erit, aut propter nativam imbecillitatem erit, aut quod servilem in modum potentioris alicujus terrore superetur. Natura imbecillum, citra manifestum salutis periculum, affirmare audebis nunquam. Sin majoris formidine victum esse dices, mala Deo simul antepones, quæ vim ejus impetumque voluntatis impediant. Quod sane de natura Divina prædicari non nisi absurde potest. Quidni enim mala ipsa potius Deorum loco habeantur, si et Deum, ut ais, superare possunt, et Deum il-

Θεοὶ, νικᾷν κατὰ τὸν λόγον τὸν σὸν δυνάμενα τὸν Θεὸν, εἴπερ Θεὸν ἐκεῖνό φαμεν, ὃ τὴν ἁπάντων ἐξουσίαν ἔχει;

ι΄. Βραχέα δέ σου καὶ περὶ τῆς ὕλης αὐτῆς πυθέσθαι βούλομαι· καί μοι φέρων λέγε, πότερον ἁπλῆ τις ἦν ἡ ὕλη, ἢ σύνθετος. ἡ γὰρ διαφορὰ τῶν γεγονότων εἰς τοιαύτην με περιΐστησιν ἐξέτασιν τοῦδε τοῦ λόγου. εἰ γὰρ ἁπλῆ τις ἐτύγχανεν ἡ ὕλη καὶ μονοειδής· σύνθετος δὲ ὁ κόσμος, καὶ ἐκ διαφόρων οὐσιῶν τε καὶ κράσεων τὴν σύστασιν ἔχει· ἀδύνατον τοῦτο (cor. τοῦτον) ἐξ ὕλης γεγονέναι λέγειν, τῷ τὰ σύνθετα μὴ οἷόν τε ἐξ ἑνὸς ἀποίου τὴν σύστασιν ἔχειν, τὸ γὰρ σύνθετον ἁπλῶν τινῶν μίξιν μηνύει. εἰ δ' αὖ πάλιν τὴν ὕλην σύνθετον λέγειν ἐθέλοις, πάντως ἐξ ἁπλῶν τινῶν συντεθεῖσθαι φήσεις. εἰ δὲ ἐξ ἁπλῶν συνετέθη, ἦν ποτε καθ' ἑαυτὰ τὰ ἁπλᾶ, ὧν συντεθέντων, γέγονεν ἡ ὕλη, ἐξ οὗπερ καὶ γεννητὴ οὖσα δείκνυται. εἰ γὰρ σύνθετος ἡ ὕλη, τὰ δὲ σύνθετα ἐξ ἁπλῶν τὴν σύστασιν ἔχει, ἦν ποτὲ καιρὸς, ὅτε ἡ ὕλη οὐκ ἦν, τουτέστι πρὶν τὰ ἁπλᾶ συνελθεῖν. εἰ δὲ ἦν ποτὲ καιρὸς, ὅτε ἡ ὕλη οὐκ ἦν· οὐκ ἦν δέ ποτε

lud esse demum agnoscimus, quod summam habeat rerum omnium potestatem?

10. Sed juvat præterea nonnulla ex te de materia quærere. Dic igitur, amabo te, simplicemne materiam an compositam fuisse putes? Nam rerum tanta diversitas ad hujus me disceptationem quæstionis adducit. Si enim simplex uniusque duntaxat formæ ac figuræ materia fuit, mundus autem compositus et ex diversis substantiis et temperationibus constans, fieri non potest ut dicatur hoc *compositum* ex materia factum, eo quod composita non possint ex uno qualitate omni spoliato constare: quod enim compositum dicitur, id sane plurium simplicium mixtionem involvit. Sin eandem compositam fuisse vis, ex simplicibus igitur composita fuit. Quod si verum est, fuerant jam olim simplicia illa per se se, quorum ex compositione materia conflata est. Hinc porro genitam esse materiam efficitur. Nam si composita materia est, composita vero ex simplicibus coagmentata sunt, tempus illud certe

καιρὸς, ὅτε τὸ ἀγέννητον οὐκ ἦν, οὐκ ἔσται ἀγέννητος ἡ ὕλη. τὸ δ' ἐντεῦθεν ἔσται πολλὰ τὰ ἀγέννητα. εἰ γὰρ ἦν ἀγέννητος ὁ Θεὸς, ἦν δὲ ἀγέννητα καὶ τὰ ἁπλᾶ ἐξ ὧν ἡ ὕλη συνετέθη, οὐκ ἔσται δύο καὶ μόνα τὰ ἀγέννητα. ἵνα παρήσω τὸ ἐπιζητῆσαι τί ὄντα ἐστὶν (for. ἐστὶν ὄντα) ἁπλᾶ· ὕλη ἢ εἶδος· πολλὰ γὰρ οὕτως ἄτοπα ἀκολουθήσειαν. δοκεῖ δέ σοι μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντικεῖσθαι; δοκεῖ. Ἀντίκειται δὲ τῷ πυρὶ τὸ ὕδωρ; ἀντικεῖσθαί μοι φαίνεται. Ὁμοίως δὲ καὶ τῷ φωτὶ τὸ σκότος, καὶ τῷ ψυχρῷ τὸ θερμὸν, πρὸς δὴ τούτοις καὶ τῷ ξηρῷ τὸ ὑγρόν; οὕτως ἔχειν μοι δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντίκειται, ἀλλήλοις δὲ ταῦτα ἀντίκειται, οὐκ ἔσονται ὕλη μία, οὐδὲ μὴν ἐξ ὕλης μιᾶς. ὅμοιον δέ τινα τούτῳ λόγον πάλιν πυθέσθαι σου βούλομαι. δοκεῖ σοι τὰ μέρη μὴ ἀναιρετικὰ τυγχάνειν ἀλλήλων; δοκεῖ. Εἶναι δὲ τῆς ὕλης μέρη, τό τε πῦρ καὶ ὕδωρ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ λοιπά; οὕτως ἔχω. Τί δὲ,

fuit, quo nulla dum materia esset, hoc est antequam ea simplicium inter se se conjunctio fieret. Quod si tempus ejusmodi aliquod fuit, quo materia necdum esset; nullum autem unquam tempus fuit, quo res ortu principioque carens, nondum existeret, ortu materia caruisse non poterit. Cæterum plura deinceps ortu carentia statuemus. Si enim et Deus, et simplicia ista, ex quibus concreta materia est, ortu carebunt, non jam duo tantum ortu carentia censebuntur; ut prætermittam id quærere, quid fuerint simplicia, materia an forma. nam vel sic multa absurda sequentur. Postremo, num tu rem plane nullam, quæ secum ipsa pugnet, esse concedis? Nullam. Cum igne vero num aqua pugnat? Pugnat sane. Similiter et luci tenebræ, et frigido calidum, et sicco humidum adversatur? Utique. Igitur si res nulla secum ipsa pugnat, hæc autem secum pugnant, sequitur omnino nec unicam esse materiam istas, nec unica tantum ex materia constare. Cui persimile ac geminum illud est quod sequitur. Quid enim, annon partes aliis alias exitium ac pestem creare confiteris? Equidem. Materiæ vero partes, ignem, et aquam, et reliquas esse concedis? Et libenter. Ignem porro aqua, lux tenebras,

οὐ δοκεῖ σοι ἀναιρετικὸν μὲν εἶναι τοῦ πυρὸς τὸ ὕδωρ, τοῦ δὲ σκότους τὸ φῶς, καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις παραπλήσια; δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ τὰ μέρη οὐκ ἔστιν ἀλλήλων ἀναιρετικὰ, τὰ δὲ τῆς ὕλης μέρη ἀναιρετικὰ ἀλλήλων ἐστὶν, οὐκ ἔσται ἀλλήλων μέρη. εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλήλων μέρη, οὐκ ἔσονται ὕλης μιᾶς. ἀλλὰ μὴν, οὐδ' αὐτὰ ἔσονται ὕλη τῷ μηδέν τι τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτοῦ ἀναιρετικὸν ὑπάρχειν, κατὰ τὸν τοῦ ἀντικειμένου λόγον. οὐδὲ γάρ ἐστί τι αὐτῷ ἀντικείμενον· τὰ γὰρ ἀντικειμένα, ἑτέροις ἀντικεῖσθαι πέφυκεν. οἷον τὸ λευκὸν, αὐτὸ ἑαυτῷ οὐκ ἀντίκειται, πρὸς δὲ τὸ μέλαν ἀντικείμενον λέγεται. καὶ τὸ φῶς ὁμοίως, ἑαυτῷ μὴ ἀντικεῖσθαι δείκνυται, πρὸς δὲ τὸ σκότος οὕτως ἔχον φαίνεται, καὶ ἄλλα γοῦν ὁμοίως πλεῖστα ὅσα. Εἰ τοίνυν καὶ ὕλη μία τὶς ἦν, οὐκ ἂν αὐτὴ αὑτῇ ἀντέκειτο. οὕτω δὲ τῶν ἀντικειμένων ἐχόντων, τὸ μὴ εἶναι τὴν ὕλην δείκνυται.

atque ejusmodi cætera, non tollere se se mutuo ac perimere videntur? Plane. Si ergo partes nullæ mutuum sibi exitium afferunt, partes autem materiæ mutuum sibi exitium afferunt, nec mutuarum ista partium rationem obtinebunt, nec proinde unius tantum materiæ, aut vero materia prorsus esse poterunt; cum res nulla interitum sibi pestemque creet, uti contrariis contraria solent. Nec enim idem contrarium est ipsi sibi; contraria siquidem aliis duntaxat contraria sunt: quemadmodum nec album albo, sed nigro tantum; nec luci, sed tenebris contraria lux est, similiterque de aliis plerisque philosophari potes. Quare, si materia quoque una quædam et simplex esset, nunquam secum ipsa pugnaret. Ex qua tandem propria contrariorum ratione concluditur, locum omnino isti materiæ nullum superesse.

ANNOTATIONES

IN MAXIMUM.



P. 87. l. 6. Ὅτι μὲν ἀδύνατον &c.] Eusebius in *Præparatione Evangelii* hæc præmisit: Καὶ τὰ μὲν τοῦ Φίλωνος τοῦτον ἐχέτω τὸν τρόπον. Μαξίμῳ δὲ τῆς Χριστοῦ διατριβῆς οὐκ ἀσήμῳ ἀνδρὶ, καὶ λόγος οἰκεῖος συγγέγραπται ὁ περὶ τῆς ὕλης, ἐξ οὗ μοι δοκῶ μέτρια χρησίμως παραθήσεσθαι, ἐς ἀκριβῆ τοῦ προβλήματος ἔλεγχον. *Ita Philo. Cæterum, quoniam Maximus professor Christianæ religionis non obscurus, librum quoque singularem ac proprium de materia scripsit, juvat ex eo nonnulla proferre, quæ ad exquisitam propositæ quæstionis disceptationem conducant.* Proxime post sequitur lemma istud, Ὅτι μὴ ἀγέννητος ἡ ὕλη, μηδὲ κακῶν αἰτία.

Ibid. ἀγέννητα] ἀγένητα cum ν simplici, *non facta*, hic et infra codices quidam tam scripti quam impressi præstant. Verum, quamvis inter has voces, quemadmodum inter illas γεννητῶν et γενητῶν, theologi ante et post synodum Nicænam distinxerint, id minus curasse antiqui auctores, tam ethnici quam Christiani, videntur, vel certe librarii qui opera illorum descripserint. Sed Lucas tamen Holstenius, *Dissert. Secundâ in Loca Quædam Concilii Nicæni.* ad calcem Valesianæ edit. *Hist. Eccl. Theodoriti et aliorum* posita, cum harum vocum con-

fusionem inter legendum animadvertisset, corrigendas eas suasit. Ita et ἀγέννητα hic quidem præferendum erat.

P. 87. l. 6. οὐδὲ σὲ] Ita scribitur ἐμφατικῶς nonnullis in libris pro οὐδέ σε, quod hoc loco *editiones* Eusebii Origenisque et aliorum pleræque habent. Supra enim posuerat heterodoxus apud Methodium, ἔδοξέ μοι συνυπάρχειν τι αὐτῷ (Deo), ᾧ τοὔνομα ὕλη, ἐξ ἧς τὰ ὄντα ἐδημιούργησε &c. *De Libero Arbitrio* p. 355. ed. Combefisii. Confer et *Dial.* p. 88. Ita hoc Maximi loco dicitur heterodoxus prius adjecisse istud sermoni; *duo simul existere, quæ ortu careant*, ὑπάρχειν ἀγέννητα δύο ἅμα.

Ibid. l. 8. ὡς πάντως—δεῖ λέγειν] Ita ex *Methodio* edidi, adstipulante *Dialogo contra Marcionitas*, qui πάντως γὰρ—δεῖ λέγειν habet, dum apud *Eusebium* atque in *Origenis Philocalia*, τὸ πάντως—δεῖν λ. scilicet cum antecedentibus conjungendum, scribitur. Quæ quidem lectio, parum expedita cum sit, duos interpretes Latinos, Joan. Tarinum Philocaliæ editorem, atque Eusebii editorem Vigerum duxit in errorem. Melius enim convenit cum argumentis, quæ sequuntur, altera scriptura ὡς πάντως &c.

Ibid. l. 11. αὐτὰ] *Methodianam* prætuli lectionem *Eusebianæ* αὐτὸν, quæ in *Præparatione Evang.* et in *Origenis Philocalia* extat. Habet αὐτῷ *Dialogus.*

Ibid. l. 13. ἀλλ' ἓν—γεννητά] Hunc locum usque ad vocem γεννητὰ supplevi itidem ex *Methodii* opusculo. *Vulgo* hæc sola ponuntur, ὡς οὐδὲ διάφορα μέρη τυγχάνοντα κατακερματιζόμενα εἰς πολλὰ γεννητά. Utinam longiora Methodii excerpta superessent. Extat autem illud orationis membrum, ἀλλ' ἓν ἐκ διαφόρων συνεστὸς, in *Dialogo adscripto Origeni*, etsi συνεστὼς ibi legitur, sicut γενητὰ pro γεννητὰ apud *Methodium*, quæ quidem scriptura apud eum obtinet.

P. 88. l. 3. ἀλλ', εἰ] Abest εἰ ab Eusebii *Præp. edita*, sed habet ἀλλ' εἰ ejusdem *codex MS. Coll. D. Joan.* quod nunc recepi. Habent ἀλλ' ἢ *Philocalia* et *Methodius.* Deficit inter hæc nobis *Dialogus*, usque dum venerimus ad voces, εἰ δὲ κεχωρίσθαι φήσει τις, lin. 6.

Ibid. l. 11. ἀλλὰ καὶ πλείστων ὅσων] Pro istis posuit ille, qui *Methodium apud Photium* breviavit, εἰ δὲ κεχωρίσθαι ἀπαιτεῖ ὁ λόγος, πάλιν τὸ χώριζον ἀπαιτητέον, ἕως ἂν ἀπείρων ἡμῖν ἀγενήτων ἑσμὸς ἀναφανῇ. Proxime post in illis, ὃν γὰρ &c. vel subau-

diendum est λέγομεν aut φαμὲν, aut quid ejusmodi, vel dicendum excidisse δεῖ post προχωρεῖν.

P. 88. l. 15. εἰπεῖν ἐθέλοι] Ita *Methodius* et *Philocalia* plenius quam *Eusebii Præparatio*, quæ præstat solum εἴποι. Vide et supra, et p. 89. l. 14. Deficit inter hæc *Dialogus*.

P. 89. l. 2. τὸ μήτε κεχωρίσθαι] Ita posui ex *Methodio Dialogo*que, dum μὴ pro μήτε exhibet tam Eusebius in *Præparat.* quam *Philocalia Origenis*.

Ibid. l. 3. ὡς ἐν μέρει] Uniri velut in parte, vel ut pars unitur parti. Est altera probatio ab altero modo unionis, per modum contigui, locatique et loci, quæ et ipsa ad hominem procedit; supposita crassa illa æstimatione de Deo, in qua erant Valentiniani. COMBEFISIUS Notis in Methodium p. 463.

Ibid. l. 7. χωρητὸν] Ita *Methodius, Philocal. Dialogus*que. Sed in *Præp. Evang.* Eusebius vulgo habet χωρητικὸν, alteram tamen præstante lectionem *altero MSto* penes Vigerum, cui quoque probata est.

Ibid. l. 14. καὶ ἐν ἀκοσμήτοις] Particulam καὶ ex *Philocalia* desumpsi.

Ibid. l. 16. εἰ μὲν γὰρ] Particulam γὰρ, quæ in *Methodio, Philocal. Dialogo*que extat, *Eusebiano* οὖν prætuli, quod tamen fortasse par et æquale est, quodque nonnulli etiam *Philocaliæ* codices, teste Tarino, exhibebant. Insuper αὐτὸν post μικρότερον addidi ex *Methodio* et *Dialogo*.

P. 90. l. 2. εἴ γε δὴ] Ita optime *Methodius*. Sed *Præparatio edita* εἰ δὲ, ubi monuit Vigerus, δὲ mutandum in γε vel δή. Extat δὴ in *MS. Coll. S. Joan.* et in *Dialogo*, γε in *Philocalia*.

Ibid. l. 3. καὶ δι' ὅλης κεχωρηκέναι τῆς ὕλης] Hoc addidi ex *Methodio Dialogo*que, dum in *ceteris* solum positum est τῇ ὕλῃ cum ἐν πάσῃ constructum, ubi tamen minus apte ἐν πάσι habet *Dialogus*.

Ibid. l. 7. οὐκ ἔχοντα ὑποχωρήσεως τόπον] Ait Vigerus, Annott. in Euseb. *Præp. Evang.* hæc argumenta nonnisi adversus eos, qui corporeum Deum fingerent, momenti quicquam habere posse. Firmissima autem ea esse adversus omnes, qui Deum in mundo tanquam in loco sibi proprio contineri, ex opinione Stoicorum, statuerint, monuit Stillingfleetus. *Originum Sacr.* lib. iii. cap. 2.

P. 90. l. 12. ἐν αὐτῷ] Præpositionem ἐν, quam deesse notaverat Vigerus, ex *Methodio, Philocalia, Dialogo*que recepi.

Ibid. ἢ ὡς ἐν τόπῳ] Ait Combefisius, ubi supra, "videri "supplendum addito ἰδίῳ, nisi legendum sit ἀγγείῳ, cujus con-"tinentiæ exemplum statim in terra ponat, hoc est, vase "terreo et fictili continente aquam." At vero verba ipsa, ἐν τόπῳ εἶναι, aliquem in loco sibi peculiari seu proprio ita versari significant, ut ille alias omnes corporales substantias eodem loco excludat.

P. 91. l. 2. ὕλην γὰρ συνεῖναι θέλεις] συνεῖναι ex *Dialogo* pro εἶναι, quod *ceteri* habent, recepi. Sed apud Photium *Methodii epitomator* posuit ὡς ὕλην ὑποτιθέμενος. Putabat Vigerus, qui εἶναι invenit, disputationis hujus ordinem postulare, ut ἀγέννητον hic inseratur.

Ibid. l. 5. ἐκ τῶν ὑποστάντων γενητῶν ὑπονοῶν] Apud *Methodium* ὑπονοῶν pro ὑπονοεῖν inveni. Inserit quidem *Dialogus* θέλεις ante ὑπονοεῖν, et particulam καὶ ante ἀγέννητον seu ἀγένητον, quemadmodum ibi scriptum est, sed minus apte. Atque legendum opinatur Combefisius ad Methodium, ἔξω τῶν ὑποστάντων γενητῶν, pro ἐκ τῶν ὑ. γ. quod non probo, Vigerique interpretationem amplector. Mox vocem ἀγέννητον post αὐτὴν ex eodem *Methodio* supplevi, quam hoc loco desiderari jam viderat Vigerus.

Ibid. l. 10. ἔρχεσθαι δοκῶ] ἔχεσθαι Eusebius in *Præp. Evang. impressa*, quod tamen corrigend. ex altero suo *MS.* et ἔρχεσθαι reponendum, notavit Vigerus, hancque ait lectionem etiam *Montacutii librum* repræsentasse. His codicibus addas illum Collegii S. Joan. Oxon. Nunc ἔρχεσθαι receptum est in *Præparationis* editionem Lipsiensem anno 1842 typis impressam, quæ in hoc Maximi fragmento Vigerum non deserit. Quod ad vocem δοκῶ attinet, in ea eligenda *Dialogum* secutus sum. *Præp.* enim *Evang.* et *Philocalia* habent μοι δοκῶ, præstatque *Methodius* μοι δοκεῖ, quod sequitur in lin. 12. ubi tamen νόει pro μοι δοκεῖ *Philocalia* exhibet.

Ibid. l. 13. ἐκ τοῦ ὕλην αὐτῷ ὑποτιθέναι] αὐτὸν, quod habet *Præp. Evang.* mutavi cum αὐτῷ fidens *ceteris*. Ita infra habes p. 94. l. 13. ὕλην αὐτῷ προσάπτειν. Ceterum de re ipsa bene Tertullianus *adv. Hermogenem* cap. 10. *Ergo, inquit,* (scil. Hermogenes) *ex nihilo faceret* (Deus), *ut mala quoque arbitrio*

ejus imputarentur? Magna, bona fide, cæcitas hæreticorum pro hujusmodi argumentatione, cum ideo aut alium Deum bonum et optimum volunt credi, quia mali autorem existiment creatorem, aut materiam cum creatore proponunt, ut malum a materia, non a creatore deducant, quando nullus omnino Deus liberetur ista quæstione, ut non autor mali videri proinde possit, quisquis ille est, qui malum etsi non ipse fecit, tamen a quocunque et unde unde passus est fieri.

P. 91. l. 14. *μοι δοκεῖ*] Post hæc additum est apud *Methodium*, sed ex nota in margine, ni fallor, textui inductum: *Ὅτι εἰ τὰς ποιότητας μὴ οὔσας ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, καὶ τὰς οὐσίας ὁμοίως.* Spectantur nimirum, quæ sequuntur in pag. 93.

Ibid. l. 16. *τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν*] Ita ex *Philocalia* edidi. Sed *τήνδε τοῦ κ. γ.* *Præp. Evang.* et *τὴν τοῦ κ. γ.* *Methodius* atque *Dialogus*. Habes autem infra quoque *τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν.*

P. 92. l. 1. *ποιητὴς*] Ita omnes præter *Præp. Evang.* ad quam tamen Vigerus ex *altero MS.* *ποιητὴς* pro *ποιότης* legendum monuit.

Ibid. l. 4. *δοκεῖ σοι—γεγονέναι; δοκεῖ.*] Ita locum ordinant *Methodius Dialogus*que; idque melius quam vel Eusebius qui in *Præp. Evang.* habet *δοκεῖς μοι—γεγονέναι δοκεῖν*, vel *Philocalia*, ubi extat, *καί σοι—γίνεσθαι δοκεῖ.*

Ibid. l. 7. *μήτε ἐξ*] Ita *Methodius* et *Dialogus* pro *μὴ ἐξ*, quod *Præp. Evang.* et *Philocal.* Mox addunt iidem *Method.* et *Dial.* verbum *ὑπάρχουσι* post illa *μήτε ἐκ τῶν οὐσιῶν.*

Ibid. l. 11. *ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν*] Sic *Philocal. Dialogus*, *scriptus*que *Eusebius* in Coll. S. Joan. et *Methodius*, nisi quod ab hoc auctore verbum abest *εἶναι*. Sed in *Præp. Evang. edita* his vocibus præmittitur istud, *συλλελόγισται ὡς οὐκ*, ubi notat hæc Vigerus: "Corrupta ista sunt, nec saniora illa Manuscr. " *συλλελογίσται ὡς οὐκ ἀδύνατον ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργὸν τὸν* " *Θεὸν, ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν* &c. Facile tamen emendari " possunt, si legeris, *ὡς συλλελόγισται ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν* " &c." Ita vir doctiss. hæc vero ex nota posita in margine profecta esse clarius luce constat.

Ibid. l. 12. *ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τούτου λόγος ὧδε ἐχέτω*] Concessio non est, sed quasi transitio. VIGERUS. Mihi quoque particula *ὧδε*, ut fere fit, ad sermonem spectare sequentem, non ad præteritum, videtur.

P. 92. l. 18. οὐκ ἐκ ναῶν] His verbis clauditur Methodii Fragmentum a Combefisio, post Meursium, editum. Reliqua ejusdem Methodii debentur Photio, qui excerptum attulit, in quo valde breviatur contrahiturque auctor. Ceterum in *Philocaliæ MS. Bodl.* legitur, neque id male, hoc loco ἐξ οὐ ναῶν, sicut proxime ante, ἐξ οὐ πόλεων pro οὐκ ἐκ π.

P. 93. l. 2. πάλιν] Hoc ex *Philocalia* addidi. Deficit nobis inter hæc verba Dialogus Origeni adscriptus a vocibus πρὸς τοῦ Θεοῦ l. 12. usque ad illa οὔτε γὰρ φόνος p. 97. l. 2.

Ibid. l. 6. ἐξ ἧς ἔχει τέχνης τὴν ἐν τῇ οὐσίᾳ τέχνην ποιεῖ] Pro his omnibus habet τῇ ἐν τῇ οὐσίᾳ τέχνῃ ποιεῖ *Methodii Photianus Excerptor*, ubi hæc Combefisius notavit; "Quæritur, "num ars ex præjacente arte fiat, in habente, velut ex arte "quam artifex substantialiter habeat, ut ista solutio con-"tendit; vel ex nihilo sui, tanquam verum accidens, quod "tantum sit, cum in substantia aliqua fuerit factum, quod "Methodius intendit, ut eo evincat, posse Deum aliquid "majus; nempe ex nihilo etiam subjecti et absolute, nec "solum accidentia sed et substantias creare, eoque non ha-"buisse opus materia adjutrice."

Ibid. l. 11. ἐν οὐσίᾳ τινὶ] Addidi ex *Methodii Excerptore* τινὶ, qui et supra præbuit illud προσγίνεται pro γίνεται.

Ibid. l. 14. ἡ δ'] Hoc posui pro ἢ δ', quod in *Præp. Evang.* extat, nam et *Philocalia* et *Methodii Excerptor* habent ἡ δέ.

Ibid. l. 14. ὅθεν τὰς τέχνας ἐξ οὐκ ὄντων &c.] Subtiliora sunt quam solidiora. Nec enim ὑλώδεις isti mundum ex alio mundo, sed ex materia factum volebant: et satis, opinor, vidissent, artes illas singulares ac proprias, non jam ex nihilo repente nasci, sed acri studio, continenti usu, improbo labore, ac similium artium imitatione paulatim excitari ac perfici. Vigerus. Hæc Vigerus ad Eusebii *Præparat.* Legendum monet Tarinus in *Notis in Philocal.* πεφυκέναι δύνασθαι ex *Philocaliæ Codd. Thuani* pro πεφυκέναι γίνεσθαι, qua tamen mutatione nihil opus videtur.

Ibid. l. 18. τῷ γὰρ δυνατὸν] Ita recte *Philocalia* atque *Eusebii MS. Coll. S. Joan.* Sed *Præp. Evang. edita Methodii*que *Excerptor Photianus* τὸ γὰρ δ. Nunc video hoc correctum esse in nupera editione Photii Bekkeriana.

P. 94. l. 8. οὕτω προλαβὼν] Clarius esset, οὕτω γὰρ προλαβών.

Cæterum hoc argumentum firmius est. VIGERUS. At vero hoc ipsum ad partes respondentis pertinere videtur; conferas enim quæ initio dicuntur sectionis prioris. Quæ ergo in sect. septima sequuntur, ea fortasse tertio cuidam interlocutori attribuenda sunt.

P. 94. l. 15. εἰ μὲν ἐκ φιλονεικίας &c.] Ex *Philocalia* particulam γὰρ post εἰ μὲν olim addidi, cum ejusdem interlocutoris esse, cujus priora sunt, hæc mihi viderentur. Jam contra, alterius esse, qui partes respondentis sustinere pergit, verba ista existimo. Inter hæc autem non tantum in *Dialogo adversus Marcionitas,* omnia præterita sunt, verum etiam apud *Methodii Excerptorem,* usque dum veneris ad verba, καὶ προσπλέκεται, p. 96. l. ult. Plurima interea hujusmodi ornamenta quæ Platoni summo dialogorum artifici hic debet Maximus, in opuscula sua transferre amat S. Methodius.

P. 95. l. 5. καί σε δὲ οὕτω διακεῖσθαι &c.] Partes disputationis nunc ita distinxi, ut hæc, perinde atque illa verba, οὐδὲ γὰρ ἐκτὸς οὐσιῶν αὐτὰ ὄντα βλέπω, ad respondentis personam pertineant.

Ibid. l. 11. παραστῆναι] Usitatius fuerit παραστῆσαι. VIGERUS. Quod de malis hic statuitur, ἐπανόρθωσις videtur esse eorum, quæ initio sectionis prioris de iisdem malis prolata fuerant.

Ibid. l. 16. ἡ δὲ σωματικὴ σύστασις] Ita *Philocalia* explicatius, quam *Præp. Evang.* in qua solum extat αὕτη δέ.

P. 96. l. 10. κακὸν δὲ ὁ φόνος—φόνος] Ita legitur in *Philocal.* et *Præparatione Evang. Coll. S. Joan. MSta,* præterquam quod in hoc codice κακοὺ (sic) pro κακὸν perperam positum est, perinde atque in *editis* κακοῦ, ubi verba quoque οὐσία ἔσται ὁ φόνος, ἀλλὰ μὴν ὁ φόνος, propter repetitas voces omittuntur; cui quidem lacunæ mederi voluerat Vigerus legendo, εἰ δὲ μὴ οὐσίαι τὰ κακὰ, κακὸν δὲ ὁ φόνος, ἐνέργεια &c.

Ibid. l. 12. οὐσίας] Hoc ex *Philocal.* pro οὐσίαν accepi.

Ibid. l. 15. ἀλλ' ἔργον τὶ τῆς οὐσίας] Ex *eodem libro* τὶ sumptum addidi.

Ibid. l. 17. ἀγαθὸν διὰ τὸ ἐνεργεῖν ἀγαθὸν] Ita plenius et emendatius *Philocal.* pro διὰ τὸ εὐεργετεῖν, ἀγαθόν.

Ibid. l. 18. τῇ οὐσίᾳ] h. e. homine, qui οὐσία est. Vid. infra.

P. 97. l. 1. ἅτινα οὐκ ἔστιν αὐτῇ] Ita *Philocal.* sed αὕτη pro

αὐτῇ in *Præp. Evang.* extat. Verba omisit *Methodii Excerptor Photianus*, qui inter hæc orationem resumit.

P. 97. l. 12. εἴ τινα ἕτερον—αἴτιον &c.] Hic τι pro τινα habet *Methodii Excerptor.* Loci sensus videtur esse — *utrum alium quem fingas malorum auctorem, præter actiones humanas, quæ accidentia subjecti sunt, sive hominis.* Vide quod ante et post statuitur. Denique κἀκεῖνος est ἄνθρωπος ὁ φονεὺς, qui supra commemoratur l. 12. p. 96.

P. 98. l. 1. αὐτὸς ἔσται ταῦτα] Pro ἐστι lectione *Præp. Evang.* ἔσται ex ceteris recepi.

Ibid. l. 4. ἔσονται καὶ ἑαυτῶν—ποιηταὶ] Ita locum restitui ex *Dialogo Contra Marcionitas.* Pro vocibus enim καὶ ἑαυτῶν, præstat τούτων *Præp. Evang.* ἄρα τούτων Methodii Excerptor, τούτου autem *Philocalia.* Unde Vigerus ait, "Ἀσυλλόγιστος "videtur ista conclusio. Referendum enim potius fuisset, "hominis quoque naturam, pro tanta rerum istarum et ac- "tionum mutatione mutari, quæ sui tantopere dissimilis esse "toties et inciperet et desineret."

Ibid. l. 10. ἕκαστος ὑπάρχει κακὸς, ἃ δὲ ἐνεργεῖ] Supplevi hæc ex *Methodii Excerptore* desumpta, quæ quidem τὸ ὁμοιοτέλευτον abstulit. Quatuor ultima verba, κακὸς, ἃ δὲ ἐνεργεῖ, *Dialogus* præstat. Supra præbuit ὁ ἰατρὸς *Philocal.* pro ἰατρόν.

Ibid. l. 13. τις] Ope *Methodiani Excerptoris* additum est.

Ibid. l. 15. Τὸν μὲν πρὸς τὸν ἕτερον &c.] Videtur hic esse tertius collocutor, cujus mentio initio fit, (scil. p. 256. Methodiani libri *De Libero Arbitrio*) ut eadem hæresi laborantis atque Valentiniani, qui modum alium tuendi errorem, socio pene revicto, suggerat. Combefis. Notis in *Methodium* p. 464. Extat in *Excerptis Methodianis,* ἐξ ὧν γὰρ προλαβὼν ἔδωκε τῷ λόγῳ loco horum, ἐξ ὧν γὰρ προὔλαβες τῷ λόγῳ. Ita Platoni solenne est, scenæ suæ inducere unam vel plures personas, quæ alteri disputatori opem ferant laboranti et ad incitas, ut aiunt, redacto.

Ibid. l. 16. πεποιηκέναι δοκεῖς] Lectio hæc *Methodiani Excerptoris* est atque *Philocaliæ.* Extat in *Præp. Evang.* πεποιῆσθαι δοκεῖς. Deficit inter hæc verba *Dialogus.*

P. 99. l. 1. ἔσται] Hoc ex *Methodii Excerpto* et *Philocalia* pro ἐστι sumpsi.

Ibid. l. 4. *οὐδὲ γὰρ ἔνεστιν εἰπεῖν*] Propter verba, quæ sequuntur, *καὶ γὰρ ἐν ᾧ ἄποιον εἶναι λέγει*, videtur vel legendum *οὐδενὶ γὰρ ἔνεστιν εἰπεῖν, nemini enim licet dicere*, vel addendum *τις* ante *λέγει*, prout in Latinis vertendum duxit Vigerus. Ἔστι pro *ἔνεστιν* in libris legitur nonnullis.

Ibid. l. 5 *οὐσίας*] Hanc vocem pro *αἰτίας* habent *Methodii Excerptor*, *Philocalia edita*, cum *ejusdem Exemplaribus MSStis*, quæ in Collegio Novo et Biblioth. Bodl. servantur; in marg. quoque *Præp. Evang.* a Vigero vox eadem adposita est. Sed *αἰτίας Philocaliæ MS. Coll. Trin. Cantabrigiæ* et *Præp. Evang.* cum *edita*, tum *scripta in Coll. S. Joan. Bapt.* Alteram tamen lectionem in codice suo invenisse videtur Georgius Trapezuntius *Præparationis* ante Græca typis impressa Latinus interpres.

Ibid. l. 17. *παρὰ λόγον*] Ita ex *Philocalia* edidi, etsi *παράλογον Præparationis* lectionem in hunc modum exponit Vigerus comprobante etiam Gul. Spencero, qui *Philocaliam* post Tarinum edidit. "Hic *ἀφορμὴν*," ait Vigerus, "pro eo sumi arbitror, quod medium vulgo Logici nominant, ejusque tam in majori quam in minori collocationem: *παράλογον* autem *ἀφορμὴν*, Sophisticam et *ἀπατητικὴν* argumentandi rationem, qua quis velut *ἀφορμῇ* quadam, ad facilius alterum in errorem inducendum abutatur. Quales *ἀφορμὰς* Socratici captare videbantur." Hæc Vigerus; sed *Philocaliæ* interpretem Tarinum in hoc quidem loco vertendo magis sequendum puto, verbis ab eo ita Latine redditis, *etsi enim qui quærit rem* aliter, ac par est, *definierit, indeque alteri ansam præbuerit quodlibet concludendi, non idcirco auditori persuadebit.* Scribitur in *Philocal.* *τούτῳ κ. τ. ἀ. πείσει* pro edito *τοῦτο*, sed aliter *ejusd. MS. Coll. Trin. Cant.*

P. 100. l. 3. *ἀλλ' εἴ τι δοκεῖ* &c.] Ante *ἀλλὰ* minori tantum distinctione opus est: pro *εἴ τι* vero, malim *εἰ, ὅ, τι.* VIGERUS. Amplectenda est emendatio Vigeri. Clausula autem sententiæ in *Philocalia* sic legitur, *τοῦτο λέξει παρών· δυοῖν γὰρ θάτερον ἔσται.* Ejusd. quoque *duo codd. penes Thuanum*, Tarino teste, pro *λέξει* habebant *δείξει*, quod quidem verbum additur in *Cod. MS. Coll. Trin. Cant.* Deficit autem inter hæc nobis non *Dialogus* tantum, sed et *Methodii Excerptor:* quod propter sequentia deflendum est.

P. 100. l. 4. ἢ γὰρ καὶ πρὸς ὃ κινεῖσθαι δοκεῖ ἀκούσας &c.] Supplevit καὶ ante πρὸς *Philocalia*. Tum autem, vetus etsi mendum est, videtur mihi vox ἐκείνου post πρὸς excidisse, ut legatur, ἢ γὰρ καὶ πρὸς ἐκείνου ὃ κινεῖσθαι δοκεῖ ἀκούσας, τέλεον ὠφεληθήσεται, ἢ &c. *aut enim et ab illo audiens, quod videtur agitari, fructum plane percipiet.* Præcesserat vox ἐκείνου in superioribus, p. 99. l. 2. Ad verbum κινεῖσθαι quod attinet, posuit nimirum Olympiodorus *Præfatione Scholiorum in Gorgiam Platonis*, quam olim ex MSto edidi, ἐντεύξεις καὶ θεωρημάτων κινήσεις, *colloquia et speculationum agitationes*, sive *speculationes*, §. ii. p. 563. et Eunapius, de Chrysanthio philosopho ait, οὕτως ἀλλοιότερός τις ἐν ταῖς λογικαῖς κινήσεσι ἐφαίνετο p. 151. ed. Commelin. Legisse, vel legere voluisse, οὗ pro ὃ Genebrardus videtur, qui *Philocaliam* Latine interpretatus est. sic enim vertit, *Nam vel auditor ex quo videtur moveri plane proficiet.*

Ibid. l. 12. λέγομεν] Hoc ex *Philocalia* sumptum addidi.

Ibid. l. 14. ἵνα δὲ μὴ ἐμαυτῷ κατασκευάζ.] Ita *Philocal.* et *Præparationis MS. in Coll. D. Joan.* Exhibet *liber editus*, ἵνα δὲ καὶ μὴ κατασκευάζ. sine voce ἐμαυτῷ. Mox addidi μοι post ἀπόκριναι ex ead. *Philocal.*

P. 101. l. 1. προτοῦ] Hanc *Philocaliæ* lectionem prætuli alteri *Præparationis* πρὸ τούτου.

Ibid. l. 4. καθ' ἃς] Anne legendum καθ' ἥν, quod quidem simili in causa habes infra lin. 12? Præstatque καθ' ὅπερ *Dialogus*. Sed tamen retineri potest lectio altera καθ' ἃς, quam ceteri exhibent. Videoque Delarueum in editionem suam ejusdem *Origeniani Dialogi* ex *Philocalia* eandem scripturam quasi optimam recepisse, pro καθ' ὅπερ.

Ibid. l. 6. καὶ ὥσπερ εἰ τύχοι λέγειν] Reponendum λέγομεν videtur; sequente οὕτω l. 10. Proxime post ἐφ' ὧν pro ἐφ' ᾧ ex *Philocal. Methodii Excerptore, Dialogo*que et *scripta Præparatione Evang. in Coll. S. Joan.* recepi. Mox autem λεγόμενοι habet pro γενόμενοι *Methodii Excerptor.*

Ibid. l. 16. λέγε δή. Εἰ ὁμοίως &c.] Ita ordinare locum post *Dialogum*, ut fecerat Vigerus in Latina interpretatione sua, malui, quam cum *Præp. Evang.* sic Græca partiri, Λέγε δὴ, εἰ ὁμοίως &c. *Philoc.* habet Λέγε δὲ, ὁμοίως εἰ.

P. 102. l. 6. ἔτρεψεν ὁ Θεὸς] Ita *Philocal.* et *Methodii Ex-*

cerptor. Sed *Præp. Evang.* ἔτρεψε ὁ Κύριος, cujus *MS. in Coll. S. Joan.* verba omisit propter illa τὰ κακὰ hic repetita.

P. 102. l. 7. οὐ γὰρ] Hoc posui pro ἢ γὰρ, quod in textum *Præparationis* invexit ipse Vigerus, ut ex Latina ejus interpretatione constat. Certe non tantum *Philocal.* οὐ præstat, sed etiam prius *edita a Roberto Stephano Eusebii Præparatio,* et *MS. Coll. S. Joannis.*

P. 103. l. 9. κᾀκεῖνο] Ita omnes præter *Præp. Evang.* in qua extat κᾀκεῖνα.

Ibid. l. 17. διακριθῆναι] διακοσμηθῆναι, quod præstat *Methodii Excerptor,* Combefisio magis probatur.

P. 104. l. 3. τὸ μήθ' ἑνὸς] Ita *Præparationis MS. Coll. S. Joan.* et τὸ μηδενὸς *Philocal.* sed τὸ μεθ' ἑνὸς *Præparat. edita,* ubi Vigerus, "Legendum videtur μηθ' ἑνὸς, vel unico verbo μη-"θενός." Nihil ad rem habet *Methodii Excerptor,* vel *Dialogus.*

Ibid. l. 6. ἐπ' εὐεργεσίᾳ] Cum in *Præparatione edita* ἐστὶν εὐεργεσία hic exstitisset, idcirco, quod sequitur, monuit Vigerus. "Sensus postulat ἐπ' εὐεργεσίᾳ, maxime cum sequatur, "ἐπὶ χείρονι." Extatque lectio ipsa in *MS. Coll. S Joan.* necnon in *Philocal. Dialogo, Methodii*que *Excerptore,* præterquam quod *Philocaliæ MS. Coll. SS. Trin. Cant.* in textu suo habet ἕπεσθαι ἐπὶ mendose pro ἐπ' εὐεργεσίᾳ.

P. 105. l. 1. δυνάμενα] *Præparatio* δυνάμενοι, ubi Vigerus; "Præstat omnino δυνάμενα, ut referatur ad ταῦτα, non ad "Θεοί." Atque extat hæc lectio in *Philocal.* et *Dialogo.* Verba hic præteriit nonnulla *Methodii Excerptor.* Proxime ante restitui τὸν ante σὸν, quod omiserat *Vigeriana Præparat. editio.*

Ibid. l. 7. σύνθετος δὲ ὁ κόσμος &c.] Cum verba, quæ sequuntur, a textu omnia abessent, ἀδύνατον τοῦτο ἐξ ὕλης γεγονέναι λέγειν——τὴν σύστασιν ἔχειν, ea *Methodiani Excerptoris* solius ope restitui, in quibus tamen τοῦτον malim legere pro τοῦτο. Ita nunc correxit Photium cl. Bekkerus. Deerant autem verba in *Præparatione* et *Philocalia* propter τὸ ὁμοιοτέλευτον. Desieratque Maximum describere *Dialogus* Origeni adscriptus. Ita vero in Annott. ad *Præp. Evang.* Vigerus, "Mutila ista sunt. Commode sic expleas, πῶς δὴ σύνθετός

" ἐστιν ὁ κόσμος, καὶ &c." Et Trapezuntii quidem versio, qui Eusebianum opus ante Græce illud editum interpretatus fuerat, Vigeri emendationi favet. *Codex* interea *Præparationis* in Coll. S. Joan. servatus locum hoc modo ordinavit, σύνθετος δὲ ὁ κόσμος καὶ ἐκ διαφόρων οὐ. τ. κ. κ. συνεστὼς, (Habet συνεστώς ἐστιν *Methodii Excerptor*) τὸ σύνθετον ἁπλῶν τινῶν μίξιν μηνυέει. Ceterum in vocibus, τὸ γὰρ σύνθετον scribitur in *Præparat. edita* τὸν pro τὸ, ubi tamen Vigerus τὸ rescribendum admonuit.

P. 105. l. 14. ἦν ποτὲ καθ' ἑαυτὰ] Negari facile posset, quod hic assumitur. VIGERUS.

Ibid. l. 15. ἡ ὕλη] Ita hic et infra l. 16. scribitur in *Codice Coll. S. Joan.* et *Philocalia*, sed a *Præparatione edita* utroque loco abest articulus; posteriorem quidem omisit *Methodii Excerptor* ab Hœschelio et Combefisio editus, nunc vero a Bekkero emendatur.

P. 106. l. 3. ἦν δὲ ἀγέννητα] Hoc supplevit *Methodii Excerptor;* itidem particulam καὶ in vocibus δύο καὶ μόνα. Habes initio Maximiani Fragmenti, ὅπερ οὐ μέχρι τούτου ἵσταται καὶ μόνον. pag. 88. lin. 10. Ceterum desunt plurima in ipsis illis Methodianis ob τὸ ὁμοιοτέλευτον omissa.

Ibid. l. 4. ἵνα παρήσω—ἀκολουθήσειαν] Hoc totum cum supplevisset *Methodii Excerptor,* αὐτὰ pro ὄντα legendum olim censui, cum illo ἁπλᾶ constructum; nunc vero rescribere malim, τί ἐστιν ὄντα ἁπλᾶ.

Ibid. l. 7. δοκεῖ δέ σοι μηδὲν &c.] Haud simplicem esse materiam, auctor iterum probaturus est.

Ibid. l. 11. Οὐκοῦν εἰ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ &c.] Et hæc consequentia oppido quam infirma. Tota enim hæc ἀντιμάχησις, est κατ' εἶδος, non καθ' ὕλην. VIGERUS. Geminum quid de subtilioribus istis monuit scholium ab Hœschelio in Notis ad *Photium* pag. 81. allatum; εἰ κατὰ τὴν ὕλην, ἀλλὰ μὴ κατὰ τῶν ποιοτήτων (an τὰς ποιότητας?) ἡ ἀντίθεσις ἦν, ἰσχυροὶ οἱ λόγοι.

Ibid. l. 12. ἀλλήλοις δὲ ταῦτα ἀντίκειται] Debeo hoc quoque *Methodianis.*

Ibid. l. 15. δοκεῖ σοι τὰ μέρη μὴ ἀναιρετικά &c.] Sibi responderi hæc quæstio vult, partes materiæ non alteram alteri ferre exitium. Conferas quæ infra occurrunt pag. 107.

lin. 3. Rem aliter administravit in interpretatione Vigerus.

P. 106. l. 17. *οὕτως ἔχω*] Ita *Philocal.* et *Methodii Excerptor* pro *οὕτως ἔχει.* Verba conferas, quæ supra habes pag. 95. lin. 10.

P. 107. l. 4. *ἀναιρετικὸν*] Ita *Philocal.* et *Methodii Excerptor* pro *ἀνατρεπτικόν.* Sæpenumero in superioribus *ἀναιρετικὸν* adhibetur.

Ibid. l. 4. *τὰ δὲ τῆς ὕλης—ἐστιν*] Hoc membrum orationis *Philocalia* supplevit. Hodie enim a *Præparatione Evang.* abest; olim vero fortasse Georgius Trapezuntius, qui Eusebium interpretatus est, in codice suo simile quid invenit. Habet quoque *Methodii Excerptor*, *ταῦτα δὲ ἀναιρετικὰ τυγχάνει.*

Ibid. l. 6. *οὐδ' αὐτὰ ἔσονται ὕλη*] Suspicetur quispiam legendum esse, *οὐδ' αὐτὰ ἔσονται ὕλη μία,* ut supra lin. 13. Et Genebrardum video, qui *Philocaliam Origenis* e codd. MSStis interpretatus est, ita vertisse, *non erunt unius materiæ, neque una materia.* Sed nihil mutandum esse infra patebit.

Ibid. l. 16. *τὸ μὴ εἶναι τὴν ὕλην δείκνυται*] Georgius quidem Trapezuntius, quem plus semel commemoravi, locum ita Latine expressit; *Cum autem aliæ rerum aliis opponuntur, non* eadem *esse videtur materia omnium.* In omnibus tamen libris lectio recepta extat, neque etiam Genebrardus in *Philocalia sua* hic quidem diversum quid posuit. Post illa autem *τὸ μὴ εἶναι* subaudiendum est *αὐτὰ* hoc est *τὰ ἀντικείμενα,* quomodo supra colligitur.

Ibid. *δείκνυται*] In *Præparatione Evang.* Eusebius addidit; *Τοσαῦτα καὶ ὁ προδηλωθεὶς συγγραφεύς.* In *Philocalia* autem scholium hic adjectum est, quod supra attuli in Monito, *Ταῦτα ὑπὸ τοῦ ζ'. λόγου τῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς παρεκβέβληται. Μαξίμου δέ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ αὐτὸς Εὐσέβιος, οὐκ ἀσήμου ἐν τοῖς Χριστιανοῖς συγγραφέως* (elogium est ab Eusebio *τῇ ῥήσει* præmissum). *αὐτολεξεὶ δ' εὕρηται ταῦτα κείμενα, καὶ ἐν τῷ Ὠριγένους πρὸς Μαρκιωνιστὰς καὶ ἄλλους αἱρετικοὺς διαλόγῳ, Εὐτροπίου δικάζοντος, Μεγεθίου δὲ ἀντιλέγοντος.* Joannes Tarinus, qui scholium edidit, ait; summorum theologorum, Basilii et Gregorii, qui Philocaliam ex variis Origenis comment. excerpserunt, hanc esse, non ex-

scriptoris alicujus, observationem, sibi satis probari tum forma ipsius, tum quod in tribus codicibus (nescit, an et in omnibus) reperiatur. Certe in tribus illis, quos ego in usus meos adhibui, eadem hæc annotatio adscripta est. Denique hoc monebo, præter Maximi istæc alia ejusdem argumenti a Photiano Methodii abbreviatore afferri, quorum pars fortasse eidem Maximo debetur, pariter ac nonnulla quæ in integra parte ejusdem Operis Methodii *De Libero Arbitrio* comparent. Videsis Monitum Maximo præmissum sub init.

CAIUS.

CAIUS.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. lix. p. 136.

Gaius, [a] sub Zephyrino Romanæ urbis episcopo, id est, sub Antonino Severi filio, disputationem adversum Proculum, Montani sectatorem, valde insignem habuit; arguens eum temeritatis, [b] super nova prophetia defendenda: et in eodem volumine Epistolas quoque

[a] Hunc Caium etiam volunt viri docti auctorem σπουδάσματος sive scripti adversus Artemonis hæresin apud Euseb. v. 28. secuti Photium Cod. 48. quanquam Eusebius diserte testatur se aliquid afferre ex libro μὴ τὴν προσηγορίαν ἐπαγομένῳ τῶν συγγραμμένων. Ex neutro horum scriptorum quicquam extat præter pauca ea quæ Eusebius ex illis retulit.—Antoninus Caracalla, Severi filius Imperator ab A. 211. ad 217. Fabricius. De libro adversus Artemonem vid. infra. Photius Cod. 48. p. 35. Τοῦτον τὸν Γαΐον πρεσβύτερόν φασι γεγενῆσθαι τῆς κατὰ Ῥώμην ἐκκλησίας ἐπὶ Οὐίκτορος καὶ Ζεφυρίνου τῶν ἀρχιερέων. χειροτονηθῆναι δὲ αὐτὸν καὶ ἐθνῶν ἐπίσκοπον.

[b] Euseb. vi. 20. de Caii adversus Proclum loquens Dialogo: ἐν ᾧ τῶν δι' ἐναντίας τὴν περὶ τὸ συντάττειν καινὰς γραφὰς προπέτειάν τε καὶ τόλμαν ἐπιστομίζων. Bene καινὰς γραφὰς de Prophetiis novis Montanistarum interpretatur Hieronymus, quarum non modo defensionem sed et σύνταξιν maxime et compositionem illis Caius vitio vertit jure merito. Fabricius.

Pauli, [c] tredecim tantum enumerans, decimam quartam quæ fertur ad Hebræos, dicit non ejus esse: [d] sed et apud Romanos usque hodie quasi Pauli apostoli non habetur.

[c] Euseb. vi. 20. τῶν τοῦ ἱεροῦ ἀποστόλου δεκατριῶν μόνον ἐπιστολῶν μνημονεύει, τὴν πρὸς Ἑβραίους μὴ συναριθμήσας ταῖς λοιπαῖς. Ex hoc loco Rich. Simon. lib. I. Hist. Criticæ Novi Test. p. 175. colligebat Caium primum fuisse qui hanc Epistolam Paulo eripuerit, nisi quod Tertullianus maluit eam ad Barnabam quam ad Paulum referre. FABRICIUS.

[d] *Apud Romanos quosdam* debebat dicere ex Eusebio; ἐπεὶ καὶ εἰς δεῦρο παρὰ Ῥωμαίων τισὶν οὐ νομίζεται τοῦ ἀποστόλου τυγχάνειν. FABRICIUS. Hac de re videsis, quæ superius annotantur in Vol. I. ad ANONYMI FRAGMENTUM De *Canone Novi Testamenti* pp. 421, 422. Vid. etiam infra pp. 17, 18.

CAII,

QUI CIRCITER INITIA SÆCULI TERTII FLORUIT,

FRAGMENTA.

EX DIALOGO, VEL DISPUTATIONE, CUM PROCLO, SIVE PROCULO, MONTANISTA.

ΚΑΙ ἐν τῷ Γαΐου δὲ (inquit Eusebius lib. iii. *Hist.* cap. 31.) οὗ μικρῷ πρόσθεν (cap. 28. ejusd. lib.) ἐμνήσθημεν διαλόγῳ, Πρόκλος πρὸς ὃν ἐποιεῖτο τὴν ζήτησιν, περὶ τῆς Φιλίππου καὶ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ τελευτῆς συνᾴδων τοῖς ἐκτεθεῖσιν οὕτω φησίν· Μετὰ τοῦτον δὲ προφήτιδες τέσσαρες αἱ Φιλίππου γεγένηνται ἐν Ἱεραπόλει τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν· ὁ τάφος αὐτῶν ἐστὶν ἐκεῖ, καὶ ὁ τοῦ πατρὸς αὐτῶν.

Præterea in dialogo Caii cujus supra fecimus mentionem, Proculus adversus quem instituta est disputatio, de Philippi ejusque filiarum exitu, plane consentiens cum iis quæ modo retulimus, sic ait: Quatuor posthæc Philippi filiæ prophetides fuerunt Hierapoli Asiæ civitate, ubi etiam earum et patris Philippi sepulcrum visitur.

Ex eodem Opere.

Ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια τῶν ἀποστόλων ἔχω δεῖξαι. ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Βατικανὸν, ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν ἐκκλησίαν. Attulit hoc Eusebius lib. ii. *Hist.* cap. 25.

Ego vero apostolorum tropæa possum ostendere. Nam sive in Vaticanum, sive ad Ostiensem viam pergere libet, occurrent tibi tropæa eorum qui ecclesiam illam fundaverunt.

Ex eodem Opere.

———Ἀλλὰ καὶ Κήρινθος [ὁ] δι' ἀποκαλύψεων ὡς ὑπὸ ἀποστόλου μεγάλου γεγραμμένων, τερατολογίας ἡμῖν ὡς δι' ἀγγέλων αὐτῷ δεδειγμένας ψευδόμενος ἐπεισάγει, λέγων, μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐπίγειον εἶναι τὸ βασίλειον τοῦ Χριστοῦ· καὶ πάλιν ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ τὴν σάρκα πολιτευομένην δουλεύειν. καὶ ἐχθρὸς ὑπάρχων ταῖς γραφαῖς τοῦ Θεοῦ, ἀριθμὸν χιλιονταετίας ἐν γάμῳ ἑορτῆς θέλων πλανᾷν λέγει γίνεσθαι. Hæc posuit Eusebius lib. iii. *Hist.* cap. 28.

—Sed et Cerinthus per revelationes quasdam a se tanquam a magno quodam apostolo conscriptas, portenta quædam quasi ab angelis sibi ostensa commentus nobis introducit, affirmans post resurrectionem regnum Christi in terris futurum, ac rursus homines Hierosolymis degentes cupiditatibus et voluptati corporis obnoxios fore. Additque hostis ille divinarum scripturarum, mille annorum spatium in nuptialibus festis transactum iri, quo facilius imperitos homines decipiat.

De eodem Opere.

Ἦλθε δὲ εἰς ἡμᾶς (inquit Eusebius lib. vi. *Hist.* cap. 20.) καὶ Γαΐου λογιωτάτου ἀνδρὸς διάλογος, ἐπὶ Ῥώμης κατὰ Ζεφυρῖνον πρὸς Πρόκλον τῆς κατὰ Φρύγας αἱρέσεως ὑπερμαχοῦντα κεκινημένος· ἐν ᾧ τῶν δι' ἐναντίας τὴν περὶ τὸ συντάττειν καινὰς γραφὰς προπέτειάν τε καὶ τόλμαν ἐπιστομίζων, τῶν τοῦ ἱεροῦ ἀποστόλου δεκατριῶν μόνων ἐπιστολῶν μνημονεύει, τὴν πρὸς Ἑβραίους μὴ συναριθμήσας ταῖς λοιπαῖς.

Pervenit etiam ad nos Caii disertissimi viri disputatio Romæ habita temporibus Zephyrini, adversus Proclum quemdam Cataphrygarum hæresis propugnatorem. In qua ille dum adversariorum in componendis novis scripturis temeritatem et audaciam suggillat, tredecim solum divini apostoli commemorat epistolas: eam quæ ad Hebræos inscripta est, cum reliquis non adnumerans.

QUÆ SEQUUNTUR, EX PARVO LABYRINTHO SUMPTA SUNT, QUI VEL CAII, VEL ANONYMI SCRIPTORIS EJUSDEM ÆVI EST.

Φασὶ γὰρ (Hæretici) τοὺς μὲν προτέρους ἅπαντας καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀποστόλους παρειληφέναι τε καὶ δεδιδαχέναι ταῦτα, ἃ νῦν οὗτοι λέγουσι· καὶ τετηρῆσθαι τὴν ἀλήθειαν τοῦ κηρύγματος μέχρι τῶν Βίκτορος χρόνων, ὃς ἦν τρισκαιδέκατος ἀπὸ Πέτρου ἐν Ῥώμῃ ἐπίσκοπος· ἀπὸ δὲ τοῦ διαδόχου αὐτοῦ Ζεφυρίνου, παρακεχαράχθαι τὴν ἀλήθειαν. ἦν δ' ἂν τυχὸν πιθανὸν τὸ λεγόμενον, εἰ μὴ πρῶτον μὲν ἀντέπιπτον αὐτοῖς αἱ θεῖαι γραφαί· καὶ ἀδελφῶν δέ τινων ἐστὶ γράμματα πρεσβύτερα τῶν Βίκτορος χρόνων, ἃ ἐκεῖνοι πρὸς τὰ ἔθνη ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὰς τότε αἱρέσεις ἔγραψαν· λέγω δὲ Ἰουστίνου καὶ Μιλτιάδου καὶ Τατιανοῦ καὶ Κλήμεντος καὶ ἑτέρων πλειόνων, ἐν οἷς ἅπασι θεολογεῖται ὁ Χριστός. τὰ γὰρ Εἰρηναίου τε καὶ Μελίτωνος καὶ τῶν λοιπῶν τίς ἀγνοεῖ βιβλία, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον καταγγέλλοντα τὸν Χριστόν; Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπ' ἀρχῆς

Affirmant enim priscos quidem omnes, et ipsos apostolos, ea quæ ab ipsis nunc dicuntur, et accepisse et docuisse: ac prædicationis quidem veritatem esse custoditam usque ad Victoris tempora, qui tertius decimus a Petro Romanæ urbis episcopus fuit: a Zephyrini autem temporibus qui Victori successit, adulteratam fuisse veritatem. Ac fortasse id quod dicunt, credibile videretur, nisi eis refragarentur primum quidem divinæ Scripturæ: deinde fratrum quorumdam scripta, Victoris ætate antiquiora, quæ illi adversus gentes et contra sui temporis hæreticos pro veritatis defensione scripserunt. Justinum intelligo, et Miltiadem et Tatianum ac Clementem, aliosque quamplurimos: in quorum omnium libris Christi divinitas adstruitur. Nam Irenæi quidem et Melitonis et reliquorum scripta quis est qui ignoret, in quibus Christum Deum simul atque hominem prædicarunt? Psalmi quoque et

ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες. πῶς οὖν ἐκ τοσούτων ἐτῶν καταγγελλομένου τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματος, ἐνδέχεται τοὺς μέχρι Βίκτορος οὕτως ὡς οὗτοι λέγουσι κεκηρυχέναι; πῶς δὲ οὐκ αἰδοῦνται ταῦτα Βίκτορος καταψεύδεσθαι· ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι Βίκτωρ τὸν σκυτέα Θεόδοτον τὸν ἀρχηγὸν καὶ πατέρα ταύτης τῆς ἀρνησιθέου ἀποστασίας, ἀπεκήρυξε τῆς κοινωνίας, πρῶτον εἰπόντα ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστόν. εἰ γὰρ Βίκτωρ κατ᾽ αὐτοὺς οὕτως ἐφρόνει ὡς ἡ τούτων διδάσκει βλασφημία, πῶς ἂν ἀπέβαλλε Θεόδοτον τὸν τῆς αἱρέσεως ταύτης εὑρετήν; Attulit hæc Eusebius lib. v. *Hist.* cap. 28.

cantica fratrum jam pridem a fidelibus conscripta, Christum Verbum Dei concelebrant, divinitatem ei tribuendo. Cum igitur tot abhinc annis ecclesiastica doctrina prædicata sit, qui fieri potest ut omnes usque ad Victoris tempora eam quam isti dicunt doctrinam promulgaverint? Quomodo eos non pudet hujusmodi calumniam adversus Victorem concinnare, cum certo sciant Theodotum coriarium qui defectionis illius Deum abnegantis parens et auctor fuit, primusque Christum nudum esse hominem asseruit, per Victorem a communione ecclesiæ ejectum fuisse. Nam si, ut aiunt, Victor eadem sentiebat quæ illorum docet impietas, cur Theodotum opinionis illius auctorem ab ecclesia removit?

Ex eodem Opere.

Ὑπομνήσω γοῦν πολλοὺς τῶν ἀδελφῶν πρᾶγμα ἐφ᾽ ἡμῶν γενόμενον· ὃ νομίζω ὅτι [a] εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγεγόνει, τυχὸν ἂν κᾀκείνους ἐνουθέτησε. Νατάλιος ἦν τὶς ὁμο-

Facinus nostra ætate gestum, multis fratrum nostrorum in memoriam revocabo. Quod quidem si Sodomis admissum fuisset, ipsos, ut arbitror, incolas ad pœnitentiam provocare

[a] Mat. xi. 32.

λογητὴς οὐ πάλαι, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἡμετέρων γενόμενος καιρῶν. οὗτος ἠπατήθη ποτὲ ὑπὸ Ἀσκληπιοδότου (for. Ἀσκληπιάδου. vid. notam) καὶ ἑτέρου Θεοδότου τινὸς τραπεζίτου· ἦσαν καὶ οὗτοι ἄμφω Θεοδότου τοῦ σκυτέως μαθηταὶ, τοῦ πρώτου ἐπὶ ταύτῃ τῇ φρονήσει, μᾶλλον δὲ ἀφροσύνῃ, ἀφορισθέντος τῆς κοινωνίας ὑπὸ Βίκτορος ὡς ἔφην τοῦ τότε ἐπισκόπου. ἀνεπείσθη δὲ ὁ Νατάλιος ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ σαλαρίῳ ἐπίσκοπος κληρωθῆναι ταύτης τῆς αἱρέσεως, ὥστε λαμβάνειν παρ' αὐτῶν μηνιαῖα δηνάρια ἑκατὸν πεντήκοντα. γενόμενος οὖν σὺν αὐτοῖς, δι' ὁραμάτων πολλάκις ἐνουθετεῖτο ὑπὸ τοῦ Κυρίου. ὁ γὰρ εὔσπλαγχνος Θεὸς καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὐκ ἐβούλετο ἔξω ἐκκλησίας γενόμενον, ἀπολέσθαι μάρτυρα τῶν ἰδίων παθῶν. ἐπεὶ δὲ ῥαθυμότερον τοῖς ὁράμασι προσεῖχε, δελεαζόμενος τῇ τε παρ' αὐτοῖς πρωτοκαθεδρίᾳ, καὶ τῇ πλείστους ἀπολλυούσῃ αἰσχροκερδείᾳ, τελευταῖον ὑπὸ ἁγίων ἀγγέλων ἐμαστιγώθη, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς οὐ σμικρῶς αἰκισθείς· ὥστε ἕωθεν ἀναστῆναι, καὶ ἐνδυσάμενον σάκκον, καὶ σποδὸν κατα-

potuisset. Erat quidem Natalis nomine, confessor: qui non ita pridem, sed nostra ætate vixit. Hic forte in fraudem inductus est ab Asclepiodoto et altero quodam Theodoto argentario. Ambo autem isti discipuli erant Theodoti illius coriarii, qui primus ob hanc doctrinam, seu potius insaniam, a Victore, ut dixi, tunc temporis episcopo ab ecclesiæ communione remotus est. Hi persuaserunt Natali, ut accepto salario hæresis illius episcopus crearetur, ea scilicet conditione ut menstruos centum quinquaginta denarios ab illis acciperet. Sociatus igitur illorum partibus, sæpe a Domino corripiebatur in somnis. Clementissimus enim Deus ac Dominus noster Jesus Christus, eum qui passionum suarum testis exstiterat, perire extra ecclesiam nolebat. Sed cum nocturnas ejusmodi visiones negligeret Natalis, utpote honore primæ apud illos sedis, et turpis lucri cupiditate (quæ multis mortalibus exitio est) inescatus, tandem a sanctis angelis per totam noctem flagris cæsus et gravissime verberatus est. Adeo ut primo diluculo consurgens, saccum induerit, et cinere conspersus confestim cum lacrimis

πασάμενον, μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ δακρύων προσπεσεῖν Ζεφυρίνῳ τῷ ἐπισκόπῳ, κυλιόμενον ὑπὸ τοὺς πόδας οὐ μόνον τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν λαϊκῶν· συγχέαι τε τοῖς δάκρυσι τὴν εὔσπλαγχνον ἐκκλησίαν τοῦ ἐλεήμονος Χριστοῦ· πολλῇ τε τῇ δεήσει χρησάμενον, δείξαντά τε τοὺς μώλωπας ὧν εἰλήφει πληγῶν, μόλις κοινωνηθῆναι. Attulit hæc Eusebius ibid.

ad pedes Zephyrini episcopi sese abjecerit, non solum cleri, verum etiam sæcularium vestigiis advolutus; et Christi misericordis ecclesiam ipsam quoque misericordem fletibus suis commoverit atque concusserit. Multisque precibus usus, ostensis etiam vibicibus plagarum quas pro Christi confessione pertulerat, vix tandem ad communionem admissus est.

Ex eodem Opere.

Γραφὰς μὲν θείας ἀφόβως ῥεραδιουργήκασι· πίστεως δὲ ἀρχαίας κανόνα ἠθετήκασι· Χριστὸν δὲ ἠγνοήκασιν· οὐ τί αἱ θεῖαι λέγουσι γραφαὶ ζητοῦντες, ἀλλ' ὁποῖον σχῆμα συλλογισμοῦ εἰς τὴν τῆς ἀθεότητος εὑρεθῇ σύστασιν, φιλοπόνως ἀσκοῦντες· κἂν αὐτοῖς προτείνῃ τὶς ῥητὸν γραφῆς θεϊκῆς, ἐξετάζουσι πότερον συνημμένον ἢ διεζευγμένον δύναται ποιῆσαι σχῆμα συλλογισμοῦ. καταλιπόντες δὲ τὰς ἁγίας τοῦ Θεοῦ γραφὰς, γεωμετρίαν ἐπιτηδεύουσιν· [b]*ὡς ἂν ἐκ τῆς γῆς ὄντες καὶ ἐκ τῆς γῆς*

Sacras quidem scripturas audacter adulteraverunt: primitivæ autem fidei regulam rejecerunt: Christum ipsum denique ignoraverunt: non inquirentes quid sacræ doceant scripturæ; sed cujusmodi syllogismorum figura ad confirmandam impietatem suam reperiatur, assidue meditantes. Quod si quis aliquem divinæ Scripturæ locum eis objiciat, examinant utrum connexum an disjunctum syllogismi genus ex eo confici possit. Relictisque atque abjectis sacris Dei Scripturis, geometriæ stu-

[b] Joan. iii. 30, 31.

λαλοῦντες, καὶ τὸν ἄνωθεν ἐρχόμενον ἀγνοοῦντες. Εὐκλείδης γοῦν παρά τισιν αὐτῶν φιλοπόνως γεωμετρεῖται· Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Θεόφραστος θαυμάζονται· Γαληνὸς γὰρ ἴσως ὑπό τινων καὶ προσκυνεῖται. οἱ δὲ ταῖς τῶν ἀπίστων τέχναις εἰς τὴν τῆς αἱρέσεως αὐτῶν γνώμην ἀποχρώμενοι, καὶ τῇ τῶν ἀθέων πανουργίᾳ τὴν ἁπλῆν τῶν θείων γραφῶν πίστιν καπηλεύοντες· ὅτι μηδὲ ἐγγὺς πίστεως ὑπάρχουσι, τί δεῖ καὶ λέγειν; διατοῦτο ταῖς θείαις γραφαῖς ἀφόβως ἐπέβαλον τὰς χεῖρας, λέγοντες αὐτὰς διωρθωκέναι. καὶ ὅτι τοῦτο μὴ καταψευδόμενος αὐτῶν λέγω, ὁ βουλόμενος δύναται μαθεῖν. εἰ γάρ τις θελήσει συγκομίσας αὐτῶν ἑκάστου τὰ ἀντίγραφα ἐξετάζειν πρὸς ἄλληλα, κατὰ πολὺ ἂν εὕροι διαφωνοῦντα. ἀσύμφωνα γοῦν ἔσται τὰ Ἀσκληπιάδου τοῖς Θεοδότου. πολλῶν δέ ἐστιν εὐπορῆσαι, διὰ τὸ φιλοτίμως ἐγγεγράφθαι τοὺς μαθητὰς αὐτῶν τὰ ὑφ' ἑκάστου αὐτῶν ὡς αὐτοὶ καλοῦσι κατωρθωμένα, τουτέστιν ἠφανισμένα. πάλιν δὲ τούτοις τὰ Ἑρμοφίλου οὐ συνᾴδει·

dent; quippe qui terrestres sint et loquantur terrena, et illum qui de cælo advenit ignorent. Euclidis igitur geometria apud nonnullos eorum studiose excolitur. Aristoteles vero et Theophrastus summa admiratione suspiciuntur: Galenus autem a quibusdam etiam adoratur. Proinde istos qui infidelium artibus ac disciplinis ad stabiliendam hæresis suæ opinionem abutuntur, et subtili impiorum hominum versutia simplicissimam divinarum Scripturarum adulterant fidem, remotissimos esse a fide quid attinet dicere? Hinc est quod divinis Scripturis audacter manus intulerunt, eas a se emendatas esse dicentes. Atque id a me non falso eis objici, quisquis voluerit facile cognoscet. Nam si quis exemplaria illorum undique conquisita simul inter se contulerit, inveniet profecto illa inter se plurimum dissentire. Certe Asclepiadoti exemplaria non conveniunt cum illis quæ sunt Theodoti. Multa porro hujusmodi exemplaria nancisci licet, propterea quod discipuli illorum studiose perscripserunt ea quæ a magistris suis ut ipsi dicunt emendata, hoc est corrupta fuerant. Jam Hermophili exemplaria cum illis quæ dixi,

τὰ γὰρ Ἀπολλωνίδου οὐδὲ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἐστὶ σύμφωνα. ἔνεστι γὰρ συγκρῖναι τὰ πρότερον ὑπ' αὐτῶν κατασκευασθέντα, τοῖς ὕστερον πάλιν ἐπιδιαστραφεῖσι, καὶ εὑρεῖν καταπολὺ ἀπᾴδοντα. ὅσης δὲ τόλμης ἐστὶ τοῦτο τὸ ἁμάρτημα, εἰκὸς μηδὲ ἐκείνους ἀγνοεῖν. ἢ γὰρ οὐ πιστεύουσιν ἁγίῳ πνεύματι λελέχθαι τὰς θείας γραφὰς, καὶ εἰσὶν ἄπιστοι· ἢ ἑαυτοὺς ἡγοῦνται σοφωτέρους τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπάρχειν· καὶ τί ἕτερον ἢ δαιμονῶσιν; οὐδὲ γὰρ ἀρνήσασθαι δύνανται ἑαυτῶν εἶναι τὸ τόλμημα, ὁπόταν καὶ τῇ αὐτῶν χειρὶ ᾖ γεγραμμένα· καὶ παρ' ὧν κατηχήθησαν μὴ τοιαύτας παρέλαβον τὰς γραφάς· καὶ δεῖξαι ἀντίγραφα, ὅθεν αὐτὰ μετεγράψαντο, μὴ ἔχωσιν. ἔνιοι δὲ αὐτῶν οὐδὲ παραχαράσσειν ἠξίωσαν αὐτὰς, ἀλλ' ἁπλῶς ἀρνησάμενοι τόν τε νόμον καὶ τοὺς προφήτας· ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας προφάσει χάριτος· εἰς ἔσχατον ἀπωλείας ὄλεθρον κατωλίσθησαν.

Attulit Eusebius ibid.

minime consentiunt. Ea vero quæ dicuntur Apollonidis ne secum quidem ipsa concordant. Nam illa quæ prius ediderat, cum illis quæ postea invertit atque luxavit, conferre quilibet potest, atque inter se dissonantia deprehendere. Quantæ porro audaciæ sit ejusmodi facinus, ne ipsos quidem ignorare credibile est. Aut enim sacras Scripturas a sancto Spiritu dictatas esse non credunt, ac proinde infideles sunt: aut semetipsos Spiritu sancto sapientiores esse existimant, ac proinde quid aliud sunt quam Dæmoniaci? Neque enim negare possunt hoc facinus a se admissum esse, cum ipsorum manu descripta sint exemplaria; neque ab illis, a quibus in Christiana fide instituti sunt, ejusmodi codices acceperint: nec ostendere possint exemplaria, ex quibus sua illa descripserunt. Quidam autem ex ipsis ne adulterare quidem scripturas dignati sunt: sed legem ac prophetas absolute repudiantes, per illegitimam et impiam doctrinam, sub obtentu gratiæ in altissimum exitii gurgitem delapsi sunt.

ANNOTATIONES

IN CAII FRAGMENTA.

P. 127. l. 7. διαλόγῳ] De Caii adversus Proclum libro videndus est Photius in bibliotheca. (Cod. 48.) Apud Theodoritum in libro iii. hæreticarum fabularum, ubi mentio fit hujus libri, κατὰ Πατρόκλου scribitur pro Πρόκλου. Erat autem hic liber dialogus, in quo Proclus Montani prophetiam defendens inducebatur, ut patet ex libro iii. Eusebii cap. 31. Ubi verba ipsius Procli afferuntur, quibus ad adstruendam Montani prophetiam, docebat semper in Asia prophetas viguisse: et adhuc sua ætate exstitisse apud Hierapolim sepulcra filiarum Philippi, quæ prophetiæ dono insignes fuerant. Quibus Procli verbis respondens Caius, ait Romanos longe illustrioribus sepulcris gloriari, Petri scilicet ac Pauli. Verba Caii habes in libro ii. capite penultimo. (hic proxime post collocata.) Valesius, ad lib. vi. *Hist.* Eusebii cap. 20. Conferas notas supra ad Polycratis Fragmenta pag. 20. et 25.

Ibid. l. 9. Μετὰ τοῦτον δὲ &c.] τοῦτον pro edito τοῦτο nunc recte recepit Burtonus ex *codicibus scriptis Med. Maz. Fuket. Savil. Norf. Florentinisque*, hoc addito, "Nescientes librarii de "quo Proculus ante loqueretur, τοῦτον in τοῦτο mutabant: at "si totus iste dialogus exstitisset, viri cujusdam apostolici "dono prophetico præditi nomen invenissemus; talibus enim "exemplis novas suorum prophetias Montanistæ defendebant." Ita vir cl., qui refert omisisse particulam δὲ *edit. Steph. codd. Paris.* 1. *Norf. Venet. Florentinos Nicephorum*que. Vertit Rufinus, *post* hæc *autem*; habet τούτων *Niceph.* Mox in *Cod.*

Norf. additur καὶ ante ὁ τάφος, et in *Savilii MSto* deficit articulus ὁ ante τοῦ πατρός.

P. 127. l. 20. Ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια &c.] Eusebius præmisit; Παῦλος δὴ οὖν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι, καὶ Πέτρος ὡσαύτως ἀνασκολοπισθῆναι κατ' αὐτὸν (eodem Nerone regnante) ἱστοροῦνται. καὶ πιστοῦταί γε τὴν ἱστορίαν ἡ Πέτρου καὶ Παύλου εἰς δεῦρο κρατήσασα ἐπὶ τῶν αὐτόθι κοιμητηρίων πρόσρησις. Οὐδὲν δ' ἧττον καὶ ἐκκλησιαστικὸς ἀνὴρ Γάϊος ὄνομα, κατὰ Ζεφυρῖνον Ῥωμαίων γεγονὼς ἐπίσκοπον· ὃς δὴ Πρόκλῳ τῆς κατὰ Φρύγας προϊσταμένῳ γνώμης ἐγγράφως διαλεχθεὶς, αὐτὰ δὴ ταῦτα περὶ τῶν τόπων ἔνθα τῶν εἰρημένων ἀποστόλων (Petri et Pauli) τὰ ἱερὰ σκηνώματα κατατέθειται, φησίν. ἘΓΩ δὲ τὰ τρόπαια &c. *At Paulus quidem capite truncatus, Petrus vero cruci suffixus fuisse eodem regnante traduntur. Quam quidem narrationem abunde confirmant Petri Paulique nomine insignita monumenta, quæ in urbis Romæ cœmeteriis etiamnum videntur. Sed et Caius quidam vir catholicus, qui Zephyrini Romanæ urbis episcopi temporibus floruit, in eo libro quem scripsit adversus Proculum patronum sectæ Cataphrygarum, de loco in quo prædictorum apostolorum sacra corpora deposita sunt, ita loquitur.* EGO vero apostolorum &c. Ubi ait Valesius, vocem *ecclesiasticum* interdum designare virum catholicum, et opponi hæretico, atque in hac significatione malle se vocem accipere hoc loco, " tum quia hæc frequentior hujus vocabuli significatio est, tum quod Eusebius de Caii libro adversus Proclum " loquens, utrumque proprio epitheto designavit. Caïum enim " ecclesiasticum hominem appellat: Proclum vero Cataphry- " garum sectæ patronum, id est hæreticum. ὃς δὴ Πρόκλῳ τῆς " κατὰ Φρύγας προϊσταμένῳ γνώμης ἐγγράφως διαλεχθεὶς, &c. " Quippe Cataphrygarum secta in duas partes divisa est. " Alterius princeps fuit Proclus: alterius vero Æschynes. " cui Proclum sequebantur, dicebantur οἱ κατὰ Πρόκλον. Qui " Æschyni favebant, dicebantur οἱ κατὰ Αἰσχύνην, ut docet " Tertullianus in libro de præscriptione Hæreticorum." h. e. cap. penult. *Libri Adversus Omnes Hæreticos* Tertulliano adjuncti. Monuit ad Eusebium suum cl. Heinichen., cum de Caio sermo sit, melius vertendum, *doctor* vel *scriptor catholicus.*

P. 127. l. 21. ἐπὶ τὸν Βατικανὸν] Mirum est in omnibus nostris codicibus uno consensu haberi Βασικανοὶ, nec aliter legi-

tur in Chronico Georgii Syncelli. In sequentibus verbis ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν ὡστίαν omnes nostri codices ὀστίαν habent. Verum in hoc dissentiunt, quod Mazarinus quidem et Medicæus codex cum leni spiritu scriptum habent ὀστίαν: Regius autem et Fuketianus asperum adhibent spiritum. Porro Vaticanus quidem ad B. Petrum referri debet, qui sepultus est in Vaticano. Ostiensis autem via Paulum denotat, qui sepultus est in via Ostiense. VALESIUS. *MS.* quoque *Savil.* seu *Bodl.* exhibet Βασικᾶν, et Syncellus, prout edidit hunc Goarus, ὀστείαν præstat. Ait Strothius, Eusebii editor, *Lectiones Veneti codicis* ὀστίαν habuisse, quod ipse in textum recepit, notatque, Stephanum edidisse ὁστίαν cum spiritu aspero, *Nicephorum* autem exhibere Ὀστηνσίαν. Habet *MS. Norfolc.* ὀστισίαν, dum septem variationes in hac vocula se observasse nunc ait Burtonus, quas videas ad Eusebium ejus. *Rufinus* vetus interpres posuit, *Si enim procedas via regali, quæ ad* Vaticanum *ducit*, *aut via* Ostiensi &c. Nunc Burtonus codicibus Valesianis βασακανὸν habentibus addit *codd. Parisinos Venetum* et *Florentinos.* Ceterum de sepultura beatorum apostolorum quædam ex *Gregorio Magno* Baronius profert in *Annalibus* ad an. 221. tom. ii. p. 360. ed. Antverp.

P. 127. l. 22. τὰ τρόπαια τῶν ταύτην &c.] Adversus Metaphrasten, qui hæc Caii et alia quædam Dionysii Corinthii perperam intellexit, vide disputantem Valesium supra ad ejusdem DIONYSII Fragmenta, pag. 193. vol. I. De Petri et Pauli martyrio, ibid. supra p. 192.

P. 128. l. 2. Ἀλλὰ καὶ Κήρινθος &c.] Eusebius, Κατὰ τοὺς δεδηλωμένους χρόνους (scil. Trajano imperitante) ἑτέρας αἱρέσεως ἀρχηγὸν γενέσθαι Κήρινθον παρειλήφαμεν. Γάϊος οὗ φωνὰς ἤδη πρότερον παρατέθειμαι (lib. ii. cap. 25.) ἐν τῇ φερομένῃ αὐτοῦ ζητήσει (conf. cap. 31) ταῦτα περὶ τοῦ αὐτοῦ γράφει· ἈΛΛΑ καὶ Κήρινθος &c. *Eadem tempestate alterius hæresis auctorem fuisse Cerinthum accepimus. De quo Caius is cujus verba superius retulimus, hæc in Disputatione sua scribit:* SED et Cerinthus &c.

Ibid. l. 3. μεγάλου] Vox abest a *MS. Bodl.* Mox δεδιδαγμένας pro δεδειγμένας *Nicephorus* et vitiose δεδιδειγμένας *MS. Norfolc.* sed *revelatas Rufinus.* δεδιγμένους *Florent. prior* in marg. a prima manu, et *Flor. posterior.*

P. 128. l. 5. *τὸ βασίλειον τοῦ Χριστοῦ*] Idem referens dogma usitatiori voce *βασιλείᾳ* usus ait Dionysius Alex. *ἐπίγειον ἔσεσθαι τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν,* in hoc Eusebii capite testis citatus. Supra *ἐπισυνάγει* pro *ἐπεισάγει* *MS. Norfolc.* Et infra *χιλιοετίας* pro *χιλιονταετίας* et *ἐν γάμου ἑορτῇ* pro *ἐν γάμῳ ἑορτῆς* habet *Nicephorus.* Ex collatione penes me Jacobi Gronovii nunc mihi constat, legi *χιλιοετίας* in *codd. Florentinis,* et *γάμου ἑορτῇ* in *altero* ipsorum extare, et dicere virum eundem cl. malle se *χιλιετίας.*

Ibid. l. 9. *θέλων πλανᾷν*] *θέλων σπλανᾷν.* Sic in editione Rob. Stephani nescio quo casu excusum est. Quem Typographorum errorem secuti sunt postea Genevenses. Nos vero ex manuscriptis codicibus et ex Nicephori libro, veram hujus loci scripturam restituimus *θέλων πλανᾷν.* Valesius. His consentiunt *codices Bodl.* et *Norfolc.* atque Scaliger in exemplo *edit. Steph.* a me sæpe adducto. Neque discrepat vetus interpres, nec codices a Burtono nunc collati.

Ibid. *λέγει γίνεσθαι.*] Deest *λέγει* in *Cod. MS. Bodl.* *γενέσθαι* pro *γίνεσθαι* *MS. Norfolc.* et *Niceph.* et *Flor.* a sec. manu. Pondus habent argumenta, quibus probare studet Leonardus Twelsius, *Examinat. Crit. Nov. Text. et Interp. Nov. Test.* Anglica lingua scripta. P. iii. part. 2. cap. ii. §. 3. Caium ad aliam quandam a Cerintho suppositam apocalypsin spectare, non ad illam, quæ apud ecclesiam recepta est; quippe cum Cerinthus de hominibus genio suo et voluptati indulgentibus locutus sit, cujus quidem luxus S. Joannes in canonico libro nullam spem fecit. Adde quod, nisi totus erro, Caius non videtur *τὴν χιλιονταετίαν* improbare, quæ a Joanne commemoratur, sed tantum depravationem ejus detestari ab inimico divinarum scripturarum, in quibus ea sit posita, introductam. Quod autem maximum est, quidquid opinatus est de libro Caius, Cerinthi de Filii incarnati persona scitum omnino discrepabat a doctrina de Filio Dei apud Apocalypsin. At vero constat, retulisse disertis verbis Alexandrinum Dionysium, nonnullos ex iis, qui se tempore antecesserant, repudiata Joannis apocalypsi, eaque per singula capita exagitata et correcta, affirmasse Cerinthum istius libri verum auctorem fuisse; cum vero magnæ auctoritatis nomen ad faciendam fidem commento suo vellet præfigere, Joannis titulum eidem

indidisse. "Quippe hanc, inquiunt" (verba affero Dionysii a "Valesio Latine versa) "Cerinthi opinionem fuisse, ἐπίγειον "ἔσεσθαι τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν, et in iis maxime rebus, "quas ipse utpote carnalis et voluptatibus corporis deditus "præcipue concupiscebat, hæsurum, in ventris scilicet, et "eorum quæ sub ventre sunt satietate, id est, in cibis ac po-"culis, καὶ γάμοις, et in iis quibus ista honestius parari posse "existimabat; festis nimirum et sacrificiis et hostiarum mac-"tationibus." Hæc Dionysius, proxime post hoc Caii fragmentum ab Eusebio adductus, iterumque ab eo in lib. vii. cap. 25. ut cuivis facile fuerit suspicari, magnum virum Dionysium ista Caii verba, inter alia auctorum loca, sibi proposuisse. Ad hæc dici possit, existimasse (sed falso tamen, immo falsissime) germanæ apocalypsis adversarios cum veteres tum recentiores, satis convenire librum illum cum terrenis carnalibusque Cerinthi opinionibus. Quin et multi viri docti in ea sententia fuerunt, ut statueretur Caius Joannis apocalypsin revera significasse. Ita verbi gratia, Lardnerus *De Hist. Evang. Fide.* part. ii. lib. i. cap. xliii. §. 15; sed et alii etiam plerique, testibus Stoschio *De Canone Librorum N. T.* §. lxi. p. 195. et Keilio in nota ad ed. novam *Fabricianæ Biblioth. Gr.* tom. iv. p. 792.

Attamen dignum hoc est observatu, Theodoretum in *Hæret. Fab. Compend.* lib. ii. cap. 3. ubi non tantum de Cerinthi revelationibus mentionem fecit, sed et ista quæ Eusebius laudaverat Caii Dionysiique loca sibi evidenter proponit, sic scripsisse; οὗτος (Cerinthus) καὶ ἀποκαλύψεις τινὰς ὡς αὐτὸς τεθεαμένος ἐπλάσατο; tanquam si illa Caii verba apud Eusebium, ἀλλὰ καὶ Κήρινθος ὁ δι' ἀποκαλύψεων ὡς ὑπὸ ἀποστόλου μεγάλου γεγραμμένων, de Cerintho venditante seipsum ut magnum apostolum, non tanquam alii cuipiam revelationes a se fictas adscribente, intellexisset. Quæ fortasse fuerit haud aliena a mente Caii interpretatio. Ita de Montanista quodam Themisone nominato hoc ait Apollonius apud Euseb. lib. v. *Hist.* c. 18. ὡς μάρτυς καυχώμενος, ἐτόλμησε μιμούμενος τὸν ἀπόστολον, καθολικήν τινα συνταξάμενος ἐπιστολὴν, κατηχεῖν μὲν τοὺς ἄμεινον αὐτοῦ πεπιστευκότας. Supra Vol. I. p. 468.

Quidquid autem hac de re statuitur, existimeturne Caius, necne, ad Joannis apocalypsin spectasse, obiter commemorare

mihi liceat, librum hunc omni veneratione dignum, saltem a decem auctoribus tanquam *θεόπνευστον* adductum fuisse, qui quidem omnes aut vetustiores Caio, aut ipsi æquales fuerunt; et quorum nomina supra ad Fragmentum de CANONE SCRIPTURÆ commemoravi, Vol. i. p. 427. contraque adeo vecordes fuisse nonnullos ex adversariis hujus libri, *Alogorum* nomine ab Epiphanio appellatos, ut non tantum apocalypsin Cerinthi esse dixerint, a cujus decretis notissimis tam de persona Jesu Christi, quam de creatore mundi, isthoc opus plurimum distabat, sed etiam eidem hæretico Joannis quoque evangelium, librum Cerintho oppositum, adscribere haud vererentur. Vid. *Hær.* li. num. 3. et Philastrium *De Hæresibus*, cap. 60. Edidit porro S. Hippolytus sub Caii tempora *Apologiam pro Apocalypsi et Evangelio Joannis,* testibus cum Hebediesu in *Catalogo Libb. Chaldæorum* p. 17. tum Statua Hippolyti, in qua inscripti sunt operum ejus tituli, Romæ olim effossa. Quæ forsitan defensio adversus Alogos istos suscepta est; nam *Capita* illa Hippolyti *adversus Caium* ab eodem Hebediesu commemorata, etsi suspicionem moveant, huc pertinuisse non affirmaverim.

P. 128. l. 20. Ἦλθε δὲ εἰς ἡμᾶς—πρὸς Πρόκλον] Cataphrygarum secta in duas partes divisa est. alterius princeps fuit Proclus, alterius Æschines, ut scribit Tertullianus de præscriptione hæreticorum in fine. (Vid. supra.) Qui Proclum sectabantur, dicebantur οἱ κατὰ Πρόκλον, teste ibidem Tertulliano. Ex quo apparet Græcum hominem fuisse. Accedit quod Gaius adversus eundem Proclum Græce scripsit. Quare non assentior Baronio, qui hunc Proclum eundem esse vult cum Proculo Afro Latino Grammatico, cujus meminit Capitolinus. Ceterum Proclus Montanista insignem librum scripserat adversus Valentinianos, ut scribit Tertullianus in libro adversus Valentinum. VALESIUS. Cujus notam de hoc Caii dialogo initio a me collocatam consulas.

Ibid. l. 23. καινὰς] κένας solenni permutatione *MS. Norfolc.* Alteram invenit lectionem, quæ melior est, in codd. suis *Rufinus.* Is tamen τοῦ δι' ἐναντίας pro τῶν δι' ἐ. legisse videtur. De his vero novis scriptis videsis Fabricium supra ad Hieron. *De Viris Ill.* aliquid annotantem, cui consentit Tillemontius *Mem. Eccl.* tom. iii. in *Caio.* pag. 76. ed. Bruxell.

P. 128. l. 26. λοιπαῖς.] Eusebius proxime post addit: ἐπεὶ καὶ εἰς δεῦρο παρὰ Ῥωμαίοις τισὶν, οὐ νομίζεται τοῦ ἀποστόλου τυγχάνειν. Ubi hæc Valesius. Eusebius supra in lib. iii. cap. 3. de Pauli Epistolis disserens, ait quosdam Epistolam ad Hebræos ut falsam rejecisse, asseverantes Romanam ecclesiam de ejus epistolæ auctoritate dubitare, πρὸς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ὡς μὴ Παύλου οὖσαν αὐτὴν, ἀντιλέγεσθαι φήσαντες. Rufinus in utroque Eusebii loco *Latinos* vertit. Hieronymus tamen in catalogo *Romanos* interpretatur, ubi de Caio. *Decimam quartam*, inquit, *quæ fertur ad Hebræos, dicit non ejus esse. Sed et apud Romanos usque hodie quasi Pauli apostoli non habetur.* Inter Romanos scriptores qui ita censuerunt, numerari potest Hippolytus Portuensis episcopus. Hic enim in libro adversus hæreses, Epistolam ad Hebræos Pauli apostoli non esse affirmavit, teste Photio in bibliotheca cap. 121. Hæc VALESIUS. Ad Fragmentum DE CANONE SCRIPTURÆ, admoneo fieri posse, ut Hippolytus, prout olim fecerat magister ejus Irenæus, hancce epistolam si minus tanquam Paulinam, tamen inter libros sacros receperit. Ceterum etsi Fabricius, quod ante vidimus, ad *Hieronymum* suum notavit, scribere debuisse eum post Eusebium apud Romanos *quosdam*, non apud Romanos; de suis ipsius temporibus id affirmare poterat Hieronymus, quippe qui testatus alibi est, Latinorum consuetudinem non recipere hanc epistolam inter scripturas canonicas. *Ep. ad Dardanum* p. 69. ed. Froben. quo tamen loco dicitur suscepta ea fuisse semper a Græcis, tanquam si Pauli apostoli fuerit.

P. 129. l. 5. Φασὶ γὰρ &c.] Eusebius hæc præmisit: Τούτων ἔν τινος (scil. ex orthodoxis quidem et ecclesiasticis auctoribus, sed Eusebio ignotis) σπουδάσματι κατὰ τῆς Ἀρτέμωνος αἱρέσεως πεπονημένῳ, ἣν αὖθις ὁ ἐκ Σαμοσάτων Παῦλος, καθ' ἡμᾶς ἀνανεώσασθαι πεπείραται· φέρεταί τις διήγησις ταῖς ἐξεταζομέναις ἡμῖν προσήκουσα ἱστορίαις. τὴν γάρ τοι δεδηλωμένην αἵρεσιν ψιλὸν ἄνθρωπον γενέσθαι τὸν Σωτῆρα φάσκουσαν, οὐ πρὸ πολλοῦ νεωτερισθεῖσαν διευθύνων· ἐπειδὴ σεμνύνειν αὐτὴν ὡς ἂν ἀρχαίαν οἱ ταύτης ἤθελον εἰσηγηταί· πολλὰ καὶ ἄλλα εἰς ἔλεγχον αὐτῶν τῆς βλασφήμου ψευδηγορίας παραθεὶς ὁ λόγος, ταῦτα κατὰ λέξιν ἱστορεῖ. ΦΑΣΙ γὰρ &c. *Porro in cujusdam ex illis auctoribus libro adversus Artemonis hæresim elaborato, quam Paulus Samosatensis nostris temporibus renovare aggressus est: exstat quædam nar-*

ratio, historiæ quam præ manibus habemus valde accommodata. Supradictam enim hæresim quæ Christum merum hominem esse dicebat, ante paucos annos invectam esse coarguens auctor ille, quandoquidem sectæ illius principes vetustissimam illam esse jactabant: post alia multa adversus impium eorum mendacium adducta, hæc ad verbum refert. AFFIRMANT enim &c. Ubi hæc annotavit Valesius: Nicephorus in libro iv. cap. 21. hunc librum auctoris ignoti inscriptum esse dicit *μικρὰν λαβύρινθον*. Photius autem in bibliotheca capite 48. Caium hujus libri auctorem facit. *τοῦτον τὸν Γάϊον πρεσβύτερόν φασι γεγενῆσθαι τῆς κατὰ Ῥώμην ἐκκλησίας, συντάξαι δὲ καὶ ἕτερον λόγον ἰδίως κατὰ τῆς Ἀρτέμωνος αἱρέσεως*, &c. Hic est ipse liber cujus fragmenta hic profert Eusebius, quem tamen a labyrintho Photius aperte distinguit. Sed Nicephori sententiam confirmat Theodoritus in libro ii. hæreticarum fabularum capite quinto: ubi agens de Theodoto coriario, eamque de Natale episcopo referens historiam quam hic narrat Eusebius, ex libro qui parvus labyrinthus dicitur, illam esse depromptam testatur. VALESIUS.

Ostendere conati sunt multi viri doctissimi, Pearsonius, Lemoynæus, Cavius, alii, hoc scriptum adversus Artemonis hæresin, quod quidem titulo *Parvi Labyrinthi* insignitum fuisse testantur Theodoretus Nicephorusque, Caii hujus fuisse, Photium enim aiunt, sed alio quidem loco, hunc Labyrinthum Caio attribuisse. Nihilominus a Caio abjudicandum opus esse, vel certe rem in dubio relinquendam, censet cum Fabricius ad *Hieron.* supra, tum Lardnerus *De Hist. Evang. Fide* part. ii. lib. iii. cap. 32. §. 1. propterea quod ignorasse auctoris nomen Eusebius Hieronymusque et Theodoretus videntur. Immo vero Photii ipsius verba, quem solum secuti viri doctissimi opus Caio attribuunt, rem non ex propria ipsius Photii, sed aliena tantum sententia declarant. Verba Photiana a Valesio supra adducta in præsens omitto; illa vero altera ex eodem capite a viris illis prolata quibusdam debentur annotationibus, quas in opere *De Causa Universi* Photius invenerat adscriptas. Potest tamen fieri, ut veteres critici, qui hunc librum *Labyrinthum* nominatum ejus esse dixerunt, recte id fecerint, scripti enim neque tempus nec indoles huic opinioni refragatur. Saltem æquali cuidam Caii adjudicari idem debet,

ut ex verbis ipsius scriptoris evidenter patet, quippe qui de re quæ Zephyrini tempore contigit, ita locutus est; *ὑπομνήσω γοῦν πολλοὺς τῶν ἀδελφῶν πρᾶγμα ἐφ' ἡμῶν γενόμενον.* Ναταλιος—*οὐ πάλαι, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἡμετέρων γενόμενος καιρῶν.* Vid. supra pp. 8 et 9. Obiit vero Zephyrinus Romanus episcopus circiter an. 216. Ait quidem Photius in loco a Valesio adducto narratum esse a quibusdam, scripsisse Caium et alium præterea librum contra Artemonis hæresim; sed profecto hunc librum diversum esse a Parvo Labyrintho, si modo omnia auctorum testimonia, et fortasse ipsius Photii verba, nam minime liquida ac distincta sunt, inter se conferantur, vix credendum est. At vero probabiliter contendere quis possit, opus, de quo agimus, Parvum Labyrinthum, adscribendum Hippolyto esse, a nemine tamen adhuc, quod sciam, in re præsenti commemorato. In catalogo enim marmoreo operum ejus, Romæ medio sæculo decimo sexto reperto, adscribitur ei *Liber contra Platonem de Universo*, Photiani autem critici, de quibus paulo supra, auctorem aiebant *Parvi Labyrinthi* fine operis sui testatum reliquisse scriptorem se esse Libri *de Universo.* An vero liber ille *de Universo* idem fuerit atque iste a se lectus, id sibi nondum liquere, ait Photius. Illud autem opus Caio, non Hippolyto, vindicasse constat eosdem criticos, quippe qui Labyrinthum a Caio compositum fuisse statuebant. Sed de Libro dicto de Universo mox harum notarum fine.

Cum vero aliqui olim, teste eodem Photio, dixissent, Origenem fuisse scriptorem Labyrinthi, id Theodoretus haud verum esse judicavit. Enarraturus enim historias, quæ sequuntur, de Natali, atque corruptione librorum sacrorum ab hæreticis tentata, hæc ait; Κατὰ τῆς τούτων (Artemonis atque Theodoti) *αἱρέσεως ὁ σμικρὸς συνεγράφη Λαβύρινθος, ὅν τινες 'Ωριγένους ὑπολαμβάνουσι ποίημα, ἀλλ' ὁ χαρακτὴρ ἐλέγχει τοὺς λέγοντας.* lib. ii. *Hæret. Fab.* cap. 5.

Ceterum de Labyrinthi titulo hæc habet Lemoynæus, *Var. Sacr.* tom. ii. p. 942. "Labyrinthus parvus, non proprie a "forma, sed a rationum pondere et vi nomen sortitus videtur, "quæ ita adversarios stringebant, ut ab illarum flexibus non "possent se liberare, et quocunque se verterent, irretitos "cogerentur se profiteri. Unde vocatur *σπούδασμα πεπονημένον*, *Eus.* lib. v. cap. 28. magna arte et labore adornatum."

Utrum autem contra Artemonem sua direxerit auctor hujus libelli, quæstionem movet cl. Wesselingius, *Probab.* cap. 21. qua de re postea ad Antiocheni Concilii fragmenta, in quibus Artemon commemoratur, plura dicemus. Is interea, recte, opinor, monuit, non necesse esse, ut Eusebii verba ita alligentur, quasi Artemon ipse a scriptore impugnatus esset, etsi confutaretur ab eo hæresis, quæ Artemonia postea appellata est. Certe in his Fragmentis Theodotus tanquam hæresis *τῆς ἀρνησιθέου* auctor incusatur, non Artemon. Et mox quoque post primam *ῥῆσιν* adductam ait Eusebius de libelli scriptore, *προστίθησι δὲ ὁ τὸ προειρημένον συντάξας περὶ τοῦ κατάρξαντος τῆς δηλωθείσης αἱρέσεως* (qui erat Theodotus) *βιβλίον, καὶ ἄλλην* &c. Verum ut ita sit, vix illud tamen ex Eusebii verbis initio hujus notæ positis colligere quis poterit, existimasse eum, Artemonem ad longum post ævum, hoc est, ad tempora sua, haud minus atque Paulum illum Samosatenum, pervenisse.

P. 129. l. 9. *ἀπὸ δὲ τοῦ διαδόχου αὐτοῦ Ζεφυρίνου, παρακεχαράχθαι*] *Sed ab ejus successore Zephyrino fuisse adulteratam.* Quod cum Valesius Latine ita reddidit, *a Zephyrini autem temporibus, qui Victori successit, adulteratam fuisse*, non satis expressit hoc ipsimet Zephyrino ab Artemone ejusque asseclis fuisse objectum. Anonymus Zephyrino æqualis, quem Caium nonnulli putant, mendacia Artemonis et asseclarum refellens, ubi Justinum, Miltiadem, Tatianum, Clementem, Irenæum et Melitonem recensuit; aliosque tacere se indicavit, in quorum scriptis pariter Christus Deus simul et homo prædicatur: eos summæ impudentiæ arguit, quod Victorem impietati suæ consensisse gloriabantur, atque hac ratione confutat: *Si, ut aiunt, Victor eadem sentiebat quæ illorum docet impietas; cur Theodotum opinionis illius auctorem ab ecclesia removit?* Unde conficitur, eos non solum Victoris temporibus, sed et Victori ipsi calumnia imposita, sanctum illum papam perversæ doctrinæ suæ assertorem mentiri non timuisse. His igitur consentanea loquitur Eusebius, cum hæreticos eosdem inducit affirmantes, veritatem ab ipso Zephyrino Victoris successore primum fuisse adulteratam. Nec alia videtur ratio, cur illum veritatis adulteratorem esse calumniarentur, nisi quia eum acriorem experiebantur seu perversitatis suæ hostem, seu divinitatis

Christi defensorem. Tanto ejusdem deitatis tuendæ studio accendebatur, ut cum confessor quidam Natalis nomine ad Theodotianos Christi Dei adversarios defecisset, ægerrime, ac nonnisi multis sinceræ pœnitentiæ ejus indiciis victus, adduci potuerit, ut eum ad communionem admitteret. PETRUS COUSTANT. ad *Rom. Pontif. Epistolas*, in quibus hæc *Parvi Labyrinthi* posuit pag. 107. Zephyrinum Victori in cathedra Romanæ ecclesiæ successisse circiter annum Christi ducentesimum, consentiunt omnes.

P. 129. l. 13. *πρεσβύτερα*] *πρεσβυτέρων* *Niceph.* quod melius videtur. Mox apud eundem articulus deest ante *ἔθνη*, contra post Τατιάνου additur *τε*. STROTH. Quum lucidior sit altera lectio et veritati ipsi forsan propior, non assentiendum est Strothio de voce *πρεσβυτέρων*. A *Nicephoro* quoque abest *καὶ* ante Τατιάνου, ubi et semper scribitur Βίκτωρος, quod præstant, cum *Gruteri Lectiones*, tum *codex Barocc.* qui numero 142. in *Catalogo MStorum Bodleianæ Bibliothecæ* signatus est. Ceterum propter voces hic repetitas, *τῶν* Βίκτορος *χρόνων*, omissa fuisse in *Rufini* veteris interpretis codice verba videntur omnia, quæ interveniunt. Habet *χρόνων τῶν* Βίκτορος *MS. Bodl.* seu *Savil.* Nunc addit Burtonus *codd. Med.* et *Maz.* Recepit in textum suum Burtonus particulam *καὶ* ante voces *πρὸς τὰ ἔθνη* ex codd. sumptam *Veneto* et *Florentinis*.

Ibid. l. 16. Κλήμεντος] Clementem esse Romanum, non autem Alexandrinum, qui hic commemoratur, paullum aberat, quin dicerem ostendere verba illa *συγγράμματα πρεσβύτερα τῶν* Βίκτορος *χρόνων*. Hic enim Victor Romanæ urbis episcopus anno 185. in locum Eleutheri subrogatus fuisse a plerisque statuitur.

P. 129. l. 20. *ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπ' ἀρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι*] *ἀπαρχῆς* *ed. Steph.* ex Regio quidem MS. Scribendum est *ἀπ' ἀρχῆς*, ut habet codex Med. Fuk. Savil. et Nicephorus. Porro ex his verbis apparet morem fuisse antiquissimum in ecclesia, hymnos et psalmos in honorem Christi componere. Certe Plinius in Epistola ad Trajanum narrat, Christianos in unum convenientes Christo hymnos canere consuevisse. De his psalmis et hymnis intelligendus videtur Hippolytus in oratione de consummatione mundi sub finem. *τὸ στόμα ὑμῶν πρὸς δοξολογίαν καὶ αἶνον καὶ ψαλμοὺς καὶ ᾠδὰς*

πνευματικὰς ηὐτρέπισα λαλεῖν. Hujusmodi hymnus in honorem Jesu Christi a Clemente Alexandrino compositus exstat ad finem ejus librorum qui pædagogi inscribuntur. VALESIUS. Pro ὅσοι mavult legere ὅσιοι cl. Whitaker. in nupero libro vernacula lingua scripto *De Arianismi Origine* p. 294. Sed lectionem ego receptam retineo, quam codices omnes atque vetus interpres Rufinus agnoscunt; verbaque ψαλμοὶ δὲ ὅσοι &c. hunc in modum vertenda esse censeo, *Psalmi autem quotquot sunt* &c. In hymnis autem ab hoc antiquo auctore designatis recensendum putat vir doctissimus Thomas Smithus, Collegii S. Magdalenæ magnum olim decus, hymnum illum pene divinum, qui Matutinus Græcorum dicitur, quique hodie secundum ritus ecclesiæ Anglicæ post recepta elementa consecrata recitari solet. Vide *Miscell.* ejus tom. I. p. 137. Ejusdem fere antiquitatis censet Smithus esse hymnum Vespertinum; quod quidem carmen S. Basilius Magnus antiquum vel suis temporibus haberi testatur in *Lib. De Spiritu S.* cap. 29. Quapropter hunc hymnum, in quo, juxta ac priore illo Matutino, SS. Triadis laudes celebrantur, cum talem tantumque habeat antiquitatis suæ testem, ad finem opusculorum tertii hujus sæculi oportebit apponere, etsi possit vel hoc sæculo vetustius esse canticum, quod a S. Basilio διὰ τὴν τοῦ χρόνου ἀρχαιότητα adducatur. Sanctus interea apostolus apud Ephesios suos et Colossenses hymnorum in laudem Christi Domini mentionem facere videtur. Vid. *Eph.* v. 19. et *Coloss.* iii. 16. Immo vero, ut preces in *Epist. posteriori ad Corinthios* xii. 8. 9. ita δοξολογίαν ipse eidem, ni fallor, offert in cap. ult. *Epistolæ ad S. Timotheum posterioris* comm. 18. Confer comm. 1. et 8. Cons. et *Apoc.* i. 5. 6. v. 8. 13. et vii. 10, 17. et 2 *Pet.* ipso fine epist. Ceterum hoc notandum est, S. Hippolyti opus *De Consummatione Mundi* a Valesio modo commemoratum ab omnibus fere vocari in dubium, ut ait Cavius *Hist. Lit.* tom. I. p. 108.

P. 130. l. 2. θεολογοῦντες] Supra, ἐν οἷς ἅπασι θεολογεῖται Χριστός. Ita et fine ipso lib. quarti *Contra Celsum* Origenes: Θεὸς δὲ δοίη διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστι Θεὸς λόγος καὶ σοφία καὶ ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη, καὶ πᾶν ὅ, τι ποτὲ θεολογοῦσαι περὶ αὐτοῦ φασὶν ἱεραὶ γραφαὶ, ἄρξασθαι ἡμᾶς καὶ τοῦ πέμπτου τόμου, ἐπ'

ὠφελείᾳ &c. p. 577. ed. Delaruan. Mox deest vox ἐτῶν in *MS. Bodl.*

P. 130. l. 4. τοὺς μέχρι Βίκτορος] χρόνους addunt *Niceph.* et *Gruteri Lectt.* Paullo superius articulus ante λόγον deest apud *Niceph.* STROTH. χρόνου *Margo* exhibet *exemplaris Jonesiani* a Readingio allati, χρόνους, teste Burtono, *Paris. prior.*

Ibid. l. 5. καταψεύδεσθαι] καταψεύσασθαι *Niceph.* Mox idem, Θεόδοτον τὸν σκυτέα τὸν μετ' Ἀρτέμωνα ἀρχηγόν. Sine dubio per contemtum σκυτεὺς, ut supra Marcion ναύτης dictus est. STROTH. Scil. in RHODONIS Fragmentis vol. I. p. 447. Habent *Codd.* quoque *Bodl.* et *Norfolc.* Θεόδοτον τὸν σκυτέα hoc ordine verborum; quibus nunc addit Burtonus *Med. Maz.* et *Florentinos.* Cum vero etiam infra p. 131. lin. 4. post hujus Theodoti nomen τοῦ μετ' Ἀρτέμωνα scribat Nicephorus pro τοῦ σκυτέως, videtur ipse sponte sua voces μετ' Ἀρτέμωνα hoc quoque loco addidisse. Dubito autem, an τὸν σκυτέα per contemptum, ut loquitur Strothius, posuerit auctor, cum id posset adjicere, ut distingueretur Theodotus hic coriarius a discipulo ejus Theodoto trapezita, quem infra nominavit. Neque aliter sentire de Strothii opinione cl. Olshausen nunc video ad *Hist. Eccl. Monumenta*, p. 280. De hoc porro Theodoto coriario, sive majori, ut appellant, intelligendus est Hippolytus, qui florens sub tempora quibus libelli hujus scriptor vixit, in opusculo *Contra Noetum*, discipulos Noeti, Patripassianos dictos, verbis ait S. Scripturæ ita uti, quemadmodum usus fuisset Theodotus, ἄνθρωπον συνιστᾶν ψιλὸν (Christum) βουλόμενος. cap. iii.

Ibid. l. 7. τὸν ἀρχηγὸν καὶ πατέρα] "Quod dicit auctor "apud Eusebium, defectionis illius Deum abnegantis archi-"tectum ac parentem (Theodotum) qui primus Christum "nudum esse hominem asseruit, voluit, opinor, hunc primum "inter mere Christianos, hoc est Christianos ex gentibus "dogma illud asseruisse; cum priores istius blasphemiæ as-"sertores fere sub Christiana professione Judaismum pro-"pugnarint." Hæc *Bullus in Judicio Ecclesiæ Cathol.* cap. iii. pag. 26. a READING. adductus. Addas utiliter Pearsonii *Vindic. Ignat.* part. ii. ad fin. cap. 2.

Ibid. τῆς ἀρνησιθέου ἀποστασίας] Confer illud Patrum Antiochenorum in *Synodica Epistola* apud *Eusebium* lib. vii. cap. 30.

de Paulo Samosateno, *τοῦ καὶ τὸν Θεὸν τὸν ἑαυτοῦ καὶ Κύριον ἀρνουμένου.* Et vix dubitandum, quin verba apostolica, Petri in *Epistola posteriori* II. 1. et Judæ comm. 4. etiamsi hoc loco Judæ non censenda sit germana vox Θεὸν, causam fuisse et originem, ut ἡ ἀρνησίθεος ἀποστασία hæresis Anti-Trinitariorum appellaretur. Mox εἰσάγοντα pro εἰπόντα scribitur in *codice Norfolc.* ibi vero vertit Rufinus, *qui primus* Romæ *ausus est* dicere *purum hominem fuisse Christum.* Deinde ἀπέβαλε pro ἀπέβαλλε *MS. Norfolc.* et *Niceph.* Nunc addit Burtonus *codd. Florentinos.*

P. 130. l. 26. Ὑπομνήσω γοῦν πολλοὺς &c.] Inter hanc atque priorem ῥῆσιν posuit verba, quæ sequuntur, Eusebius, Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Βίκτορα τοιαῦτα. τούτου δὲ ἔτεσι δέκα προστάντος τῆς λειτουργίας, διάδοχος καθίσταται Ζεφυρῖνος, ἀμφὶ τὸ ἔννατον τῆς Σεβήρου βασιλείας ἔτος. προστίθησι δὲ ὁ τὸ προειρημένον συντάξας περὶ τοῦ κατάρξαντος τῆς δηλωθείσης αἱρέσεως βιβλίον, καὶ ἄλλην κατὰ Ζεφυρῖνον γενομένην πρᾶξιν, ὧδέ πως αὐτοῖς ῥήμασι γράφων· ὙΠΟΜΝΗΣΩ γοῦν πολλοὺς &c. *Ac de Victore quidem ita se res habet. Qui cum decem annis Sacerdotium administrasset, Zephyrinus ei successor substitutus est, anno principatus Severi circiter nono. Porro idem ille qui supradictum librum de hæresis illius auctore composuit, aliam quoque rem Zephyrini temporibus gestam adjungit his verbis.* FACINUS, inquit, &c. Habent πίστους pro πολλοὺς *Christophorsoni Lectt.* et *Interp.*

Ibid. l. 26. ἐφ' ἡμῶν] Tillemontius quidem *Mem. Eccl.* tom. v. in *Caio*, vertendum propter sequentia ait, non, *nostro tempore*, sed *apud nos.* Certe ita vertunt *vetus interpres* et *Christophorsonus*, sed hujus significationis exemplum desidero.

Ibid. l. 28. Νατάλιος ἦν τὶς] Nescio an hic sit Cæcilius Natalis, qui disputatione Octavii Januarii coram Minucio Felice Romæ habita, ad Christi fidem conversus est, ut scribitur in dialogo Minucii Felicis. Nomen certe convenit, et tempus atque professio. VALESIUS. Νατάλιος τὶς ἦν ordine mutato *MS. Norfolc.* et *Cod. Barocc.* 142. de quo MSto ad HEGESIPPUM nos supra pag. 229. vol. I.

P. 131. l. 2. οὗτος] μὲν addunt *Christoph. Lectt.* STROTH.

Ibid. Ἀσκληπιοδότου] Ἀσκληπιάδου *MS. Norfolc.* et Theodoretus lib. ii. *Hæret. Fab.* cap. 5. Cumque infra idem,

ni fallor, vir in omnibus Eusebii codicibus atque in Theodoreto *Asclepiades* nominetur, etsi eo quoque loco *Nicephorus Rufinus*que habent *Asclepiodotum*, malim hic quoque legere *Asclepiadem*, potius quam infra cum Strothio Ἀσκληπιοδότου, quod rejiciunt Eusebii codices præter unum omnes atque Theodoretus, in textum pro Ἀσκληπιάδου recipere. Nomen utrumque apud auctores obvium.

P. 131. l. 8. κληρωθῆναι] κληθῆναι ed. Steph. Ita scriptum præfert codex Regius, cui consentit Rufini interpretatio. Sed quatuor reliqui codices Maz. Med. Fuk. et Savil. scriptum habent κληρωθῆναι. Valesius. Non displicet quod apud Rufinum, *nominaretur*; ex quo et liquet eum Græce legisse κληθῆναι. Neque vero obscurum est Natali vanum episcopi sine re nomen indultum fuisse, cum non esset inter illos hæreticos episcopus qui ei ordinationem conferre posset. Hinc non alicujus urbis, sed *hæresis illius* episcopus nuncupatus est. Quocirca et infra dicitur *prima cathedra* insignitus, non quia episcopus aliquibus, sed quia toti hæresi præsideret. Coustant. qui, ut modo docui, in *Epistolis Rom. Pontif.* pag. 110. hanc locavit historiam. In *MS.* quoque *Norfolc.* et *Barocc. codice*, cujus supra mentionem feci, scribitur κληθῆναι. Sed pro altera lectione κληρωθῆναι testes addidit Strothius *Cod. Veneti Lectt. ed. Genev. Marg. Christophorsoni*que *Interp.* quibus adjungendus est *Margo exemplaris Stephanianæ ed.* in Bodleiana servati; jamque teste Burtono *cod. Venetus unus*que *de Florentinis.*

Ibid. l. 9. μηνιαῖα δηνάρια ρν΄.] Quinque circiter libras Anglicæ monetæ hæc summa valebat. Theodoretus vero, ubi supra, ὑπέσχοντο δὲ παρέξειν αὐτῷ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν δηνάρια, *promittebant autem illi daturos se in singulos dies denarios* 150. Post illum *Nicephorus* quoque, δηνάρια δὲ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα καθ' ἑκάστην ὑπισχνοῦντο παρέχειν αὐτῷ. Sed diurnum fuisse, haud menstruum, hocce salarium, vero absimile est. Vetus habet interpres *menstruæ præstationis.* Quinetiam antiqua hæc consuetudo ex Cypriani verbis in *Epistola* 33. positis colligitur. *Cæterum*, inquit, *presbyterii honorem designasse nos illis* (confessoribus lectoribus) *jam sciatis ut et sportulis iisdem cum presbyteris honorentur, et*

divisiones mensurnas *æquatis quantitatibus partiantur, sessuri nobiscum provectis et corroboratis annis suis.*

P. 131. l. 11. δι' ὁραμάτων] "Istiusmodi visionum exempla "alia apud tertii etiam sæculi scriptores, eosque probatissimæ "fidei, non pauca reperiuntur. Qua de re videsis doctissimi "Dodwelli Dissert. Cyprian. iv. ad Epist. 8." *Bullus Judicio Eccles. Cathol.* cap. iii. p. 27. a READING. allatus. In *Dissert.* quoque sua in *Irenæum* secunda §. 45. de hac ipsa agit historia Dodwellus. Coustantiusque, qui vertit, *reprehendebatur in visis*, et infra, *sed cum visis illis obtemperare negligeret*, ad locum hæc ait; "Rufinus, vertit, *admonebatur in somniis.* "Valesius vero, *corripiebatur in somnis*; et infra, *sed cum noc*-"*turnas ejusmodi visiones negligeret*; quo in loco Rufinus non "addidit *nocturnas*. In utroque loco placuit litteræ Græcæ "adhærere, in qua nihil est unde somniantine, an vigilanti "hæc visa ostensa sint, conjectemus. Immo Petrus Gillius "in Lexico observat τὸ ὅραμα, quo constanter utitur Anony-"mus, de visis vigilantium proprie dici." At vero nocte verberatus fuisse Natalis dicitur. Et qui similem prorsus narrationem literis consignavit Beda de correpto flagellis a Petro apostolo Laurentio Cantuarensi archiepiscopo, rem ita narrare cœpit. *Cum vero et Laurentius Mellitum Justumque secuturus, ac Britanniam esset relicturus, jussit ipsa sibi nocte in ecclesia beatorum apostolorum Petri et Pauli, de qua frequenter jam diximus, stratum parari, in quo cum post multas preces ac lacrymas ad Dominum pro statu ecclesiæ fusas, ad quiescendum membra posuisset* atque obdormisset, apparuit ei beatissimus apostolorum princeps, et multo illum tempore secretæ noctis flagellis artioribus afficiens, sciscebatur, &c. Laurentius mox mane facto venit ad regem, et retecto vestimento quantis esset verberibus laceratus, ostendit. Hæc, ad exemplum fortasse vetustioris narrationis excogitata, cujus quidem veritas nixa est fide atque judicio Natalis, apud Bedam extant lib. ii. *Hist. Eccl. Gent. Angl.* cap. vi.

Ibid. l. 11. πολλάκις] Abest ab *ed. Steph.* STROTH.

Ibid. ὁ γὰρ εὔσπλαγχνος Θεὸς καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς] Formula est apud S. Cyprianum qui medio hoc sæculo scripsit, satis obvia, *Dominus et Deus noster Jesus Christus.* Ita

iisdem quoque temporibus Fortunatus, unus ex episcopis tertii de baptismo Concilii Carthaginiensis, qui loco decimo septimo protulit sententiam, hoc modo locutus est, *Jesus Christus Dominus et Deus noster, Dei Patris et Creatoris Filius, super petram ædificavit ecclesiam suam, non super hæresin.* p. 233. Op. Cypriani ed. Oxon. Vide et in eodem *Concilio* ad numeros xxix. et xlix. alios duos episcopos similibus vocibus utentes, tum vero partem illam *Synodicæ Epistolæ Concilii Antiocheni*, quæ ab Eusebio allata est in lib. vii. *Hist.* cap. 30. Conveniunt autem ista cum verbis S. Pauli in *Ep. ad Titum* cap. ii. com. 13. προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν &c. Quæ quidem solum Christum significare, olim intellexit S. Hippolytus, qui Irenæum audivisse dicitur. Sic enim ille in fine ipso opusculi *De Antichristo*, προσδεχόμενος τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, ἐν ᾗ ἀναστήσας τοὺς ἁγίους ἡμῶν, σὺν αὐτοῖς εὐφρανθήσεται, δοξάζων πατέρα. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. p. 33. ed. Fabricii. Porro ita Didymus Alexandrinus in opere nuper edito, *De Trinitate*, lib. iii. cap. 2. §. 16. Εἰ τοῦ μόνου Θεοῦ ἐξαίρετον τὸ ὑμνεῖσθαι μέγας Θεός· ἀναφθέγγεται δ' ὁ Παῦλος, τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, &c. Ita et se habet titulus *Homiliæ* primæ, quæ S. Amphilochio adscribitur, Εἰς τὰ γένεθλα τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Sic præterea illud *Constitut. Apost.* l. 8. c. 1. Τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Denique in eundem modum locum Pauli interpretati sunt commentatores veteres, Chrysostomus, Theodoretus, Œcumenius, aliique. Ex quibus omnibus hoc saltem colligitur, non nostrarum tantum dierum esse tale apostolicæ orationis interpretamentum. Conferas et hic utiliter 2 *Pet.* i. 1. et clausulam epistolæ ejusd. et *Apoc.* xix. 9, 17. Postquam vero hæc scripsi, duos viros eruditissimos Waterlandum et Wordsworthum vidi catholicam verborum horum interpretationem adstruentes, illum in *Concionibus* suis *Moyeranis*, Serm. III. hunc vero in *Epistola ad Grancillium Sharp.* Epp. v. et vi. p. 121—131. Ceterum desunt voces καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, quas præstant cum omnes Eusebii codices, tum Rufini interpretatio vetus, in *MSto Barocc.* 142.

ubi infra scribitur τοῦ Θεοῦ pro Χριστοῦ p. 10. l. 5. Codex continet *Eusebii Historiarum Excerpta*, ut supra ostendi.

P. 131. l. 14. μάρτυρα τῶν ἰδίων παθῶν] Coustantius, ubi supra, Rufini interpretationem adposuit, *martyrem suum qui sibi in multis passionibus testis extiterat.* Atque hinc firmes illud S. Clementis Romani in *Epistola ad Corinthios*, τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι—καὶ τὰ ΠΑΘΗΜΑΤΑ αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. cap. ii. ubi Patricius Junius παθήματα in μαθήματα mutatum voluit. Ceterum παθημάτων pro παθῶν *codd. Venetum* habere testatus est Burtonus.

P. 132. l. 4. τὴν εὔσπλαγχνον ἐκκλησίαν] Ea vide, quæ supra annotavi ad Epist. Lugd. et Viennens. pag. 367.

Ibid. l. 5. πολλῇ τε τῇ δεήσει χρησάμενον] De Pœnitentium habitu gestuque vide Tertullian. de Pudicitia cap. 13. Item de Pœnitentia c. 9. et Beveregium Annot. in Can. xi. Concilii Nicæni Primi, p. 72. Reading.

Ibid. l. 6. τοὺς μώλωπας ὧν εἰλήφει πληγῶν] Valesius post Rufinum addidit, *pro Christi confessione.* Et hic hærendum Græco duximus: maxime cum flagellorum, quibus Natalis a sanctis angelis cæsus est, proxima mentio, plagas pro Christi desertione potius, quam *pro Christi confessione* acceptas hic intelligi postulet. Coustant.

Ibid. l. 15. Γραφὰς μὲν θείας &c.] Eusebius hæc interposuit, Τούτοις ἐπισυνάψωμεν καὶ ἄλλας περὶ τῶν αὐτῶν τοῦ αὐτοῦ συγγραφέως φωνὰς τοῦτον ἐχούσας τὸν τρόπον· ΓΡΑΦΑΣ μὲν θείας &c. *His adjiciemus alia quoque ejusdem scriptoris de iisdem hæreticis verba, quæ sic habent:* SACRAS quidem, inquit, scripturas &c.

Ibid. ῥεραδιουργήκασι] Vertit quidem post Rufinum veterem interpretem Musculus *corruperunt*, Valesiusque *adulteraverunt*, et similiter Christophorsonus *depraverunt.* Dubitandum autem est, utrum hic quidem verbo ῥαδιουργεῖν adulterandi subjiciatur notio, etsi ita deinceps de iisdem hominibus tanquam falsariis scribat auctor, ταῖς θείαις γραφαῖς ἀφόβως ἐπέβαλον τὰς χεῖρας, λέγοντες αὐτὰς διωρθωκέναι, lin. 9. pag. proxime sequentis. Ea enim quæ proxime post dicuntur, suadere hic possint, ut de prava potius sanctæ scripturæ interpretatione, quam de corruptione ejus, postulari hæretici isti censendi sint. Certe

cum significatione τῆς παρερμηνείας idem verbum Irenæus initio operis sui posuit; Καὶ διὰ τῆς πανούργως, inquit, συγκεκροτημένης πιθανότητος παράγουσι τὸν νοῦν τῶν ἀπειροτέρων, καὶ αἰχμαλωτίζουσιν αὐτοὺς, ῥαδιουργοῦντες τὰ λογία Κυρίου, ἐξηγηταὶ κακοὶ τῶν καλῶς εἰρημένων γινόμενοι. *Adv. Hæres.* vid. et cap. iii. lib. I. p. 17. ed. Massueti.

P. 132. l. 15. πίστεως δὲ] δὲ et hoc loco et post abest a *Nicephoro.* apud eundem ordine mutato legitur, οὐ τί λέγουσιν αἱ θεῖαι γραφαί. STROTH. τε pro particula δὲ *MS. Bodl.* in quo codice scribitur δ' ἠγνοήκασιν.

Ibid. l. 20. πότερον συνημμένον ἢ διεζευγμένον] Quid sit συνημμένον et quid διεζευγμένον, docent Dialectici. Pronuntiata quæ Stoici ἀξιώματα vocant, alia sunt simplicia, ut illud: *dies est:* alia non simplicia. Ex his quæ non sunt simplicia, alia sunt συνημμένα id est connexa, quæ constant ex duobus diversis pronuntiatis; ut illud, *si dies est, lux est.* Alia διεζευγμένα seu disjuncta: ut illud, *aut dies est, aut nox est.* Vide Diogenem Laërtium in Zenone. Sextus Empiricus τὸ συνημμένον definit, τὸ συνεστὸς ἐξ ἀξιώματος διαφορουμένου, ἢ ἐξ ἀξιωμάτων διαφερόντων, διὰ τοῦ εἰ ἢ εἴπερ συνδέσμου. Et exemplum connexi quod fit ex pronuntiato διαφορουμένῳ hoc affert: si dies est, dies est. Ex quo corrigendus est Diogenes Laërtius in Zenone hoc modo, ἐξ ἀξιώματος μὲν διαφορουμένου, οἷον, εἰ ἡμέρα ἐστὶν, ἡμέρα ἐστίν. Porro tam apud Sextum quam apud Laërtium mallem scribere διφορουμένου, quemadmodum legitur apud Alexandrum Aphrodisiensem in priora Analytica. Nam διφορούμενον, idem est quod δὶς λαμβανόμενον. Et hæc quidem de harum vocum interpretatione dicta sufficiant. Quod vero spectat ad hujus loci interpunctionem, scripti codices inter se dissentiunt. Nam Regius quidem codex quem secutus est Rob. Stephanus, post vocem διεζευγμένον virgulam habet appositam; ut scias voces illas συνημμένον καὶ διεζευγμένον, referendas esse ad τὸ ῥητὸν quod præcessit: non autem ad σχῆμα συλλογισμοῦ quod proxime sequitur. Sed reliqui codices Maz. et Med. cum Fuk. et Saviliano, post vocem διεζευγμένον nullam adhibent distinctionem, sed tantum post vocem συνημμένον. Quam distinctionem secutus Rufinus ac reliqui interpretes, connexum ac disjunctum, duo syllogismorum genera esse existimarunt. Mihi prior distinctio magis placet. VA-

LESIUS. At vero in interpretatione Latina sua Valesius alteram distinctionem secutus erat.

P. 132. l. 22. τοῦ Θεοῦ] Abest a *MS. Norfolc.*

P. 133. l. 1. τὸν ἄνωθεν ἐρχόμενον] Christophorsonus vertit: *Christum qui de cælo venturus est penitus ignorant.* Quam interpretationem equidem non damno. Sic enim loqui solent sancti patres de supremo adventu Christi, quo mundum judicaturus est; non quasi de futuro, sed tanquam de præsenti: ἔρχεται κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς. Ita Hegesippus in martyrio sancti Jacobi, et alii passim ab Eusebio citati. Possunt tamen hæc verba etiam de primo Christi adventu intelligi, quomodo accepit Rufinus. VALESIUS. Christi cœlestis origo, seu divina natura, humili terrenæque Theodotianorum sententiæ opponi videtur. Nam proposuit sibi auctor illud *S. Joannis* iii. 30. ubi Baptista ait, ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι· ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν. ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστὶ, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ· ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστί. Ceterum de cultu artium et scientiarum, quem auctor improbat, videatur Moshemius, *Comment. De Rebus Christianorum ante Constant. M.* Sæc. Secund. sect. xxvi.

Ibid. Εὐκλείδης γοῦν παρά τισιν αὐτῶν φιλοπόνως γεωμετρεῖται] Rufinus vertit, *Denique Euclides apud eos vel maxime in geometriæ disciplinis viget.* Musculus, *terram sedulo metitur.* Sed Christophorsonus, *propter geometriæ artem enixe recolitur*, quæ quidem interpretatio Valesianæ satis similis est, magis secundum sensum, quam ad litteram.

Ibid. l. 3. Γαληνὸς γὰρ ἴσως] Galenus enim de figuris syllogismorum et de tota philosophia libros conscripserat, ut ex librorum ejus indice cognoscimus. Est autem illustre hoc testimonium de Galeno, quippe quod auctoris sit antiquissimi, et Galeni temporibus pene æqualis. Nec vero ex hoc tantum scriptore, verum etiam ex aliis quampluribus idem colligere licet, qui Galenum Aristoteli ac Theophrasto, ipsique adeo Platoni æquare non dubitarunt. Certe Alexander Aphrodisiensis in librum octavum Topicorum non procul ab initio, satis indicat ita omnes de Galeno existimasse. Postquam enim docuit problematum alia ἔνδοξα esse, alia ἄδοξα, et ἔνδοξα

quidem in duplici esse differentia: alia enim esse ἁπλῶς, alia ὡρισμένως: hæc subjungit; ὡρισμένως δ' ἔνδοξα, τὰ τῷδέ τινι τῶν ἐνδόξων ἑπόμενα· οἷον, Πλάτωνι ἢ Ἀριστοτέλει, ἢ Γαληνῷ. VALESIUS.

P. 133. l. 9. ἐπέβαλον] ἐπέβαλλον *MS. Bodl.*

Ibid. l. 14. τὰ Ἀσκληπιάδου] Apud Nicephorum scribitur Ἀσκληπιοδότου, quomodo etiam legit Rufinus. Paulo post ubi legitur τὰ γὰρ Ἀπολλωνίου restituendum est Ἀπολλωνίδου ex Theodorito in libro ii. hæreticarum fabularum capite 5. et ex Nicephoro ac Rufino. VALESIUS. Ἀσκληπιοδότου, quod præstant *Christoph.* in *Lectt.* et *Interp.* atque *codex Flor. posterior*, quod item supra extat p. 131. Strothius, ut ostendi, in textum recepit. Fieri tamen posse fatetur ille, ut suum Ἀσκληπιοδότου e vicino Θεοδότου enasceretur.

Ibid. l. 16. τὰ ὑφ' ἑκάστου] ταῦτα pro τὰ et λέγουσι pro καλοῦσι *MS. Norfolc.* ἑκατέρου pro ἑκάστου *Christoph. Lectt.* et *Interp.*

P. 134. l. 1. τὰ γὰρ] τὰ δὲ *Christoph. Lectt. et Interp.* idem enim *Christoph.* paulo ante legerat πάλιν μὲν τούτοις τὰ Ἑρμοφίλου. STROTH. Nomen Ἀπολλωνίδου pro Ἀπολλωνίου Strothius, quem secutus sum, recepit, *Rufinum Niceph. Theodoretum*que auctores habens, suasoremque Valesium. Nunc addi his potest *MS. Norfolc.* et referente Burtono, *codd. Flor. prior* et *posterior*; Ἀπολλωνιάδου *codex alter* secunda manu, *Venetus*que; Ἀπολλωνίδου nunc nuperæ Eusebii editt. habent.

Ibid. l. 2. ὑπ' αὐτῶν κατασκευασθέντα] Christophorsonus legit ὑπ' αὐτοῦ. Quomodo etiam Savilius ad oram sui codicis emendavit. Nostri tamen codices nihil mutant; et vulgata lectio confirmatur tum ex sequentibus, tum ex Theodorito. Nam Theodoritus in libro ii. hæreticarum fabularum cap. 5. hujus loci sensum ita expressit. καὶ οὐδὲ τοῦτο συμφώνως αὐτοὺς δεδρακέναι λέγει. ἀλλὰ ἄλλως μὲν τὸν Θεόδοτον, ἑτέρως δὲ τὸν Ἀσκληπιάδην· καὶ Ἑρμόφιλον ἄλλως, καὶ τὸν Ἀπολλωνίδην ἑτέρως· καὶ τούτων δὲ ἕκαστον ἐπιδιορθώσεις τῶν οἰκείων ποιήσασθαι. Ex quibus apparet, Theodoritum hic legisse in plurali numero τὰ πρότερον ὑπ' αὐτῶν κατασκευασθέντα. Ipsa tamen orationis consequentia poscere videtur, ut ὑπ' αὐτοῦ potius scribatur. De solo enim Apollonide id affirmat Caius, seu quis alius auctor fuit parvi labyrinthi: illum scilicet duas editiones com-

posuisse sacrorum librorum, quarum posterior multum a priore differret. Valesius. Ex MSto suo, quem bibliotheca Bodleiana nunc tenet, Savilius lectionem haud sumpserat, quam in margine exemplaris sui Stephanianæ edit. teste Valesio adposuit. *Rufinus* autem interpres, numerum pluralem, ni fallor, in codice suo invenit. Nuper vero edidit αὐτοῦ Zimmermannus.

P. 134. l. 6. ἁγίῳ πνεύματι λελέχθαι] καὶ τῷ πνεύματι λελέχθαι *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 9. ἑαυτῶν] μὴ αὐτῶν *MS. Norfolc.* nec male. Proxime post, ὅποτ' ἂν τῇ ἑαυτῶν *MS. Bodl.* pro ὁπόταν καὶ τῇ αὐτῶν.

Ibid. l. 10. καὶ παρ' ὧν κατηχήθησαν—ἔχωσιν] Tota hæc pericope usque ad verba illa μὴ ἔχωσι, deest in codice Regio (nunc addit Burtonus *cod. Paris. priorem,*) nec admodum necessaria mihi videtur. habetur tamen in vetustissimo codice Maz. Med. ac Fuk. et in interpretatione Rufini. Valesius. Addas ceteros codices in Burtoni usum collatos.

Ibid. l. 14. ἀρνησάμενοι τόν τε νόμον καὶ τοὺς προφήτας] Probro objectam supra fuisse his hæreticis veterum scripturarum antiqui fœderis corruptionem, non item novarum, fortasse ex his verbis colligendum est. Certe ita statuit Baronius, *Annal.* ad an. 207. p. 334. ed. Antverp. Valesius *Epist. ad Usserium de Versione* τῶν ο', ab eo suo Eusebio subjecta, p. 791. Lardnerusque *De Hist. Evang. Fide* part. ii. vol. iii. lib. i. cap. 32. §. 2.

Ibid. l. 15. ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας] Subaudiendum videtur ἕνεκα vel διὰ τῆς ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας. Ita fere Langus et Musculus hunc locum interpretati sunt, melius profecto quam Christophorsonus. Male etiam Rufinus vertit: *et obtentu impiæ hujus assertionis,* quasi Græca sic construenda sint, ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας προφάσει. Atqui προφάσει χάριτος dixit Eusebius. Quippe hæretici illi, obtentu gratiæ quæ per evangelium donata est, legem ac prophetas repudiabant. Unde eorum doctrina merito ἄνομος et ἄθεος dicitur: ἄνομος eo quod legem rejicerent: ἄθεος eo quod prophetas unius ac veri Dei nuntios repudiarent. Valesius. Valesius ad hos genitivos ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας intelligendum putat ἕνεκα. Mihi potius appositio τοῦ χάριτος videntur, ita utrumque ad προφάσει referatur, atque explicetur, προφάσει χάριτος, ἥτις ἦν ἡ ἄνομος καὶ ἄθεος αὐτῶν διδασκαλία. Stroth. Com-

probat hanc Strothii expositionem cl. Heinichen ad loc. eaque melior fortasse nulla est, quod libri omnes præter Rufini interpretationem cum scripti tum editi vocem χάριτος agnoscunt.

In S. Maximi *Eclogis* Serm. ii. 535. ed. Combefis. parvula extat ῥῆσις cujusdam *Caii*, sed inter excerpta ethnicorum auctorum. Similiter se res habet in codice bibliothecæ Bodl. qui numero 1607 signatur, in quo nullus, præter Eusebium, ecclesiasticus scriptor adductus est.

Sed ne quisquam miretur a me prætermissum fuisse Fragmentum Libri *De Caussa Universi*, sive περὶ τοῦ παντὸς, quod Caio presbytero a multis vindicetur, monendus est lector, fragmentum istud ab Hœschelio in Notis suis ad Photii *Bibliothecam* primo editum, adjecisse Jo. Alb. Fabricium Hippolyti operibus, fide Catalogi marmorei, cujus mentionem supra feci pag. 143. atque auctoritate inductum. Ad hoc extat in *Parallelis*, quæ vocantur, S. Joannis Damasceni, seu potius Joannis monachi, tom. ii. p. 755. ed. Lequieni, particula quædam istius fragmenti Melitio Antiochiæ episcopo attributa. Posita quoque est altera portiuncula ejus in pag. 789. nomine *Josephi* inscripta, cui quidem historico, sicut Justino M., Irenæo, Caioque, teste Photio, *Cod.* XLVIII. opus *De Universo* a diversis scriptoribus olim assignatum est. Cum vero incertum sit, cujus revera id fuerit, utrum Justini, an Irenæi, an demum, ut plerique recentiorum statuunt, Hippolyti, potius quam Caii; cumque etiam Melitio quarti sæculi ad finem vergentis præsuli opus idem, nec perperam fortasse, ad partem quidem ejus quod attinet, adscriptum sit, a meis certe collectaneis deperditorum Ante-Nicænorum auctorum exulare debebat. Veruntamen lectorem operæ pretium est commonefacere, multo auctius idem extare opusculum finem versus codicis MS. Barocciani in Bibliotheca Bodleiana numero 26 signati, idque edidisse cl. Th. Hearnium in *Tractatuum Curiosorum* Anglica lingua conscriptorum Appendice, una cum viri eruditissimi Gerardi Langbænii Latina versione ac scholiis. Repetivit post Fabricium hoc opusculum inter Hippolyti Fragmenta Gallandius in tomo ii. *Bibliothecæ* suæ *PP.* qui præterea Eusebiana excerpta

Caii adjunctis Valesii atque Coustantii notis in eodem tomo collocavit.

De Fragmento Libri De Causa Universi tantum; de *Epistola S. Caii* fine tertii hujus sæculi episcopi Romani hæc addam: editam quidem illam Romæ esse anno 1628 a Cæs. Becillo Urbinati, subjectis *Martyrii Actis*, ut ex Hallervordi *Biblioth. Curiosa* memoravit Cavius in *Hist. Lit.* voce *Caius*. Mihi vero innotuit ex Oldoini *Additt.* ad Ciaconii opus *de Vitis ac Gestis Pontificum* epistolam hanc a Cæs. Becillo editam, haud aliam esse atque pseudonymam epistolam ejusdem Caii a Binio ceterisque editoribus in Conciliorum tomis positam. At vero servatam esse in archivis apud Christianos Malabaranos certiores nos fecit Geddesius hujus Caii episcopi Romani aliam quandam epistolam; in qua ferebant confessum esse Caium, non magis sui esse interponere se rebus ecclesiæ Babylonicæ, quam illius ecclesiæ membrorum esse immiscere se rebus ecclesiæ Romanæ. Vid. *Historiam* ejus *Ecclesiæ Malabar.* Anglica lingua conscriptam. p. 70.

S. ALEXANDER.

S. ALEXANDER.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. lxii. p. 141.

Alexander, [a] episcopus Cappadociæ, quum desiderio sanctorum locorum Hierosolymam pergeret, et Narcissus episcopus ejusdem urbis jam senex regeret ecclesiam, [b] et Narcisso et multis clericorum ejus revelatum est, altera die mane intrare episcopum, qui adjutor sacerdotalis cathedræ esse deberet. Itaque re ita

[a] H. e. urbis alicujus in Cappadocia sitæ episcopus. Eusebius vi. 11. Καὶ δὴ μηκέθ' οἷουτε ὄντος (Narcissi) διὰ λιπαρὸν γῆρας, τὸν εἰρημένον Ἀλέξανδρον ἐπίσκοπον ἑτέρας ὑπάρχοντα παροικίας οἰκονομίᾳ Θεοῦ ἐπὶ τὴν ἅμα τῷ Ναρκίσσῳ λειτουργίαν ἐκάλει, κατὰ ἀποκάλυψιν νύκτωρ αὐτῷ, δι' ὁράματος φανεῖσαν. Ταύτῃ δ' οὖν ὥσπερ κατὰ τὸ θεοπρόπιον ἐκ τῆς τῶν Καππαδοκῶν γῆς, ἔνθα τὸ πρῶτον τῆς ἐπισκοπῆς ἠξίωτο, τὴν πορείαν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα εὐχῆς καὶ τῶν τόπων ἱστορίας πεποιημένον, &c. Hæc Eusebius, qui et supra in cap. 8. de Alexandro scripserat, Ἐν τούτῳ δὲ (h. e. imperante Severo) τῶν κατὰ τὸν διωγμὸν ἀνδρισαμένων, καὶ μετὰ τοὺς ἐν ὁμολογίαις ἀγῶνας διὰ προνοίας Θεοῦ πεφυλαγμένων, εἷς τις ὢν ὁ Ἀλέξανδρος, οὗ ἀρτίως ἐπίσκοπον τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας ἐδηλώσαμεν, οἷς ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ διαπρέψας ὁμολογίαις κατὰ τὸν τοῦ διωγμοῦ καιρὸν τῆς δηλωθείσης ἐπισκοπῆς ἀξιοῦται, ἐπὶ Ναρκίσσου, ὃς ἦν αὐτοῦ πρότερος, περιόντος τῷ βίῳ. De Alexandri sede episcopali plura infra in notis p. 170.

[b] Itaque de Narcisso intellexit Hieronymus, quod legitur apud Eusebium (vi. 11.) κατ' ἀποκάλυψιν νύκτωρ αὐτῷ δι' ὁράματος φανεῖσαν,

completa, ut prædicta fuerat, cunctis in Palæstina episcopis in unum congregatis, [c] adnitente quoque ipso vel maxime Narcisso, Hierosolymitanæ ecclesiæ cum eo gubernaculum suscepit. [d] Hic in fine cujusdam epistolæ, quam scribit ad Antinoitas super pace ecclesiæ, ait: *Salutat vos Narcissus, qui ante me hic tenuit episcopalem locum, et nunc mecum eundem orationibus regit, annos natus circiter centum sedecim, et vos mecum precatur, ut unum idemque sapiatis.* (Euseb. vi. 11.) Scripsit et aliam ad Antiochenses per Clementem presbyterum Alexandriæ, de quo supra diximus (cap. 38.): nec non ad Origenem, [e] et pro Origene contra Demetrium; [f] eo

quod possis etiam de Alexandro accipere: nam utriusque mentio præcessit. Sed fateor probabiliorem mihi videri Hieronymi interpretationem. FABRICIUS. De Narcisso Rufinus quoque verba exponit, lib. vi. *Hist.* cap. 8.

[c] Hoc non disertis verbis tradit, sed utique intelligendum innuit Eusebius. Adjunctus Narcisso Alexander in episcopatu Hierosolymitano A. C. 212. Confer Tillemontium tom. iii. Memor. p. 417. FABRICIUS.

[d] Ἐν ἰδίαις Ἐπιστολαῖς ταῖς πρὸς Ἀντινοείτας (Euseb. vi. 11.) Ubi Ἐπιστολὰς dicit de unica Epistola, ut Vincentius Lirinensis in loco quem supra p. 114. annotavi, et Eusebius de Epistola Cornelii Rom. ad Fabium ἦλθον εἰς ἡμᾶς Ἐπιστολαὶ Κορνηλίου. vi. 43. FABRICIUS. Eusebius loci sensum aperire videtur statim post dicendo, ἐπὶ τέλει τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, vel ἐπὶ τέλει τῆς ἐπιστολῆς, prout legere mavult Valesius ex MSStis suis. At vero huic interpretationi adversatur cl. Keilius ad tom. vii. ed. novæ *Fabricianæ Bibl. Græcæ* p. 287. ubi quoque eam attulerat Fabricius.

[e] Hanc Epistolam ad Demetrium Alexandri Hierosol. et Theoctisti Cæsariensis Palæstinæ episcopi nomine scriptam tradit idem Eusebius vi. 19. ubi nonnulla ex eadem adducit. FABR.

[f] Proficiscenti Alexandria Origeni *testimonium Ecclesiasticæ Epistolæ* dederat Demetrius, quod probantes episcopi jam memorati, atque Origenis virtutem et doctrinam admirantes illum deinde presbyterum in Palæstina ordinavere, ut dictum supra cap. 54. FABRICIUS.

quod juxta testimonium Demetrii eum presbyterum constituerit. [g] Sed et aliæ ejus ad diversos feruntur epistolæ. [h] Septima autem persecutione sub Decio, [i] quo tempore Babylas Antiochiæ passus est, ductus Cæsaream, et clausus id carcere [k], ob confessionem Christi martyrio coronatur.

[g] De his nihil apud Eusebium. FABRICIUS.

[h] Circa A. C. 251. *Λιπαρῷ γήρει καὶ σεμνῇ πολιᾷ κατεστεμμένος*, anno episcopatus Hierosolymitani 39. Vide Eusebium vi. 39. et 46. FABRICIUS.

[i] Eusebius vi. 39. *τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ παραπλησίως ἐν Ἀντιοχείᾳ τοῦ Βαβύλα μετὰ τὴν ὁμολογίαν ἐν δεσμωτηρίῳ μεταλλάξαντος.* Hieronymus supra cap. 54. *et Alexander Babylasque Hierosolymorum et Antiochenæ ecclesiæ Pontifices in carcere pro confessione Christi dormierint.* Mirum est ab Hieronymo non celebrari bibliothecam in Ælia urbe ab hoc Alexandro instructam, ex qua plurimum profecisse se ad historiam suam componendam prædicat Eusebius vi. 20. FABRICIUS.

[k] Sed, ut bene notavit cl. Keilius ad nuperam edit. *Fabricianæ Bibl. Gr.* tom. vii. p. 287. non quidem violenta nece interemtus, sed in carcere tamen, in quem ob religionis professionem fuerat conjectus, mortuus, ut diserte tradunt Dionysius Alex. in *Epist. ad Cornelium* apud Euseb. *H. E.* vi. 46. et Eusebius ibid. cap. 39. Adde et Hieronymum ipsum a Fabricio proxima nota adductum.

SANCTI ALEXANDRI,

HIEROSOLYMÆ, TUNC ÆLIÆ, EPISCOPI,

QUI A TERTII SÆCULI INITIIS USQUE AD MEDIUM SÆCULUM FLORUIT,

FRAGMENTA.

EX

EPISTOLA AD ANTIOCHENSES.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ δοῦλος καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῇ μακαρίᾳ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ ἐν Κυρίῳ χαίρειν. ἐλαφρά μοι καὶ κοῦφα τὰ δεσμὰ ὁ Κύριος ἐποίησε κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εἱρκτῆς, πυθομένῳ τῆς ἁγίας ὑμῶν τῶν Ἀντιοχέων ἐκκλησίας κατὰ τὴν θείαν πρόνοιαν Ἀσκληπιάδην τὸν ἐπιτηδειότατον κατ᾽ ἀξίαν τὴν πίστιν τῆς ἐπισκοπῆς (τῆς πίστεως, τὴν ἐπισκοπὴν Niceph.) ἐγκεχειρισμένον. Hæc affert Eusebius lib. vi. *Hist.* cap. 11.

Alexander servus Dei, et vinctus Jesu Christi, beatissimæ Antiochensium ecclesiæ in Domino salutem. Expedita mihi ac levia vincula Deus effecit custodiæ meæ tempore, postquam comperi Asclepiadem virum fidei merito maxime idoneum, sanctissimæ ecclesiæ vestræ episcopatum divina providentia suscepisse.

Sub finem ejusdem Epist.

Ταῦτα δὲ ὑμῖν, κύριοί μου ἀδελφοὶ, τὰ γράμματα ἀπέστειλα διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου,

Porro has literas, inquit, domini fratres per beatum presbyterum Clementem ad vos misi, virum virtute præditum et

ἀνδρὸς ἐναρέτου καὶ δοκίμου· ὃν ἴστε καὶ ὑμεῖς καὶ ἐπιγνώσεσθε· ὃς καὶ ἐνθάδε παρὼν κατὰ τὴν πρόνοιαν καὶ ἐπισκοπὴν τοῦ Δεσπότου, ἐπεστήριξέ τε καὶ ηὔξησε τὴν τοῦ Κυρίου ἐκκλησίαν. Extant hæc ibidem.

probatum: quem vos et nostis jam et amplius cognoscetis. Qui quidem Dei nutu ac providentia dum hic apud nos præsens esset, ecclesiam Christi et confirmavit et magnopere auxit.

EX FINE
EPISTOLÆ AD ANTINOITAS.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος ὁ πρὸ ἐμοῦ διέπων τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς τὸν ἐνθάδε, καὶ νῦν συνεξεταζόμενός μοι διὰ τῶν εὐχῶν, ἑκατὸν δεκαὲξ ἔτη ἠνυκὼς, παρακαλῶν ὑμᾶς ὁμοίως ἐμοὶ ὁμοφρονῆσαι. Attulit hæc Eusebius *ibid.*

Salutat vos Narcissus, qui ante me episcopalem hujus ecclesiæ sedem tenuit, et qui nunc mihi conjunctus est in orationibus, annos natus sexdecim supra centum: hortaturque vos mecum ut idem omnes sentiatis.

EX
EPISTOLA AD ORIGENEM.

Τοῦτο γὰρ καὶ θέλημα Θεοῦ ὡς οἶδας γέγονεν, ἵνα ἡ ἀπὸ προγόνων ἡμῖν φιλία μένῃ ἄσυλος· μᾶλλον δὲ θερμοτέρα ᾖ καὶ βεβαιοτέρα. πατέρας γὰρ ἴσμεν τοὺς μακαρίους ἐκείνους τοὺς προοδεύσαντας, πρὸς οὓς μετολίγον ἐσόμεθα· Πάνταινον τὸν μακάριον ὡς ἀληθῶς καὶ κύριον·

Hæc enim Dei voluntas fuit, ut nosti, quo amicitia nostra jam inde a majoribus inchoata, sacra atque inviolata maneret, immo ferventior ac firmior redderetur. Patres quippe agnoscimus beatos illos qui viam nobis præiverunt, et quos brevi secuturi sumus; Pantænum scilicet vere beatum ac dominum meum: et sanctum

καὶ τὸν ἱερὸν Κλήμεντα, κύριόν μου γενόμενον καὶ ὠφελήσαντά με· καὶ εἴ τις ἕτερος τοιοῦτος· δι᾽ ὧν σε ἐγνώρισα τὸν κατὰ πάντα ἄριστον καὶ κύριόν μου καὶ ἀδελφόν. Hæc posuit Eusebius lib. vi. *Hist.* cap. 14.

Clementem dominum item meum qui me plurimum adjuvit: et si quis alius fuit hujusmodi. Per quos tu mihi innotuisti, domine ac frater longe omnium præstantissime.

EX EPISTOLA

ALEXANDRI ET THEOCTISTI CÆSARIENSIS EPISCOPI AD DEMETRIUM ALEXANDRIÆ EPISCOPUM.

Προσέθηκε δὲ (subaudiendum monet Valesius *ἡ σὴ ἁγιότης*) *τοῖς γράμμασιν, ὅτι τοῦτο οὐδέ ποτε ἠκούσθη· οὐδὲ νῦν γεγένηται, τὸ, παρόντων ἐπισκόπων λαϊκοὺς ὁμιλεῖν· οὐκ οἶδ᾽ ὅπως προφανῶς οὐκ ἀληθῆ λέγων. ὅπου γοῦν εὑρίσκονται οἱ ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ ὠφελεῖν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ παρακαλοῦνται τῷ λαῷ προσομιλεῖν, ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων· ὥσπερ ἐν Λαράνδοις Εὔελπις ὑπὸ Νέωνος· καὶ ἐν Ἰκονίῳ Παυλῖνος ὑπὸ Κέλσου· καὶ ἐν Συννάδοις Θεόδωρος ὑπὸ Ἀττικοῦ τῶν μακαρίων ἀδελφῶν. εἰκὸς δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις τοῦτο γίνεσθαι, ἡμᾶς δὲ μὴ εἰδέναι.* Hæc attulit Eusebius lib. vi. *Hist.* cap. 19.

Quod vero in literis tuis adjecisti, nunquam antea visum nec adhuc factum fuisse, ut præsentibus episcopis laici concionarentur; in eo nescio quomodo a veritate longissime aberrasti. Nam sicubi reperiuntur qui fratribus prodesse possint, eos sancti episcopi ultro adhortantur ut ad populum conciones habeant. Sic Euelpis Larandis rogatus est a Neone; Paulinus Iconii a Celso; Theodorus apud Synnada ab Attico fratribus nostris beatissimis. Idque etiam alibi fieri credibile est, quamvis nos ignoremus.

ANNOTATIONES

IN S. ALEXANDRI HIEROS. FRAGM.

P. 165. l. 8. Ἀλέξανδρος &c.] Præmisit verba, quæ sequuntur, Eusebius: Τῆς δὲ κατ' Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας Σαραπίωνος ἀναπαυσαμένου, τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται Ἀσκληπιάδης· ἐν ταῖς κατὰ τὸν διωγμὸν (Imp. Severi) ὁμολογίαις διαπρέψας καὶ αὐτός. μέμνηται καὶ τῆς τούτου καταστάσεως Ἀλέξανδρος, Ἀντιοχεῦσι γράφων ὧδε. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ &c. *Antiochiæ vero Serapione mortuo, episcopatum ecclesiæ suscepit Asclepiades: qui persecutionis tempore fidem Christi confessus, maximam gloriam retulerat. Hujus ordinationis mentionem facit Alexander in epistola ad Antiochenses his verbis.* ALEXANDER &c. Serapionis Fragmenta supra adduxi, Vol. I. pag. 451. et deinc. Epistolarum autem Alexandri chronotaxin constituit Sam. Basnagius in *Politico-Eccles. Annalibus* ad an. 251. p. 362; virumque sanctum ex Dionysii Alex. *Epistola ad Cornelium* apud Eusebium *H.E.* vi. 46. ostendit exeunte Novembri hujus anni 251, vel ineunte Decembri, quia is Decio imperante fato functus esset, vita decessisse; Fabium autem Antiochenum mortuum fuisse novo adhuc anno 252. Epistolarum vero primam illam esse putat vir cl. quæ Antiochenses adiit de Asclepiade, quem episcopum sibi imposuerunt imperante Severo; Clementique Alexandrino epistolam ferendam dedisse Alexandrum Basnagius ait anno circiter 211. Secundam statuit illam esse, quam de ecclesiæ pace misit Alexander ad Antinoitas. Tertiam direxisse ad Origenem. Denique quartam missam esse epistolam anno circiter 230. ad Demetrium Alexandriæ episcopum,

ut ostenderet fas fuisse laicis, præsentibus episcopis concionari. Sed et alias Alexandri ad diversos annotat idem vir cl. olim extitisse epistolas, teste Hieronymo, quæ temporum malignitate perierint. Gallandius autem Alexandri epistolarum fragmenta, prout extant apud Eusebium cum notis Valesii, tomo ii. *Bibliothecæ Patrum* suæ interseruit.

P. 165 l. 8. δοῦλος καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ] δοῦλος Κυρίου καὶ R. Steph. In codice Med. Maz. et Fuk. inscriptio hujus epistolæ aliter legitur, hoc modo Ἀλέξανδρος ὁ δοῦλος καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ. quibus consentit Rufini interpretatio. VALESIUS. Vocem Κυρίου addere *Christoph.* in interp. sua, notat Strothius, sed cum cæteris facere *Cod. Veneti Lectt. Nicephorum*que; quibus consentiunt etiam *codd. Savil.* seu *Bodl.* et *Norfolc.* His nunc addit Burtonus *Parisiensem utrumque, Venetum,* et *Florentinos.* Codici autem Norfolciensi, dum perinde atque *Regius* cum *Paris. utroque, Veneto,* et *Flor. utroque,* articulum præpositivum ὁ omittit, suffragantur epistolarum omnium τῶν ἐνδιαθέτων inscriptiones, tam in scriptis libris quam editis.

Ibid. l. 10. κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εἱρκτῆς] Hanc epistolam scripsit Alexander fervente adhuc persecutione, cum esset in vinculis, nec dum ad episcopatum Hierosolymorum adscitus, ut ex his verbis apparet. Hinc est quod in inscriptione epistolæ appellat se vinctum Jesu Christi. Ex quo conficitur, male in Chronico Eusebii Asclepiadis ordinationem conferri in annum primum Antonini Caracallæ. Nam Asclepiadis ordinatio contigit eodem tempore, quo Alexander ob Christiani nominis confessionem in carcerem conjectus est. Id autem accidisse principatu Severi ipse Eusebius testatur in Chronico. VALESIUS. Interea haud male statuit Petrus Th. Cacciari, qui Rufini *Hist. Ecclesiasticam* anno 1740. Romæ edidit, suspicari licere, Alexandrum, sub Severo comprehensum, nonnisi post initum imperium Caracallæ e vinculis dimissum esse, ex eo quod Severi persecutioni finem imposuerit ipsius imperatoris obitus. Cum autem prius expectanda fuerint ab urbe Roma novi imperatoris edicta, quam Christiani e carceribus educerentur, nihil obstare, quo minus hoc temporis intervallo ad episcopalem sedem Asclepiades evectus sit, et ad Antiochenos scripserit Alexander. Scripserat Eusebius fine cap. 8.

Alexandrum ob insignem Christianæ fidei confessionem ad episcopatum Hierosolymorum evectum fuisse; initioque hujus cap. xi. ostendit, eundem, cum prius in Cappadocia episcopus fuisset, statim ut Hierosolymam tum orandi, tum locorum visendorum gratia adiverit, episcopum fuisse constitutum. Qui quidem mos loca sacra invisendi postea increbuit, ut constat ex variis S. Hieronymi operibus cum aliis, tum *Epitaphio* ejus *Paulæ Matris*, atque ex Gregorii Nysseni *de Euntibus Hierosolymam Epistola*, quam primus edidit Casaubonus. Res vero ob convenientiam ejus cum Alexandri historia notabilis in hac ipsa sede sub finem sæculi decimi sexti contigit, cum Germanus vir egregius, qui locorum sacrorum visendorum gratia Hierosolymam profectus erat, Abdallæ patriarchæ precibus persuasus est, ut apud eum maneret, atque in cathedra patriarchali ipsi mortuo succederet. Vide Lusignani *Itinerarium* Londini anno 1801. editum. vol. ii. p. 210. Ceterum in notis ad caput hoc xi. *Eusebianæ Hist.* Valesius se reperisse ait in lib. v. (lib. iv. p. 295.) *Juris Græco-Romani*, ubi agitur *de translationibus*, Flaviadis Cappadociæ urbis episcopum Alexandrum fuisse. Sed vero dubitat cl. Wesselingius *Probabil.* cap. xiii. p. 106. et seq. de isthac re, quia longe abesset Flavias a Cappadocibus, in Cilicia posita. Neque in loco de Alexandri sede Flaviade, qui a Valesio in *Jure Græco-Rom.* repertus est, urbs ea Cappadociæ fuisse dicitur. Certe Socrates historicus perinde atque Eusebius, ignorasse videtur nomen urbis, dum hæc scribit, Εὐσέβιος γὰρ ὁ Παμφίλου ἐν τῇ ἕκτῃ ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Ἀλέξανδρον μιᾶς τῶν ἐκ Καππαδοκίας πόλεων ἐπίσκοπον ὄντα εὐχῆς ἕνεκα ἐπὶ τὰ Ἱερυσόλυμα &c. lib. vii. cap. 36.

P. 165. l. 11. πυθομένῳ] Repetunt μοι post hoc verbum *MSS. Bodl.* et *Norfolc.* quibus nunc addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket. Florentinos*que.

Ibid. l. 13. τὴν πίστιν τῆς ἐπισκοπῆς] Rectius Nicephorus κατ' ἀξίαν τῆς πίστεως, τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένον. Quod sive ex libro, sive ex conjectura Nicephorus ediderit, omnino probum videtur. Valesius. A Strothio quoque recte probatur lectio Nicephori; etsi aliud suadent codices Eusebiani omnes referente Burtono, nisi quod τὴν ἐπισκοπὴν habet *MS. Norfolc.* Ceterum, etsi refert Zonaras in *Annalibus* lib. xii.

cap. 11. tradidisse Eusebium, opera aliquot istius Asclepiadis servata fuisse, ubi id fecerit historicus, plane ignoro; Ἐν δὲ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ, inquit Zonaras, Σαραπίωνος ἀναπαυσαμένου, Ἀσκληπιάδης τὴν ἐπισκοπὴν παρειλήφει, οὗ καὶ ὑπομνήματα σώζεσθαι φησὶν ὁ Εὐσέβιος. Sed relativum οὗ ad priorem episcopum spectare ferme persuadent Eusebii verba in capp. 11, 12. lib. vi.

P. 165. l. 22. Ταῦτα δὲ ὑμῖν &c.] Inter hæc atque priorem ῥῆσιν hujus epistolæ interposuit verba, quæ sequuntur, Eusebius; Ταύτην δὲ τὴν ἐπιστολὴν σημαίνει διὰ Κλήμεντος ἀπεσταλκέναι, πρὸς τῷ τέλει τοῦτον γράφων τὸν τρόπον· ΤΑΥΤΑ δὲ ὑμῖν &c. *Hanc autem epistolam Clementi se perferendam dedisse significat sub finem ita scribens:* PORRO has literas &c.

Ibid. l. 23. διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου] De Clemente Alexandrino hic loqui Alexandrum putavit Hieronymus in catalogo. Certe Clemens Alexandrinus usque ad Severi tempora vitam produxit, et in his regionibus peregrinatus est, ut ipsemet testatur in libro I. Stromatei. Sed et Alexandri episcopi familiaris fuit; (vid. supra p. 167.) cui etiam librum dicavit de ecclesiastica regula, seu adversus Judæos, ut scribit Eusebius infra cap. 13. Paulo post nostri codices Maz. Med. et Fuk. scriptum habent τὴν τοῦ Κυρίου ἐκκλησίαν (pro Stephani lectione τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκ.) sicut legit etiam Hieronymus. (c. 38. de *Clem. Al.*) VALESIUS. In loco celebri libri I. *Stromatum* innuit Clemens, se apud Orientem versatum fuisse, quod quamvis ad Antiochiam magis quam ad Cappadociam, dioceseos Ponticæ quæ fuit, pertinet, Clementis tamen iter ad hanc quoque regionem ex verbis Alexandri atque Clementis bene colligendum videtur. Haud enim dubitandum est, etsi scribat Rufinus epistolam hanc missam esse per Clementem Antiochenæ ecclesiæ presbyterum, quin Clemens Stromateus ab Alexandro hic designetur propter rationes, quas attulit Valesius. Hujus quidem Clementis nomen apud Antiochenos in honore fuisse ex Alexandri epistola certum esse, monet cl. Hen. Dodwellus in *Dissert.* nondum edita *de Theophilo Antiocheno.* Quin librum illum ad Alexandrum a Clemente Al. missum memorat præter Eusebium Photius in *Bibliotheca* Codice cxi. Certe, ubi Clementem nominat Alexander in epistola ad Origenem, de Clemente Alex. ibi agi m-

fitiari nemo potest. Mortuum autem esse videri Clementem ante episcopatum Alexandri Hierosolymitanum ait Pearsonius, *Vindiciis Ignat.* p. I. cap. x. Jure quoque Valesius putabat, hanc epistolam scripsisse Alexandrum necdum ad episcopatum Hierosolymorum adscitum. Et quanquam ex Hierosolyma ab eodem missam esse statuit Cavius in Vit. S. Clementis, vol. I. *Vitt. PP.* p. 196. res non ita se habere videtur, siquidem in vinculis, hoc est, antequam Hierosolymam adierat, Alexander illam scripsit. Propter enim priorem sub Severo fidei suæ confessionem, uti testatur Eusebius, episcopus Hierosolymitanus constitutus est, idque statim post ejus ad urbem sanctam adventum, quem contigisse imperante Caracalla Severi filio, omnes consentiunt. Regente quidem Decio, Alexander vinculis iterum constrictus est, sed diu post Asclepiadis ordinationem, de qua hæ litteræ loquuntur. Ceterum habet *ed. Steph.* τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν pro τὴν τοῦ Κυρίου ἐ. præ se ferre autem τοῦ Θεοῦ *Rufinum* atque *Nicephorum*, monet Strothius, cui lectio ista optima videtur. Sed unum ex *Vaticanis MSStis Rufini* habere *Domini* Cacciari testatur, quod et præstat codex Rufini penes me vetustissimus. Porro cum Valesii *MSStis Hieronymo*que consentiunt mei libri, qui sunt *Bodl.* seu *Savil.* et *Norfolc.* Nunc addit omnes codices in gratiam suam collatos Burtonus præter *Paris.* I. Illud τοῦ Δεσπότου vertit *Dei* Hieronymus *De Viris Ill.* cap. XXXVIII. in interpretatione sua quæ sequitur verborum Alexandri. *Hæc vobis, Domini ac fratres, scripta transmisi per Clementem beatum presbyterum, virum illustrem et probatum; quem vos quoque scitis et nunc plenius recognoscetis; qui cum huc venisset, juxta providentiam et visitationem Dei confirmavit et auxit Domini ecclesiam.*

P. 166. l. 10. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος &c.] Præmisit Eusebius, Μνημονεύει γέτοι καὶ αὐτὸς ὁ Ἀλέξανδρος ἐν ἰδίαις ἐπιστολαῖς ταῖς πρὸς Ἀντινοείτας εἰσέτι νῦν παρ᾽ ἡμῖν σωζομέναις, τῆς Ναρκίσσου σὺν αὐτῷ προεδρίας, ταῦτα κατὰ λέξιν ἐπὶ τέλει γράφων τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς. ἈΣΠΑΣΕΤΑΙ ὑμᾶς Νάρκισσος &c. *Sane idem Alexander in suis ad Antinoïtas epistolis quæ etiamnum exstant, episcopatus quem cum Narcisso collega gessit, meminit his verbis quæ ad calcem epistolæ leguntur.* SALUTAT vos Narcissus &c. Quid velit istud, ἐν ταῖς ἰδίαις ἐπιστολαῖς ταῖς πρὸς Ἀντινοείτας, cons. notam supra ad Hieronymum *De Viris*

Ill. De origine autem urbis Antinoëæ in Ægypto vid. supra Hegesippi Fragmenta p. 218. vol. I.

Ibid. l. 11. συνεξεταζόμενός μοι διὰ τῶν εὐχῶν] Pessime hunc locum verterunt Rufinus et Christophorsonus. Recte autem Hieronymus, licet non ad verbum, interpretatur hoc modo. *Salutat vos Narcissus, qui ante me hic tenuit episcopalem locum, et nunc mecum eundem orationibus regit.* Hoc enim sibi vult Alexander, Narcissum in orationibus duntaxat, non in reliquo episcopali munere, sibi collegam fuisse. Quocirca addit, eundem Narcissum annos centum ac sedecim natum esse. Ex quibus apparet, Alexandrum non tam adjutorem quam episcopum in locum Narcissi, utpote jam decrepiti, factum fuisse: Narcissum vero nudum nomen episcopi atque honorem retinuisse. Valesius. Qui paulo ante præterea adnotaverat; "Hieronymus in Catalogo et Nicephorus ipsum quoque Narcissum huic rei consensisse scribunt: quod procul dubio verum est. Invito enim episcopo adjutor dari non potest. Porro in hac Alexandri electione, duo contra ecclesiasticam regulam admissa sunt. Primum, quod ab uno episcopatu Alexander ad alium translatus est. Alterum, quod superstiti episcopo adjutor et coepiscopus est adjunctus. Atque hoc primum exemplum occurrit coadjutorum episcoporum. Quod licet postea vetitum fuerit in Concilio Sardicensi, ni fallor, nihilominus identidem in ecclesia usurpatum est." Ita Valesius. Ante Sardicenses Concilium quoque Nicænum grassanti isti consuetudini canone suo octavo obsistere voluisse monet Lemoynæus in *Prolegomenis Variarum Sacr.* fol. 80. At vero memoria tenendum est, cum propter revelationes divinitus missas hæc gesta fuisse, tum rei communiter suffragatos fuisse vicinarum ecclesiarum episcopos. Ceterum de usu verbi συνεξεταζόμενος *adnumeratus* lexica agunt.

P. 166. l. 13. ὁμοίως ἐμοὶ ὁμοφρονῆσαι.] Ed. Steph. ὁμοίως ἐμοὶ φρονῆσαι. In codice Med. ac Maz. et Fuk. et apud Nicephorum scribitur ὁμοίως ἐμοὶ ὁμοφρονῆσαι, rectius procul dubio, ut ex Rufini et Hieronymi interpretatione convincitur. Valesius. Cum *Valesii MSStis* consentiunt *codices Bodl.* seu *Savil.* et *Norfolc.* et ceteri in Burtoni usum collati. In hoc autem posteriori *codice* scribitur παρακαλῶ pro παρακαλῶν.

Ibid. l. 21. Τοῦτο γὰρ καὶ θέλημα Θεοῦ] Eusebius, postquam

Clementis Alex. aliqua produxit, hæc ait; Τοσαῦτα ὁ Κλήμης. πάλιν δ' ὁ δηλωθεὶς Ἀλέξανδρος, τοῦ Κλήμεντος, ἅμα δὲ καὶ τοῦ Πανταίνου ἔν τινι πρὸς Ὠριγένην ἐπιστολῇ μνημονεύει, ὡς δὴ γνωρίμων αὐτῷ γενομένων τῶν ἀνδρῶν. γράφει δὲ οὕτως· ΤΟΥΤΟ γὰρ καὶ θέλημα Θεοῦ &c. *Hactenus Clemens. Porro Alexander is de quo superius diximus, in quadam ad Origenem epistola, Clementis simul ac Pantæni tanquam familiarium suorum mentionem facit his verbis:* HÆC enim Dei voluntas &c. In Alexandri verbis deesse καὶ ante θέλημα apud *Niceph.* notavit Strothius.

P. 166. l. 21. ἡ ἀπὸ προγόνων φιλία] Constat ex sequentibus, paternam hanc amicitiam Origeni et Alexandro derivatam a patribus spiritualibus fuisse rerumque divinarum doctoribus. Hoc autem fortasse est illius epistolæ fragmentum, quam memorat Stephanus Gobarus apud *Photium*, Cod. ccxxxii. his verbis: Καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Ἱεραπολέων (corrigo fidenter Ἱεροσολύμων, ni ipse errabat Stephanus) ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς πρὸς τὸν αὐτὸν Ὠριγένην γράφων, λίαν οἰκειοῦται τὸν ἄνδρα τοῖς λόγοις. Quanti autem vicissim optimum præsulem Alexandrum fecerit Origenes, testantur verba init. *Homil.* ejus *in Librum Regnorum. Sic ergo intelligamus* (inquit Origenes) *et in eo agro quem Deus plantat, quia non una sola arborum species est, quæ tantum dulcia ferat poma, sed aliqua dulcia, aliqua austera, suæ tamen unumquodque utilitatis et gratiæ. Nolite ergo in nobis illud requirere, quod in papa Alexandro habetis. Fatemur enim quod omnes nos superat in gratia lenitatis. Cujus gratiæ non solus ego prædicator existo, sed vos omnes experti cognoscitis et probatis. Et ideo ejusdem quidem agri plantæ esse possumus et optamus, non tamen eundem saporem reddere. In fructibus quidem confitemur nos habere aliquid amaritudinis in sapore, aut forte quod videtur magis, quam sit amarum, quia sermo correptionis amarus quidem videtur esse dum corripit, dulcis autem efficitur, cum emendat.* Vet. Lat. Versio. p. 481. tom. ii. ed. Delaruan.

Ibid. l. 22. μένῃ ἄσυλος] ἄσυλος διαμένῃ *MS. Norfolc.* μείνῃ pro μένῃ *MS. Bodl.* Nunc addit Burtonus *codd. Florentinos.*

Ibid. l. 23. ᾗ καὶ βεβαιοτέρα] Nescit hæc verba *MS. Norfolc.* et ᾗ quidem abest ab *ed. Steph.* Mox deesse ἐκείνους apud *Nicephorum* notat Strothius.

P. 166. l. 25. Πάνταινον] De PANTÆNO vid. supra pag. 375. vol. I. Proxime post deest vocula ὡς ante ἀληθῶς in *MS. Norfolc.* Nunc addit Burtonus *codd. Regium, Paris.* 1. et *Florentinos.*

P. 167. l. 3. κύριόν μου καὶ ἀδελφόν.] κύριον καὶ ἀδελφόν μου *MS. Bodl.*

Ibid. l. 11. Προσέθηκε δὲ &c.] Eusebius prius de Origene hæc posuerat. Αὖθις ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπανῄει. χρόνου δὲ μεταξὺ διαγενομένου, οὐ σμικροῦ κατὰ τὴν πόλιν ἀναῤῥιπισθέντος πολέμου· ὑπεξελθὼν τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ μηδὲ τὰς κατ' Αἴγυπτον διατριβὰς ἀσφαλεῖς ἑαυτῷ ἡγούμενος· ἐλθὼν ἐπὶ Παλαιστίνης (alii Παλαιστίνην) ἐν Καισαρείᾳ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· ἔνθα καὶ διαλέγεσθαι, τάς τε θείας ἑρμηνεύειν γραφὰς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας οἱ τῇδε ἐπίσκοποι, καίτοι τῆς τοῦ πρεσβυτερίου χειροτονίας οὐδέπω τετυχηκότα αὐτὸν ἠξίουν. ὃ καὶ αὐτὸ γένοιτ' ἂν ἔκδηλον, ἀφ' ὧν περὶ τούτου Δημητρίῳ γράφοντες, Ἀλέξανδρος ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος καὶ Θεόκτιστος ὁ Καισαρείας, ὧδέ πως ἀπολογοῦνται· ΠΡΟΣΕΘΗΚΕ δὲ &c. *Alexandriam regressus est. Aliquanto post tempore cum Alexandriæ gravissimum bellum excitatum fuisset: clam inde aufugiens, ac ne in Ægypto quidem commorari tutum ratus, Palæstinam petiit, et Cæsareæ domicilium fixit. Ubi etiam ab illius regionis episcopis rogatus est ut publice in ecclesia dissereret, et divinas scripturas, tametsi nondum presbyter ordinatus exponeret. Atque id manifestum fuerit vel ex iis quæ Alexander Hierosolymorum et Theoctistus Cæsariensis episcopus ad Demetrium pro hujus facti defensione scribunt in hunc modum.* QUOD vero in literis tuis adjecisti &c. Vid. et cap. 27. hujus lib. ubi hæc refert Eusebius, Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς Ἱεροσολύμων προεστὼς Ἀλέξανδρος Θεόκτιστός τε ὁ κατὰ Καισάρειαν, τὸν πάντα χρόνον προσανέχοντες αὐτῷ οἷα διδασκάλῳ μόνῳ τὰ τῆς τῶν θείων γραφῶν ἑρμηνείας καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου πράττειν συνεχώρουν. Quippe ab iisdem episcopis Origenes postea presbyter ordinatus est.

Ibid. l. 11. Προσέθηκε δὲ] Alloquebantur Demetrium in tertia persona, idque honoris causa. Subaudiendum est igitur ἡ σὴ ἁγιότης, sanctitas tua. Quæ voces sine dubio præcesserant, ut constaret apertius, si totam epistolam haberemus. VALESIUS. προσέθηκας *Rufin.* (*Quod autem addidisti*). *Gruteri Lectt. Margo exemplaris Jonsiani;* at recte notavit Valesius sub-

audiendum esse ἡ σὴ ἁγιότης, ac Demetrium honoris causa in tertia persona appellari. STROTH. Proxime post οὐδέπω pro οὐδέποτε in *MS. Norfolc.* et οὐδὲ ἕως pro οὐδὲ νῦν, teste Burtono, habet *codex Venetus*, nec male.

P. 167. l. 13. τὸ, παρόντων ἐπισκόπων &c.] Hinc colligitur Origenem qui catechetes fuerat Alexandriæ, in privato auditorio, non autem in ecclesia catechumenos instituisse. Neque enim Alexandro et Theoctisto episcopis id objiceret Demetrius, quod Origenem in ecclesia docere jussissent, si Alexandriæ idem ab Origene factum fuisset. Quare fallitur Rufinus, qui in cap. 3. hujus libri ita scribit. *Videns Demetrius episcopus quod ad ipsum præcipue doctrinæ gratia et prædicationis verbi Dei, multitudines plurimæ convolarent, catechizandi ei, id est docendi magisterium in ecclesia tribuit.* Certe catecheses olim non fiebant in ecclesia, sed in baptisterio, aut in aliquo alio extra ecclesiam loco: docet id Joannes Hierosolymitanus in epistola ad Theophilum Alexand. quam refert B. Hieronymus, *De fide*, inquit, *et omnibus ecclesiasticis dogmatibus hæc locuti sumus, quæ et semper gratia Dei indeficienter in ecclesia docemus et in catechesibus.* VALESIUS. Inter sacras ad populum conciones, de quibus litigant episcopi cum Demetrio, atque catecheses, omnino distinguendum est; quamvis id facere neglexerit Ern. Cyprianus in Notis ad Hieron. *De Viris Ill.* ad cap. lxii. de *Alexandro.* ibi nonnulla scribens cum Valesii reprehensione conjuncta. Sed hoc misso; "In constitutionibus "Apostolicis lib. viii. cap. 32. prope finem inducitur Sanctus "Paulus" (affert hæc READINGIUS ex Joanne Pottero *De Regimine Ecclesiastico*, cap. v. p. 244.) "Laicis concedens ut con-"cionarentur. Ὁ διδάσκων, εἰ καὶ λαϊκὸς ᾖ, ἔμπειρος δὲ τοῦ "λόγου, καὶ τὸν τρόπον σεμνὸς, διδασκέτω. Conf. Concilii Car-"thaginiensis iv. Can. 98. Leonis Papæ Epist. 62, 63. Hoc "autem usitatum non erat, cum in sæculo tertio episcopus "Alexandrinus nil tale unquam inaudivisset; quique Origeni "laico hoc munus permiserant episcopi, quorum intererat, "quam plurima poterant in sui defensionem allegare exempla, "tria tantum adducunt, et fatentur se plura nequaquam re-"scivisse." Conferas utiliter doctissimi viri Petri Heylini *Ecclesiam Anglicanam Vindicatam*, opus itidem lingua vernacula scriptum, Part. ii. cap. v. P. 2. §§. 3, 4. et cl. Bing-

hami *Origines Ecclesiast.* lib. xiv. cap. iv. §. 4. Nihilominus cum ipso quoque Demetrio in gratiam rediit Origenes; etsi postea, *cum jam mediæ esset ætatis* (de Origene hæc scribit Hieronymus *de Viris Ill.* cap. LIV.) *propter ecclesias Achaiæ quæ pluribus hæresibus vexabantur, sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ Athenas per Palæstinam pergeret a Theoctisto et Alexandro Cæsareæ et Hierosolymorum episcopus presbyter ordinatus, Demetrii offendit animum.* Confer et Photium *Biblioth.* cod. cxviii. p. 296, et Cavium Hist. Lit. v. *Origenes.*

P. 167. l. 14. *οὐκ οἶδ' ὅπως* &c.] Hæc epistola ad Demetrium scripta est ab Alexandro Hierosolymorum episcopo, viro disertissimo. unde singulari numero loquitur *οὐκ οἶδα*, quamvis non tantum suo, sed et Cæsariensis episcopi nomine literas scribat. VALESIUS.

Ibid. l. 16. *καὶ παρακαλοῦνται τῷ λαῷ προσομιλεῖν ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων*] Rufinus ita vertit, *cum consuetudo hæc sit, ut sicubi inveniantur qui possint fratres instruere in ecclesia, et consolari populum, ad tractandum semper a sanctis episcopis invitentur*, ut hujusmodi quid vetus ille interpres invenisse censeri possit—*καὶ παρακαλέσαι τὸν λαὸν, προσκαλοῦνται ὁμιλεῖν ὑπὸ τ. ἁ. ἐ.* Omisit verbum *προσομιλεῖν* *Nicephorus*, apud quem cum additur, *τοῦτο οὐ πρόσκομμα* post *ἐπισκόπων*, hoc ex scholio seu nota in margine profectum videtur.

Ibid. l. 17. *Λαράνδοις*] Lycaoniæ in Asia Minore urbe.

Ibid. l. 19. *Συννάδοις*] Scribendum est *Συννάδοις* (*editio Steph.* *Συνάδοις*). Certe Rufinus vertit *apud Synnadam.* Urbs est Phrygiæ notissima, sic dicta *ἀπὸ τοῦ Συνναίειν*, id est *Συνοικεῖν*: eo quod multi ex Macedonia illuc ad incolendum confluxerint. unde primo quidem dicta est *Συνναία*, postea vero corrupto vocabulo *Σύνναδα* a finitimis vocata est. Stephanus in lib. de urbibus. *τὸ μὲν πρῶτον Συναία* (scribe *Συνναία*) *ἀπὸ τῆς συναγωγῆς καὶ συνοικήσεως προσαγορευθῆναι· μετὰ δὲ ταῦτα παρεφθαρμένως ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων Σύνναδα κληθῆναι.* Ex his apparet, *Σύνναδα* cum duplice *ν* scribi debere. Quod quidem confirmant etiam nummi veteres. Extat apud Joannem Tristanum nummus Caracallæ cum hac inscriptione CΥΝΝΑΔΕΩΝ, ΔΩΡΙΕΩΝ, ΙΩΝΩΝ. Quæ quidem inscriptio docet Synnadenses fuisse Dorionas, id est Dorienses Ionibus permistos.

Erant enim origine Macedones, ac proinde Dorienses. Verum in medio Ioniæ siti. Valesius. Si verioris scripturæ aliud præterea desideres exemplum, dabit *Strabo* lib. viii. a Thoma De Pinedo ad *Steph. Byzant.* adductus. Nunc refert Burton. habere *cod. Florentinum* I. Λύδδαις pro Συννάδοις. sed in marg. legi, ἐν ἄλλοις, ενσυννάδοις.

Muratorius vir cl. in *Anecdott. ex Ambrosianæ Bibliothecæ Codd.* tom. iii. p. 148. ed. Neap. post allatum S. Cyrilli *De Computo* libellum hæc posuit. "In Commentariis Victorini inter "plurima hæc etiam scripta reperimus." (Dubito an hæc Muratorii verba sint, an potius veteris alicujus descriptoris hujusce fragmenti ex Victorinianis.) "Invenimus in membranis "Alexandri episcopi qui fuit in Hierusalem, quod transcripsit "manu sua de exemplaribus apostolorum. Ita viii. Kal. Janu. "natus est Dominus N. J. C. Sulpitio et Camerino Coss." (Mendose pro Sulpicio Camerino et Poppæo Sabino Coss. vel pro Sulpicio Camerino Cos. hoc est, anno 9. æræ vulgaris.) "Et baptizatus est viii. Id. Jan. Valeriano et Asiatico Coss." (Pro Valerio Asiatico ii. et Junio Sabino Coss. vel pro Valerio Asiatico Cos. h. e. anno 46. ejusd. æræ.) "Passus est "x. Kal. Apr. Nerone iii. et Valerio Messala Coss." (hoc est anno 58. ejusd. æræ). "Resurrexit viii. Kal. Apr. Coss. "supra scriptis. Ascendit in cœlos v. Non. Maj. post dies "xl. Coss. supra scriptis. Joannes Baptista nascitur viii. "Kal. Jul. et circumciditur Kal. Jul. Ad Mariam vero lo-"cutus est Angelus viii. Kal. Apr. sexto jam conceptionis "mense" (for. legend. sextum j. c. mensem) "Elisabeth habere "dicens. Ex quo supputatur, eodem die Dominum fuisse con-"ceptum, quo et resurrexit."

Quantopere putida istæc nativitatem, baptismum, mortem Christi signantia ipsis sacris scripturis adversentur, quamque misere iis turbentur omnes cum historicæ tum chronologicæ rationes, non necesse est, ut operosius ostendam. Adduxi quidem ista ex libro his terris rariore, ne Alexandri notabile quid prætermisisse videar; etsi nemini ratum haberi queat, hunc verum esse Alexandri fœtum. Poteratne, quæso, ille, qui cum viris magnis Clemente Alex. atque Origene familiariter vixit, hujusmodi quid literis consignare, Dominum

nostrum prædicavisse, si Diis placet, per annos plusquam duodecim evangelium, cum unum tantum annum prædicationis, non, ut alii plerique tres annos, Clemens ille sibi cogitaret, similiter atque alii nonnulli ex veteribus, *Domini annum acceptum* hoc sensu interpretatus? Licuitve cuiquam Christiano, nedum erudito episcopo, censere, non ante passum esse Christum, quam Nero imperii sui annum quintum esset ingressus, cum ipsi quoque ethnici resciverint, Christum imperitante Tiberio esse crucifixum? Apage nugas; et fidei, quæ nulla est, nescio quorum commentariorum tenebrionis illius Victorini ineptiæ istæ remittantur.

AUCTOR
ADVERSUS CATAPHRYGAS.

AUCTORIS ANONYMI

AD AVIRCIUM MARCELLUM

CONTRA

CATAPHRYGAS, SEU MONTANISTAS,

QUI POST INITIA SÆCULI TERTII FLORUIT,

FRAGMENTA;

Ab Eusebio in lib. v. *Hist.* capp. 16. et 17. conservata.

Ex Operis Procemio.

'ΕΚ πλείστου ὅσου καὶ ἱκανωτάτου χρόνου, ἀγαπητὲ I.
'Αουίρκιε Μάρκελλε, ἐπιταχθεὶς ὑπὸ σοῦ συγγράψαι τινὰ λόγον εἰς τὴν τῶν κατὰ Μιλτιάδην λεγομένων αἵρεσιν, ἐφεκτικώτερόν πως μέχρι νῦν διεκείμην· οὐκ ἀπορίᾳ τοῦ δύνασθαι ἐλέγχειν μὲν τὸ ψεῦδος, μαρτυρεῖν δὲ τῇ ἀληθείᾳ· δεδιὼς δὲ καὶ ἐξευλαβούμενος, μή πῃ δόξω τισὶν ἐπισυγγράφειν ἢ ἐπιδιατάσσεσθαι τῷ τῆς τοῦ εὐαγγελίου καινῆς διαθήκης λόγῳ· ᾧ μήτε προσθεῖναι μήτ' ἀφελεῖν δυνατὸν, τῷ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον αὐτὸ

Cum jamdudum id mihi munus injunxeris, Avirci Marcelle carissime, et adversus Miltiadis hæresim opus aliquod componerem, anceps tamen atque animo dubius hactenus substiti: non quod aut mendacium refellere, aut veritati patrocinari minime valerem: sed quod verebar ac reformidabam ne forte quibusdam viderer evangelicæ novi Testamenti doctrinæ quidquam scribendo addere, et denuo statuere voluisse: cui tamen neque adjici quicquam neque adimi fas est, ab eo præsertim qui ex evangelii præceptis vitam agere instituerit. Nuper vero

πολιτεύεσθαι προῃρημένῳ. προσφάτως δὲ γενόμενος ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας· καὶ καταλαβὼν τὴν κατὰ τόπον ἐκκλησίαν ὑπὸ τῆς νέας ταύτης οὐχ ὡς αὐτοὶ φασὶ προφητείας· πολὺ δὲ μᾶλλον ὡς δειχθήσεται ψευδοπροφητείας διατεθρυλλημένην, καθόσον δυνατὸν, τοῦ Κυρίου παρασχόντος, περὶ αὐτῶν τε τούτων καὶ τῶν προτεινομένων ὑπ' αὐτῶν ἑκάστοτε διελέχθημεν ἡμέραις πλείοσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ὡς τὴν μὲν ἐκκλησίαν ἀγαλλιασθῆναι, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπιῤῥωσθῆναι· τοὺς δὲ ἐξεναντίας πρὸς τὸ παρὸν ἀποκρουσθῆναι· καὶ τοὺς ἀντιθέτους λυπηθῆναι. ἀξιούντων οὖν τῶν κατὰ τόπον πρεσβυτέρων, ὅπως τῶν λεχθέντων κατὰ τῶν ἀντιδιατιθεμένων τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ ὑπόμνημά τι καταλίπωμεν· παρόντος καὶ τοῦ συμπρεσβυτέρου ἡμῶν Ζωτικοῦ τοῦ Ὀτρηνοῦ, τοῦτο μὲν οὐκ ἐπράξαμεν· ἐπηγγειλάμεθα δὲ ἐνθάδε γράψαντες τοῦ Κυρίου διδόντος, διὰ σπουδῆς πέμψειν αὐτοῖς.

cum essem Ancyræ in Galatia, et ecclesiam illius loci nova illa non ut ipsi dicunt prophetia, sed ut postea demonstrabitur pseudoprophetia turbatam deprehendissem ; quantum facere potui, Deo juvante tum de his ipsis, tum de reliquis omnibus quæ ab illis proponebantur, singillatim in ecclesia disserui pluribus diebus : adeo ut ecclesia quidem incredibili gaudio affecta, et in veritate fidei magnopere confirmata sit ; adversarii vero tunc quidem fugati et Dei hostes non mediocri dolore perculsi fuerint. Cum vero ejus loci presbyteri postularent, ut eorum quæ contra veritatis adversarios dicta fuerant, commentarium ipsis scriptum relinquerem : adstante etiam compresbytero nostro Zotico Otreno, id quidem minime præstiti ; sed simulatque huc rediissem, scripturum me omnia, et ad ipsos quamprimum missurum Deo favente promisi.

Itidem ex libri primi initio.

Ἡ τοίνυν ἔνστασις αὐτῶν καὶ ἡ πρόσφατος τοῦ ἀπο- II.
σχίσματος αἵρεσις πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, τὴν αἰτίαν ἔσχε τοιαύτην· κώμη τις εἶναι λέγεται ἐν τῇ κατὰ τὴν Φρυγίαν Μυσίᾳ, καλουμένη Ἀρδαβαῦ τοὔνομα· ἔνθα φασὶ τινὰ τῶν νεοπίστων, πρώτως, Μοντανὸν τοὔνομα, κατὰ Γράτον Ἀσίας ἀνθύπατον, ἐν ἐπιθυμίᾳ ψυχῆς ἀμέτρῳ φιλοπρωτείας δόντα πάροδον εἰς ἑαυτὸν τῷ ἀντικειμένῳ, πνευματοφορηθῆναί τε καὶ αἰφνιδίως ἐν κατοχῇ τινὶ καὶ παρεκστάσει γενόμενον ἐνθουσιᾷν· ἄρξασθαί τε λαλεῖν καὶ ξενοφωνεῖν, παρὰ τὸ κατὰ παράδοσιν καὶ κατὰ διαδοχὴν ἄνωθεν τῆς ἐκκλησίας ἔθος δῆθεν προφητεύοντα· τῶν δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐν τῇ τῶν νόθων ἐκφωνημάτων ἀκροάσει γενομένων, οἱ μὲν ὡς ἐπὶ ἐνεργουμένῳ καὶ δαιμονῶντι καὶ ἐν πλάνης πνεύματι ὑπάρχοντι, καὶ τοὺς ὄχλους ταράττοντι ἀχθόμενοι ἐπετίμων, καὶ λαλεῖν ἐκώλυον· μεμνημένοι τῆς τοῦ Κυρίου διαστολῆς τε καὶ ἀπειλῆς,

Igitur obstinata illorum coitio adversus ecclesiam, et nova perniciosi schismatis hæresis, hanc habuit originem. Vicus quidam esse dicitur in Mysia contermina Phrygiæ nomine Ardaba. In quo aiunt Montanum quemdam ex iis qui fidelium numero recens adscripti fuerant, immodica primi loci cupiditate captum, primum sub Grato Asiæ proconsule aditum in se adversario spiritui præbuisse: et dæmone repletum, subito quodam furore ac mentis excessu concuti cœpisse, et nova quædam atque inaudita proloqui; hariolantem ac prædicentem futura, præter morem atque institutum ecclesiæ a majoribus traditum et continua deinceps successione propagatum. Porro ex his qui tunc temporis adulterinos hominis sermones audierant, alii quidem ut abrepticium et dæmoniacum ac spiritu erroris actum, turbasque in populo excitantem indignabundi objurgabant, et loqui ulterius prohibebant. Quippe qui in mente haberent discrimen a Domino prænotatum, minasque quibus jubemur adventum falsorum prophetarum vigilanter

πρὸς τὸ φυλάττεσθαι τὴν τῶν ψευδοπροφητῶν ἐγρηγορότως παρουσίαν· οἱ δὲ ὡς ἁγίῳ πνεύματι καὶ προφητικῷ χαρίσματι ἐπαιρόμενοι· καὶ οὐχ ἥκιστα χαυνούμενοι· καὶ τῆς διαστολῆς τοῦ Κυρίου ἐπιλανθανόμενοι· τὸ βλαψίφρον καὶ ὑποκοριστικὸν καὶ λαοπλάνον πνεῦμα προὐκαλοῦντο· θελγόμενοι καὶ πλανώμενοι ὑπ' αὐτοῦ, εἰς τὸ μηκέτι κωλύεσθαι (for. *κωλύεσθαι λαλεῖν, καὶ*) *σιωπᾶν. τεχνῇ δέ τινι, μᾶλλον δὲ τοιαύτῃ μεθόδῳ κακοτεχνίας ὁ διάβολος τὴν κατὰ τῶν παρηκόων ἀπώλειαν μηχανησάμενος, καὶ παρ' ἀξίαν ὑπ' αὐτῶν τιμώμενος, ὑπεξήγειρέ τε καὶ προσεξέκαυσεν αὐτῶν τὴν ἀποκεκοιμημένην ἀπὸ τῆς κατ' ἀλήθειαν πίστεως διάνοιαν· ὡς καὶ ἑτέρας τινὰς δύο γυναῖκας ἐπεγεῖραι, καὶ τοῦ νόθου πνεύματος πληρῶσαι· ὡς καὶ λαλεῖν ἐκφρόνως καὶ ἀκαίρως καὶ ἀλλοτριοτρόπως ὁμοίως τῷ προειρημένῳ. καὶ τοὺς μὲν χαίροντας καὶ καυχωμένους ἐπ' αὐτῷ, μακαρίζοντος τοῦ πνεύματος, καὶ διὰ τοῦ μεγέθους τῶν ἐπαγγελμάτων ἐκφυσιοῦντος· ἔσθ' ὅπῃ δὲ καὶ κατακρίνοντος*

ac sollicite observare. Alii vero velut sancto Spiritu et prophetiæ gratia elati inflatique mirum in modum, et distinctionis a Domino præmonstratæ penitus obliti, illum infatuantem et adulatorem vulgique seductorem spiritum ultro ad loquendum provocabant, capti ejus illecebris et in fraudem inducti. Hac igitur arte seu potius fraude ac versutia diabolus adversus eos qui dicto Domini audientes non erant, exitium machinatus, cum ab illis immerito coleretur, mentes eorum a vera fide secubantes somnoque oppressas excitavit paulatim ac vehementius inflammavit. Quippe duas alias mulierculas suscitavit, et adulterino spiritu replevit; adeo ut ipsæ quoque perinde ac supra memoratus ille, insana quædam et importuna atque aliena loquerentur. Et eos quidem qui ea re delectabantur atque intumescebant, spiritus ille beatos prædicabat, et promissorum magnitudine supramodum inflabat. Interdum tamen conjecturis et fide dignis argumentis utens, palam eos condemnabat, quo scilicet etiam objurgatorius videretur.

στοχαστικῶς καὶ ἀξιοπίστως αὐτοὺς ἄντικρυς, ἵνα καὶ ἐλεγκτικὸν εἶναι δοκῇ· ὀλίγοι δ᾽ ἦσαν οὗτοι τῶν Φρυγῶν ἐξηπατημένοι· τὴν δὲ καθόλου καὶ πᾶσαν τὴν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκκλησίαν βλασφημεῖν διδάσκοντος τοῦ ἀπηυθαδισμένου πνεύματος, ὅτι μήτε τιμὴν μήτε πάροδον εἰς αὐτὴν τὸ ψευδοπροφητικὸν ἐλάμβανε πνεῦμα. τῶν γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν πιστῶν πολλάκις καὶ πολλαχῇ τῆς Ἀσίας εἰς τοῦτο συνελθόντων, καὶ τοὺς προσφάτους λόγους ἐξετασάντων καὶ βεβήλους ἀποφηνάντων καὶ ἀποδοκιμασάντων τὴν αἵρεσιν, οὕτω δὴ τῆς τε ἐκκλησίας ἐξεώσθησαν, καὶ τῆς κοινωνίας εἴρχθησαν.

Hi perpauci erant Phryges, hujusmodi fraude decepti. Universam vero, quæ per orbem terrarum sparsa est, ecclesiam, idem ille arrogantissimus spiritus maledictis appetere eos docebat, eo quod nec honorem, nec aditum ullum ad ipsam pseudopropheticus spiritus reperiret. Nam cum fideles qui in Asia erant, sæpius et in plurimis Asiæ locis ejus rei causa convenissent, novamque illam doctrinam examinassent, et prophanam atque impiam judicassent; damnata hæresi isti ab ecclesia et fidelium communione expulsi sunt.

Ex libro secundo hujus Operis.

Ἐπειδὰν τοίνυν καὶ προφητοφόντας ἡμᾶς ἀπεκάλουν, III.
ὅτι μὴ τοὺς ἀμετροφώνους αὐτῶν προφήτας ἐδεξάμεθα· τούτους γὰρ εἶναι φασὶν οὕς περ ἐπηγγείλατο τῷ λαῷ πέμψειν ὁ Κύριος· ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν πρὸς Θεοῦ ἔστι τὶς, ὦ βέλτιστοι, τούτων τῶν ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ

Quando igitur prophetarum nos interfectores vocarunt, propterea quod loquaces ipsorum prophetas non admisimus (hos enim esse affirmant, quos Dominus populo se missurum esse promiserit) respondeant nobis quæso per Deum: est ne aliquis eorum qui jam inde a Montano et mulierculis garrire pri-

τῶν γυναικῶν λαλεῖν ἀρξαμένων, ὅς τις ὑπὸ Ἰουδαίων ἐδιώχθη, ἢ ὑπὸ παρανόμων ἀπεκτάνθη; οὐδείς. οὐδέ γε τὶς αὐτῶν κρατηθεὶς ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος ἀνεσταυρώθη; οὐ γὰρ οὖν· οὐδὲ μὴν οὐδὲ ἐν συναγωγαῖς Ἰουδαίων τῶν γυναικῶν τὶς ἐμαστιγώθη ποτὲ, ἢ ἐλιθοβολήθη; οὐδαμόσε οὐδαμῶς. ἄλλῳ δὲ θανάτῳ τελευτῆσαι λέγονται Μοντανός τε καὶ Μαξιμίλλα. τούτους γὰρ ὑπὸ πνεύματος βλαψίφρονος ἑκατέρους ὑποκινήσαντος, λόγος ἀναρτῆσαι ἑαυτούς· οὐχ' ὁμοῦ κατὰ δὲ τὸν τῆς ἑκάστου τελευτῆς καιρὸν φήμη πολλή· καὶ οὕτω δὲ τελευτῆσαι καὶ τὸν βίον καταστρέψαι, Ἰούδα προδότου δίκην. καθάπερ καὶ τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον τὸν πρῶτον τῆς κατ' αὐτοὺς λεγομένης προφητείας οἷον ἐπίτροπον τινὰ Θεόδοτον, πολὺς αἱρεῖ λόγος, ὡς αἰρόμενόν ποτε καὶ ἀναλαμβανόμενον εἰς οὐρανοὺς, παρεκστῆναί τε καὶ καταπιστεῦσαι ἑαυτὸν τῷ τῆς ἀπάτης πνεύματι· καὶ δισκευθέντα, κακῶς τελευτῆσαι. φασὶ γοῦν τοῦτο οὕτω γεγονέναι. ἀλλὰ μὴ ἄνευ τοῦ ἰδεῖν ἡμᾶς ἐπίστασθαί τι

mum cœperunt, qui a Judæis persecutionem passus sit, aut ab impiis trucidatus? Nemo certe. Nec vero ullus eorum pro Christi nomine prehensus, in crucem actus est: sed neque ulla mulier in Judæorum synagogis aut flagris cæsa aut lapidibus impetita est. Nusquam profecto, nec unquam. Immo longe alio mortis genere interiisse dicuntur Montanus et Maximilla. Ambo enim ut fama est, ab insano spiritu incitati, laqueo sibi gulam fregerunt: non quidem simul, sed suæ quisque mortis tempore: atque ita instar proditoris Judæ vitam finierunt. Sic etiam admirabilis ille Theodotus, qui primus prophetiæ illorum quasi procurator quidam fuit, plurimorum sermone perhibetur falso mentis excessu abreptus fuisse, perinde ac si levaretur aliquando et assumeretur in cælum: cumque se totum fraudulentissimo spiritui permisisset, ab eo in altum jactatus miserabili exitu periisse. Et id quidem ita factum esse narrant. Sed quoniam ipsi non vidimus, nequaquam existimamus nos quidquam eorum certo cognoscere. Nam forte hoc,

τῶν τοιούτων νομίζομεν ὦ μακάριε. ἴσως μὲν γὰρ οὕτως, ἴσως δὲ οὐχ' οὕτως τετελευτήκασι Μοντανός τε καὶ Θεόδοτος καὶ ἡ προειρημένη γυνή.

forte etiam alio mortis genere Montanus ac Theodotus et mulier illa jam a nobis nominata occubuerunt.

Ex eodem libro hujus Operis.

Καὶ μὴ λεγέτω ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τῷ κατὰ Ἀστέριον IV.
Οὐρβανὸν τὸ διὰ Μαξιμίλλης πνεῦμα, διώκομαι ὡς λύκος ἐκ προβάτων· οὐκ εἰμὶ λύκος· ῥῆμα εἰμὶ καὶ πνεῦμα καὶ δύναμις. ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ πνεύματι δύναμιν ἐναργῶς δειξάτω καὶ ἐλεγξάτω· καὶ ἐξομολογεῖσθαι διὰ τοῦ πνεύματος καταναγκασάτω τοὺς τότε παρόντας· εἰς τὸ δοκιμάσαι καὶ διαλεχθῆναι τῷ πνεύματι λαλοῦντι, ἄνδρας δοκίμους καὶ ἐπισκόπους, Ζωτικὸν ἀπὸ Κομάνης κώμης, καὶ Ἰουλιανὸν ἀπὸ Ἀπαμείας. ὧν οἱ περὶ Θεμίσωνα τὰ στόματα φιμώσαντες, οὐκ εἴασαν τὸ ψευδὲς καὶ λαοπλάνον πνεῦμα ὑπ' αὐτῶν ἐλεγχθῆναι. ἐν ταυτῷ δὲ πάλιν ἕτερα μεταξὺ πρὸς ἔλεγχον τῶν τῆς Μαξιμίλλης ψευδοπροφητειῶν εἰπὼν, ὁμοῦ τόν τε χρόνον καθ' ὃν ταῦτ' ἔγραφε ση-

Nec mihi jam dicat ille Maximillæ spiritus, prout in eodem Asterii Urbani libro relatum est. "Arceor tanquam lupus ab ovi-"bus. Non sum lupus, sed "verbum, spiritus et potentia." Verum potentiam illam in spiritu evidenter ostendat et approbet, faterique et assentiri per spiritum cogat eos qui tunc aderant ut garrulum illum spiritum alloquerentur et examinarent; viros probos, et episcopali dignitate præditos: Zoticum scilicet Comanensem, et Julianum Apamenum. Quibus Themison aliique os obturantes, mendacem illum et vulgi seductorem spiritum ab illis coargui vetuerunt. In eodem quoque libro postquam nonnulla ad falsam illam Maximillæ prophetiam convincendam interseruit, tum tempus ipsum quo hæc scripta sunt designat, tum mulieris illius vaticinia commemorat,

μαίνει, καὶ τῶν προῤῥήσεων αὐτῆς μέμνηται, δι' ὧν πολέμους ἔσεσθαι καὶ ἀκαταστασίας προεμαντεύσατο· ὧν καὶ τὴν ψευδολογίαν εὐθύνει ὧδε λέγων.

Καὶ πῶς οὐ καταφανὲς ἤδη γέγονε καὶ τοῦτο τὸ ψεῦδος; πλείω γὰρ ἢ τρισκαίδεκα ἔτη εἰς ταύτην τὴν ἡμέραν, ἐξ οὗ τετελεύτηκεν ἡ γυνή· καὶ οὔτε μερικὸς, οὔτε καθολικὸς κόσμῳ γέγονε πόλεμος· ἀλλὰ καὶ Χριστιανοῖς μᾶλλον εἰρήνη διάμονος ἐξ ἐλέους Θεοῦ.

quibus bella et tumultus imminere prædixerat. Quorum quidem vaticiniorum falsitatem convincit his verbis.

Nonne, inquit, etiam hoc mendacium omnibus manifestum apparuit? Etenim ab obitu Maximillæ usque in hunc diem plusquam tredecim anni jam elapsi sunt: nec tamen ullum aut particulare bellum aut universale in terris fuit. Immo Christianis præcipua quadam Dei misericordia, pax stabilis et firma permansit.

Ex libro tertio ejusdem Operis.

V. *Ὅταν τοίνυν ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις ἐλεγχθέντες ἀπορήσωσιν, ἐπὶ τοὺς μάρτυρας καταφεύγειν πειρῶνται· λέγοντες πολλοὺς ἔχειν μάρτυρας, καὶ τοῦτο εἶναι τεκμήριον πιστὸν τῆς δυνάμεως τοῦ παρ' αὐτοῖς λεγομένου προφητικοῦ πνεύματος. τὸ δέ ἐστιν ἄρα ὡς ἔοικε παντὸς μᾶλλον οὐκ ἀληθές. καὶ γὰρ τῶν ἄλλων αἱρέσεων τινὲς, πλείστους ὅσους ἔχουσι μάρτυρας· καὶ οὐ παρὰ τοῦτο*

Postquam vero in omnibus quæ supra posui convicti, nihil habent quod respondeant, ad martyres confugere conantur: asserentes multos se martyres habere, idque potentiæ prophetici illius qui apud ipsos est spiritus certissimum esse documentum. Sed hoc meo quidem judicio, nihilo verius est. Nam et aliarum hæreseon sectatores, plurimos se habere martyres prædicant: neque idcirco tamen eis assentiemur, nec veritatem penes

δήπου συγκαταθησόμεθα, οὐδὲ ἀλήθειαν ἔχειν αὐτοὺς ὁμολογήσομεν. καὶ πρῶτοί γε οἱ ἀπὸ τῆς Μαρκίωνος αἱρέσεως Μαρκιωνισταὶ καλούμενοι, πλείστους ὅσους ἔχειν Χριστοῦ μάρτυρας λέγουσιν· ἀλλὰ τόν γε Χριστὸν αὐτὸν κατὰ ἀλήθειαν οὐχ᾽ ὁμολογοῦσι. καὶ μετὰ βραχέα τούτοις ἐπιφέρει λέγων·

Ὅθεν τοι καὶ ἐπειδὰν οἱ ἐπὶ τὸ τῆς κατὰ ἀλήθειαν πίστεως μαρτύριον κληθέντες ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας τύχωσι μετά τινων τῶν ἀπὸ τῆς τῶν Φρυγῶν αἱρέσεως λεγομένων μαρτύρων, διαφέρονταί τε πρὸς αὐτούς, καὶ μὴ κοινωνήσαντες αὐτοῖς τελειοῦνται, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συγκαταθέσθαι τῷ διὰ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν πνεύματι. καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθές, καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἐν Ἀπαμείᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ τυγχάνει γεγενημένον, ἐν τοῖς περὶ Γάϊον καὶ Ἀλέξανδρον ἀπὸ Εὐμενείας μαρτυρήσασι, πρόδηλον.

illos esse fatebimur. Primi certe qui Marcionis hæresim sequuntur, vulgo Marcionitæ cognominati, quamplurimos habere se dicunt martyres Christi. Et tamen Christum ipsum revera minime confitentur. Paucis deinde interpositis hæc subjungit.

Quamobrem, inquit, quotiescunque ecclesiæ viri ad martyrium pro vera fide subeundum vocati, una cum quibusdam de Phrygum hæresi qui martyres dicuntur, casu quodam coierint, semper ab illis dissentiunt: et communionem eorum sollicite vitantes, gloriosum martyrii exitum consequuntur; quippe qui Montani et muliercularum spiritui assensum commodare nefas ducant. Atque id verum esse constat ex iis quæ nostra ætate in urbe Apamea quæ ad Mæandrum sita est, gesta sunt a Caio et Alexandro martyribus, oriundis Eumenia.

Ex eodem libro hujus Operis.

VI. Ταῦτα (λέξεις τινὰς) εὑρὼν ἔν τινι συγγράμματι αὐτῶν ἐνισταμένων τῷ Μιλτιάδου τοῦ ἀδελφοῦ συγγράμματι, ἐν ᾧ ἀποδείκνυσι περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν, ἐπετεμόμην.

Hæc ego cum reperissem in quodam libro ipsorum adversus Miltiadem fratrem nostrum, qui peculiari opere docuerat non decere prophetam in ecstasi loqui: in compendium redegi.

Ex eodem libro hujus Operis.

VII. Ἀλλ' ὅγε ψευδοπροφήτης ἐν παρεκστάσει· ᾧ ἕπεται ἄδεια καὶ ἀφοβία· ἀρχόμενος μὲν ἐξ ἑκουσίου ἀμαθίας, καταστρέφων δὲ εἰς ἀκούσιον μανίαν ψυχῆς, ὡς προείρηται. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον, οὔ τέ τινα τῶν κατὰ τὴν παλαιὰν, οὔτε τῶν κατὰ τὴν καινὴν πνευματοφορηθέντα προφήτην δεῖξαι δυνήσονται· [a] οὔτε Ἄγαβον· [b] οὔτε Ἰούδαν· οὔτε Σίλαν· οὔτε τὰς Φιλίππου θυγατέρας· οὔτε τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν· οὔτε Κοδράτον· οὔτε γε δή τινας ἄλλους μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντας καυχήσονται. αὖθις δὲ μετὰ βραχέα, ταῦτα φησίν·

Εἰ γὰρ μετὰ Κοδράτον καὶ τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ

Pseudopropheta autem in falso mentis excessu cujus comes est licentia et audacia: a spontanea quidem imperitia initium sumens, in amentiam autem, ut jam dixi, involuntariam desinens. Hujusmodi vero spiritu nullum unquam nec in vetere, nec in novo Testamento prophetam afflatum poterunt demonstrare. Non Agabum, non Judam, non Silam, nec Philippi filias, nec Ammiam Philadelphensem, nec Quadratum, nec plures quoque alios, qui nihil ad ipsos pertinent, prædicabunt. Paucis deinde interjectis sic loquitur.

Nam si quidem ut prædicant,

[a] Act. xxi. 10. xv. 32. xxi. 9.

[b] Act. xv. 32.

Ἀμμίαν, ὥς φασιν, αἱ περὶ Μοντανὸν διεδέξαντο γυναῖκες τὸ προφητικὸν χάρισμα, τοὺς ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν τίνες παρ' αὐτοῖς διεδέξαντο, δειξάτωσαν· δεῖν γὰρ εἶναι τὸ προφητικὸν χάρισμα ἐν πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ μέχρι τῆς τελείας παρουσίας [b]ὁ ἀπόστολος ἀξιοῖ· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν δεῖξαι τεσσαρεσκαιδέκατον ἤδη που τοῦτο ἔτος ἀπὸ τῆς Μαξιμίλλης τελευτῆς.

post Quadratum et Ammiam Philadelphensem mulieres illæ Montani in prophetiæ gratiam successerunt, ostendant nobis quinam inter ipsos Montano ac mulierculis successerint. Etenim prophetiæ donum in omni ecclesia ad ultimum usque Domini adventum permanere debere auctor est apostolus. Sed nullum prorsus poterunt ostendere, tametsi jam quartusdecimus hic agatur annus ab obitu Maximillæ.

[b] 1 Cor. xiii. 8. Ephes. iv. 11, 12, 13.

ANNOTATIONES

IN ANON. AUCTOREM CONTRA CATAPHRYGAS.

P. 183. l. 9. Ἐκ πλείστου ὅσου &c.] Hæc præmisit Eusebius: Πρὸς μὲν οὖν τὴν λεγομένην κατὰ Φρύγας αἵρεσιν, ὅπλον ἰσχυρὸν καὶ ἀκαταγώνιστον ἐπὶ τῆς Ἱεραπόλεως τὸν Ἀπολινάριον, οὗ καὶ πρόσθεν μνήμην ὁ λόγος πεποίητο. (lib. iv. cap. 27.) ἄλλους τε σὺν αὐτῷ πλείους τῶν τηνικάδε λογίων ἀνδρῶν, ἡ τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχος ἀνίστη δύναμις· ἐξ ὧν καὶ ἡμῖν ἱστορίας πλείστη τις ὑπόθεσις καταλέλειπται. ἀρχόμενος γοῦν τῆς κατ' αὐτῶν γραφῆς τῶν εἰρημένων δή τις, πρῶτον ἐπισημαίνεται ὡς καὶ ἀγράφοις τοῖς κατ' αὐτῶν ἐπεξέλθοι ἐλέγχοις. Προοιμιάζεται γοῦν τοῦτον τὸν τρόπον· ἘΚ πλείστου ὅσου &c. *Et adversus Cataphrygarum quidem hæresim propugnator veritatis Deus, tum Apollinarem Hierapolitanum cujus supra meminimus, tum alios cum illo quamplures doctrina et eloquentia præstantes, tanquam validum atque invictum telum excitavit. A quibus etiam uberrima nobis materia ad præsentem historiam relicta est. Unus igitur ex illis in ipso principio operis quod adversus Cataphrygas composuit, prius se cum illis nuda voce dimicasse admonet, eorumque errores coarguisse. Sic enim sermonem suum orditur:* CUM jamdudum &c. Hic autem ad verba εἰρημένων δή τις ait VALESIUS; ita quidem ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Verum in optimis codicibus Mazar. ac Med. desunt duæ postremæ voces δή τις. In Fuketiano autem ita scriptum habetur τῶν εἰρημένων, ἤδη πρῶτον, &c. Porro quisnam sit iste ex cujus libro

adversus Cataphrygas testimonium hic adfert Eusebius, variæ sunt scriptorum opiniones. Rufinus quidem et Nicephorus in lib. iv. cap. 23. eosque secutus Baronius, hunc Apollinarem Hierapolitanum esse existimarunt, quem paulo ante nominavit Eusebius. Hieronymus vero in libro de scriptoribus Ecclesiasticis Apollonium esse credidit, graviori errore. Idem tamen de Miltiade loquens, Rhodonem hujus libri auctorem videtur facere. Nam in Apollonio quidem hæc dicit. *Apollonius vir disertissimus scripsit adversum Montanum, Priscillam et Maximillam insigne et longum volumen, in quo asserit Montanum et insanas vates periisse suspendio.* In Miltiade vero sic ait: *Miltiades cujus Rhodon in opere quod adversus Montanum, Priscillam, Maximillamque composuit, recordatur,* &c. Sed utrobique memoria labitur Hieronymus, dum Apollonio et Rhodoni tribuit, quæ dicta sunt a scriptore innominato, cujus hic fragmenta refert Eusebius. Hunc porro non esse Apollinarem Hierapolitanum, ex eo patet, quod Apollinaris quidem adversus Cataphrygarum hæresim adhuc nascentem libros scripsit, ut testatur Eusebius in fine lib. iv. Hic autem ignotus auctor, post Montani et Maximillæ ac Theodoti mortem libros suos exaravit, ut ex fragmentis liquet. Plura vide apud Halloixium in Notationibus ad vitam S. Apollinaris cap. 3. Qui tamen in eo fallitur, quod dicit librum Miltiadis ab hoc scriptore redactum esse in compendium. Quem quidem errorem abunde refellimus in capite sequenti. VALESIUS. Cum *codicis Fuketiani* lectione consentit *Bodleianus* noster sive *Savilianus*, et propter ipsam illam in libris nonnullis voculæ τις omissionem, ad Apollinarem pertinere egregia hæc fragmenta censebantur. Quid in codice altero *Norfolciensi* scribatur, cum mihi præsto non sit, haud certo scio. Hoc olim scripsi. Nunc vero Burtoni testimonio certior factus sum, extare voces δή τις cum in hoc codice, tum in *Parisinis Veneto* et *Florentinis.* Neque vero Valesio id concedendum, Hieronymum videri adeo sibi inconstantem fuisse, ut, cum in capite 39. opus hoc Rhodoni tribuisset, in eo quod proxime post sequitur, idem ab Apollonio compositum fuisse scriberet; quoniam illa de Apollonii adversus Montanum volumine ab Hieronymo dicta, non ex Eusebii historia, sed, ut ante indicatum est, ex ipso Apollonii libro, ab eo hausta videntur. Contra vero vult, fateor, Pear-

sonius *Vindic. Ignat.* part. I. cap. vi. p. 88. a se ipso dissedisse Hieronymum. Sed mecum post vidi hac de re consentientem cl. Keilium in Notis ad nuperam edit. *Fabricianæ Biblioth. Gr.* vol. vii. p. 161. qui ait, multis visum fuisse, Hieronymum Anonymi opus contra Montanistas Apollonio attribuisse, sed admodum fallaci suspicione inductis. Revera autem Rhodoni attribuisse Hieronymum idem opus contra Montanistas constat, ut monuit supra Fabricius ad Hieronymi *Viros Ill.* in *Rhodone*, quod Hieronymus ait illum *Miltiadis* meminisse, *in opere suo quod adversus Montanum, Priscam, Maximillamque composuit,* hac mentione in his Fragmentis ab Eusebio servatis comparente. Ad hæc nunc mihi compertum est, Vallarsio Hieronymi editori probatam esse auctoris sui sententiam; facile enim Hieronymum posse ait, ex aliis monumentis, vel ex ipso Rhodonis libro, auctorem, quem Eusebius nesciverit, didicisse. Interea Gallandius secutus, ut ait, Valesium, Tillemontium, Longuerueumque, hæc fragmenta tanquam si *Asterii Urbani* fuerint in tomo iii. suæ *Bibliothecæ Patrum* uua cum Valesii notis edidit. Sed hac de re paulo infra pag. 207. Ceterum scriptoribus qui *Apollinari* opus istud attribuerunt, adponendus est, ut puto, Auctor *Libelli Synodici* a Joanne Pappo primum editi, quod supra quidem ad S. Apollinarem, p. 173, Vol. I. ostendi. Immo Stephanus Baluzius (in *Nov. Collect. Conciliorum*) contra Valesium, ut monet Gallandius in Prolegom. tomi I. *Bibliothecæ PP.* p. cxxi. pro Apollinari in hac causa contendit.

P. 183. l. 10. Ἀουίρκιε Μάρκελλε] Αὐίρκιε ex Regio cod. ed. Steph. Rectius in codice Maz. Med. et Fuk. scribitur Ἀουίρκιε. Apud Nicephorum in lib. iv. legitur Ἀβέρκιε. In Menologiis Græcorum ad diem 22. Octobris mentio fit τοῦ ἁγίου καὶ ἰσαποστόλου Ἀβερκίου ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως, τοῦ θαυματουργοῦ. Cujus vitam Græce edidit P. Halloixius in tomo ii. de illustribus orientalis ecclesiæ scriptoribus. Est autem id nomen Latinum, ut opinor, quippe cum nullam habeat Græce originis notam. Valesius. *Editionis Steph.* lectionem in *codd. Regio* et *Paris.* 1. extantem, revocavit Strothius, alteram tamen præstantibus libris plerisque aliis.

Ibid. l. 11. τὴν τῶν κατὰ Μιλτιάδην λεγομένων αἵρεσιν] Nicephorus addit ἴσον δ' εἰπεῖν Μοντανὸν, quod Scholii a vice

Nicephoro additum esse non dubito. Sed cur hic quisquis est innominatus auctor, hæresim Cataphrygarum, Miltiadis potius quam Montani sectam appellaverit, obscurum est. Non enim hic Miltiadem illum intelligit, de quo Eusebius in sequenti capite loquitur. Is enim pro catholica veritate adversus Cataphrygas scripsit. Itaque Joannes Langus, vir doctissimus qui Nicephorum interpretatus est, hoc loco Alcibiadem pro Miltiade emendavit. Certe Alcibiades inter præcipuos auctores sectæ Cataphrygarum memoratur ab Eusebio supra in cap. 3. hujus libri. Aut igitur hic legendum est Alcibiades, aut illic scribendum Miltiades. VALESIUS. *τῶν κατὰ Φρύγας λεγομένην αἵρεσιν Christoph. Lectt. et Interp.* Recte Valesius monet pro Μιλτιάδην legendum esse Ἀλκιβιάδην, cujus supra inter principes Cataphrygarum sectæ mentionem fecerat Eusebius. Similis horum nominum permutatio deprehenditur infra cap. 17. STROTH. In loco quidem cap. tertii a Valesio indicato tres Cataphrygarum ductores, Montanus, *Alcibiades*, Theodotus, conjunctim memorantur, quorum duo Montanus et Theodotus hic postea reperti. In sexta autem *ῥήσει* quæ sequitur, pag. 192. nomen Alcibiadis pro Miltiade manifeste subditum erat. Propterea, cum res incerta sit, etsi melior fortasse corrigentium lectionem causa, quod proculdubio extitit Miltiades illustris auctor, qui contra Cataphrygas scripserit, nomen Miltiadis hic retinui. Neque id prætereundum est, etsi minus certum sit argumentum, quod attulit cl. Gallandius Prolegom. tomi ii. *Biblioth. PP.* p. xxxi. is enim, eo quod Auctor *Fragmenti De Canone S. Script.* p. 396. in his Collectaneis supra collocati, de Mitiade, vel fortasse Miltiade, hæretico quodam mentionem fecerit, inde confirmari arbitratur Eusebii lectioenm, Nicephorique eum exscribentis. Sed video cl. Heinich. cum Zimmermanno Eusebii loco *Alcibiadis* nomen nuper reponentem. Is recte pro *λεγομένην*, quod in edit. Valesiana extat, Stephani lectionem λεγομένων post Strothium, ut nunc ego feci, revocavit. Præstant λεγομένων referente Burtono *codd. Regius Parisienses* et *Florentini*, quibus addidit Heinichen. in *Supplemento Notarum* suarum *Dresdensem*. Desunt voces λεγομένων αἵρεσιν apud *Nicephorum*. Hæc denique usque ad Num. II. omisit interpretari Rufinus, quod deflendum est.

Ibid. ἐφεκτικώτερόν πως] In codice Regio ac Mediceo πως

accentum rejicit in ultimam syllabam antecedentis vocabuli. Quod ideo notare volui, quia ad marginem editionis Genevensis idipsum indicatur paulo obscurius. In codice quoque Maz. et Fuk. πως accentum rejicit in antecedentem vocem. VALESIUS. *In ed. Steph.* impressum fuerat πῶς cum circumflexo, cui et accentuum regula et codices scripti refragantur.

P. 183. l. 16. ᾧ μήτε προσθεῖναι μήτ' ἀφελεῖν] Forsitan auctoris in mentem venit illorum in capite ult. *Apocalypsis*, comm. 18. et 19. Certe illuc spectant Tertulliani verba *Adv. Hermogenem*, cap. 22. *Scriptum esse doceat Hermogenis officium. Si non est scriptum, timeat væ illud adjicientibus aut detrahentibus institutum.*

P. 184. l. 2. τὴν κατὰ τόπον ἐκκλησίαν] Πόντον. (*Steph.*) Longe præferenda est codicis Regii scriptura, quam confirmat etiam Nicephorus in libro iv. cap. 23. τὴν κατὰ τόπον ἐκκλησίαν. Id est ecclesiam illius loci, Ancyræ scilicet. Sic in inscriptione epistolæ Smyrnensium ad reliquas ecclesias καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις. Et infra (lin. 11.) VALESIUS. Apud Irenæum quoque invenias, τῆς κατὰ τόπον ἐκκλησίας πάσης αἰτησαμένης. lib. ii. cap. 31. ed. Massueti. Cum *Regio MSto* consentit *Norfolciensis*, et Strothium secutus τόπον in textum recepi. Idem nunc fecerunt Zimmerman. Heinichen. Burtonusque, testes qui addit *codd. Parisienses*, Heinichenus cod. *Dresdensem.*

Ibid. l. 5. διατεθρυλλημένην] Id est personantem ac perstrepentem. Tota enim ecclesia illius loci, rumore novæ prophetiæ personabat, cum ob tantæ rei novitatem cuncti de ea re loquerentur. Ex quo apparet, donum prophetiæ jam tum illis temporibus in ecclesia rarum atque inusitatum fuisse; quippe cum exorta Montani prophetia, tantos tumultus tunc temporis in ecclesia excitaverit. Quod certe non contigisset, si solemne tunc ac pervulgatum in ecclesia fuisset prophetiæ donum. Porro διατεθρυλλημένην Langus vertit *decantatam.* VALESIUS. At vero disertis verbis narravit Eusebius lib. v. *Hist.* cap. 3. Montanum cum sociis opinione multorum prophetam habitum fuisse, eo quod πλεῖσται καὶ ἄλλαι παραδοξοποιΐαι τοῦ θείου χαρίσματος in diversis ecclesiis tunc etiam fieri solitæ fidem fecerint κᾀκείνους prophetica gratia donari. Sed et testes sunt doni prophetici iis quoque temporibus crebro

collati Irenæus, atque alius præterea scriptor ortui Montanistarum æqualis Justinus Martyr. Hæc enim Irenæus in lib. v. *Contra Hæres.* cap. 6.—καθὼς καὶ πολλῶν ἀκούομεν ἀδελφῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προφητικὰ χαρίσματα ἐχόντων, καὶ παντοδαπαῖς λαλούντων διὰ τοῦ πνεύματος γλώσσαις, καὶ τὰ κρύφια τῶν ἀνθρώπων εἰς φάνερον ἀγόντων ἐπὶ τῷ συμφέροντι, καὶ τὰ μυστήρια τοῦ Θεοῦ ἐκδιηγουμένων. Et paulo ante S. Irenæum Justinus in *Dialogo cum Tryphone Judæo*; παρὰ γὰρ ἡμῖν καὶ μέχρι νῦν προφητικὰ χαρίσματά ἐστιν. ἐξ οὗ καὶ αὐτοὶ συνιέναι ὀφείλετε, ὅτι τὰ πάλαι ἐν τῷ γένει ὑμῶν ὄντα εἰς ἡμᾶς μετετέθη. cap. lxxxii. p. 189. *Op. S. Justin.* ed. Benedictinorum. Taceo de Melitone, qui teste Tertulliano apud Hieronymum *De Viris Ill.* cap. xxv. a plerisque propheta putabatur; sed nunquam defecturum esse in ecclesia donum propheticum auctor hic Anonymus fine Fragmentorum statuit. Fortasse ergo animos hominum turbaverat tunc nova prophetia, ob novum atque insolitum oracula edendi apud Montanistas modum, παρὰ τὸ κατὰ παράδοσιν καὶ κατὰ διαδοχὴν ἄνωθεν τῆς ἐκκλησίας ἔθος δῆθεν προφητεύοντος (Μοντανοῦ), ait ipse hic scriptor infra pag. 185. tum propterea quod nova edicta circa jejunia atque alias res præterea vates isti promulgare ausi fuerint.

P. 184. l. 7. ἑκάστοτε] ἕκαστά τε ed. Steph. Amplector emendationem Christophorsoni, qui ἑκάστοτε correxit, id est, assidue, quotidie. et sic Savilius ad oram libri sui emendavit. VALESIUS. In textum ipsam emendationem recepi fide *codicis Norfolc.* nixus. Nunc vero refert Burtonus, id se in eodem non deprehendisse. Mox abest ἐν ante τῇ ἐκκλησίᾳ ab *cod. codice* atque *Nicephoro.*

Ibid. l. 10. καὶ τοὺς ἀντιθέτους] Malim ἀντιθέους, ut legitur ad marginem editionis Genevensis. Cum enim jam dixerit τοὺς ἐξεναντίας ἀποκρουσθῆναι, ineptissima esset repetitio, si τοὺς ἀντιθέτους iterum nominaret. Verum ἀντιθέους, quod longe gravius est, appellat Montanistas, id est Dei adversarios, eo quod novum Paracletum inducerent. Atque ita in codice Fuk. et Savil. scriptum habetur. Si quis vero ἀντιθέτους retinere maluerit, non repugnabo. Infra enim dicuntur ἀντιδιατιθέμενοι, ut et apud Greg. Nyssenum libr. I. contra Eunomium, et Paulum in ii. ad Timoth. VALESIUS. Vox ἀντιθέους reposita est in *Marg. Exemplaris edit. Steph.* in biblioth. Bodl.

servati, quomodo a Scaligero allata est in libro Leidensi. Nunc Burtonus ait ceteros codices ἀντιθέτους habere.

P. 184. l. 14. τοῦ Ὀτρηνοῦ] Male apud Nicephorum legitur Ὀστρηνοῦ. Distinguendus autem videtur hic Zoticus Otrenus, a Zotico Comanensi episcopo, cujus infra meminit hic auctor. Nam Comanensis ille antiquior fuit. VALESIUS. Contra censuerat Baronius in *Annalibus*, eosdem fuisse hos homines; Zoticum episcopum in Armenia ex Martyrologio Romano afferens; et hallucinari vult Nicephorum, qui eum presbyterum non episcopum nominat, quia auctor infra episcopum eum dicit ex vico Comana oriundum. Hæc ad an. Christi 205. Baronius, p. 329. ed. Antverp. Sed Zoticum Otrenum hic memoratum, qui satis aperte distingui videtur a Zotico illo Comano, episcopali honore haud donatum fuisse etiam ex vocabulo constat, quo appellat eum Anonymus hic Scriptor; et dicerem Nicephoro in causa fuisse vocem συμπρεσβύτερος, ut eum *presbyterum* recte nominaret. Post vidi Pearsonium in *Vindic. Ignatian.* part. ii. cap. 13. ubi pro distinguendo duos inter se Zoticos Dallæo adversatus agit, præterea statuentem, hunc ipsum Anonymum scriptorem presbyterum tantum fuisse, quia nullus, ea præsertim ætate, episcopus historiam sui temporis, et res ab ipso gestas, memorans, alium *episcopum* compresbyterum appellasset. Forsitan verissimum hoc est; sed tamen ipsius Anonymi presbyteratus inde non probatur, id vero tantum, Zoticum quidem Otrenum haud episcopum fuisse sed presbyterum; nil enim usitatius est, vel posterioribus temporibus apud veteres, quam ut episcopi viros in secundo sacerdotii ordine constitutos compresbyteros suos vocarent. Ait quidem sæpenumero vir summus, presbyterum sese vocare Anonymum, sed ille nusquam id fecisse censeri potest, nisi hoc ipso loco, quo Zoticum compresbyterum suum appellat. Et res, quas se egisse testatur illo tempore Anonymus scriptor, cum munere episcopali mea quidem sententia magis conveniunt. Origenem quidem contra hæreticos apud Arabes similia fecisse ferunt, sed ab episcopis vocatum; Euseb. *H. E.* vi. 37. quocum conferas Niceph. *H. E.* v. 23. Ceterum Otrenen, a qua Zoticus appellatus, in Phrygia Salutari sitam esse monuit Pearsonius.

Ibid. l. 15. μὲν] Addunt αὐτόθι *Christoph. Lectt.* et *Interp.*

Stroth. Mox abest ἐνθάδε a *Cod. Norfolc.* cui nunc addit *MS. Venetum* Burtonus.

P. 184. l. 16. πέμψειν] Hoc edidi pro πέμπειν ex *MSS. Norfolc.* et *Bodl.* seu *Savil.* extante tamen in hoc libro πέμψει. Sic infra pag. 187. lin. 24. habes ἐπηγγείλατο τῷ λαῷ πέμψειν. Idem jam fecit Burtonus, qui codices addidit πέμψειν præstantes *Maz. Florentinos,* et, ut conjecit, *Med.* et *Fuket.*

P. 185. l. 2. Ἡ τοίνυν ἔνστασις καὶ ἡ πρόσφατος &c.] Præmisit Eusebius; Ταῦτα καὶ ἑξῆς τούτοις ἕτερα κατ' ἀρχὰς εἰπὼν τοῦ λόγου, τὸν αἴτιον τῆς δηλουμένης αἱρέσεως προϊὼν τοῦτον ἀνιστορεῖ τὸν τρόπον· Ἡ ΤΟΙΝΥΝ ἔνστασις &c. *Hæc et alia in exordio operis postquam dixit, paulatim ulterius progressus supradictæ hæresis auctorem describit his verbis:* IGITUR obstinata &c. Abest articulus ante πρόσφατος a *Cod. Norfolc.* et *Bodl.* Nunc vero ait Burtonus deficere hunc articulum ἡ ante ἔνστασις in his codicibus atque *Florentinis,* sed dubito. Certe abest ἡ ante πρόσφατος referente Heinicheno a *cod. Dresdensi.*

Ibid. l. 4. ἐν τῇ κατὰ τὴν Φρυγίαν Μυσίᾳ] Rufinus vertit. *Vicus quidam esse dicitur apud Phrygiam Mysiæ civitatem,* ineptissime. Nec melius Musculus et Christophorsonus interpretantur *apud Mysiam Phrygiæ.* Quid enim, amabo, sibi vult Mysia Phrygiæ? Duplex olim fuit Mysia, sicut et Phrygia, teste Strabone in lib. xii. Alia major, quam Olympenem vocat Strabo, alia minor, quam Hellespontiam vocat Ptolemæus. Utraque porro Phrygiæ contermina fuit. unde natum proverbium apud Græcos χωρὶς τὰ Μυσῶν. Fuit et altera Mysia in Europa, Thraciæ contributa, quam Latini quidem Mœsiam vocant, Græci vero semper Μυσίαν. Ad hujus ergo distinctionem, ἡ κατὰ Φρυγίαν Μυσία hic dicitur Mysia Phrygiæ contermina, seu Asiatica. Porro vicus iste in codice Maz. dicitur Ἀρδαβᾶβ. Valesius. Proverbium Græcum fere his verbis concipitur, Χωρὶς τὰ Φρυγῶν καὶ Μυσῶν ὁρίσματα. Exposuit Mich. Apostolius ἐπὶ τῶν ἐναντίων. Eustathius ad Dionysii *Periegesin* vers. 809. οὕτω δέ φασι δύσεργον εἶναι, διορίσαι Μυσοὺς καὶ Φρύγας, διὰ τὸ ἀδιάφορον τῆς οἰκήσεως, ὥστε τάχα καὶ τὴν παροιμίαν ἐντεῦθεν διεκπεσεῖν τὴν λέγουσαν, πόῤῥω τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα. p. 251. ed. Oxon. Mox Ἀρδαμᾶν pro Ἀρδαβαῦ exhibent *Christoph. Lectt.* et *Jonesiani Bod-*

leianique exemplarium editionis Steph. Margines. et *Codex MS. Bodl.* seu *Savil.* Nunc addas *Scaligeri edit. Steph. exemplar in biblioth. Leiden.* Sed lectionem receptam Ἀρδαβαῦ præstare testatur Burtonus *codices* quoque *Regium, Parisienses, Venet.* et *Florentinos.* Ἀρδαβὰ nomen scribitur a *Nicephoro* lib. iv. cap. 22.

P. 185. l. 6. πρώτως] Hoc est, primum omnium, hac secta incipiente, ante alios omnes. Non vertit Rufinus; in *MS. Bodl.* πρωτον est sine circumflexo.

Ibid. κατὰ Γράτον] De Montanistarum ortu videsis nonnulla infra pag. 210. Montanus autem sacerdos ethnicus prius extitisse fertur. Vid. not. in Apollonium Vol. 1. p. 482.

Ibid. l. 11. παρὰ τὸ κατὰ παράδοσιν καὶ κατὰ διαδοχὴν] Verba in sequentem modum vult interpretari cl. Moshemius in *Comment. De Rebus Christianorum ante Constant. M.* ea enim, ait, viros doctos sese intelligere negare: "Dicit scriptor antiquus "Montanum *res futuras vaticinatum esse* παρὰ τὸ κατὰ παρά-"δοσιν καὶ κατὰ διαδοχὴν ἄνωθεν τῆς ἐκκλησίας ἔθος. *præter morem* "*atque institutum ecclesiæ a majoribus traditum et continua dein-*"*ceps successione propagatum.* Veteri nimirum et perpetuo "ecclesiæ more sic comparatum erat, ut quæ invidiam Chris-"tianis et pericula parere poterant dogmata et oracula, de "Antichristo nimirum, de Romani orbis excidio, de malis et "calamitatibus imminentibus, caute occultarentur, nec publice "pronuntiarentur. Istam consuetudinem Montanus desere-"bat, atque ea quæ in arcanas aures dicenda erant, in vulgus "efferebat. Montani, præceptoris sui, periculosissimum ex-"emplum mulierculæ imitabantur, quæ partibus ejus sese ad-"junxerant. Prædicebat nempe Maximilla, πολέμους καὶ ἀκα-"ταστασίας, *bella et tumultus* in imperio Romano. (Eusebius "infra p. 190.) atque se mortua nullam amplius mulierem "fatidicam exorituram, sed συντέλειαν, *consummationem* scilicet "τοῦ αἰῶνος seu *mundi* futuram esse. Hæc oracula sola, si vel "cæteroquin nihil cum suis Montanus admisisset noxium, "Christianos inducere debebant pro ecclesiæ salute vigilantes, "ut ejusmodi homines incautos et audaces societate sua ex-"cluderent. Abundabat, quod veteres non dissimulant, Mon-"tanistæ vero prædicabant, secta Montani martyribus. Forte "plerique horum non tam Christi, quam imprudentiæ ac te-

"meritatis suæ martyres erant, Romanisque judicibus pœnas "violatæ majestatis imperii et orbis dederant." Sæc. Secundi sect. lxvii. p. 424. Vera quidem hæc sunt de cautione Christianorum, verisimilia et illa de temeritate Montanistica, et forsitan verba quæ mox sequuntur, καὶ τοὺς ὄχλους ταράττοντι, ista omnia Moshemii tueri videri possint; sed tamen, ni fallor, modus prophetandi præter morem solitum et in ecclesia receptum, æque ac res ipsæ prædictæ, hoc quidem loco reprehenditur; conferenda enim cum illis sunt, quæ postea pag. 192. Eusebius exscripsit, ubi evangelici vates, qui διεδέξαντο prophetiæ gratiam, ab auctore recensentur. Porro de more modoque prophetandi disceptare consuevisse Catholicos et Montanistas ex Tertulliano discimus, qui in lib. iv. *Contra Marcion.* illud disertis verbis prodidit. Ita enim capite 22. ὑπερασπιστὴς ille Montani, "Faciamus hic tria tabernacula, "unum tibi, et Moysi unum, et Heliæ unum; sed nesciens "quid diceret." *Quomodo nesciens? utrumne simplici errore, an ratione quam defendimus in causa novæ prophetiæ, gratiæ ecstasin, id est, amentiam, convenire? In spiritu enim homo constitutus, præsertim quum gloriam Dei conspicit, vel quum per ipsum Deus loquitur, necesse est excidat sensu, obumbratus scilicet virtute Divina, de quo inter nos et Psychicos quæstio est.* Ita et in lib. v. ejusd. tractat. c. 8. ex voce ἔκστασις argumentum ducit idem Tertullianus; *in ecstasi* (inquit) *id est, amentia, si qua linguæ interpretatio, accessit.* Cui quidem vocis interpretationi se opposuit, loca multa sacræ scripturæ exponens, Epiphanius in *Hæres.* xlviii. quæ tota adversus Cataphrygas disputatio fere in eo versatur, ut ostendatur perturbatus atque phreneticus vaticinandi modus, qui præter morem catholicæ ecclesiæ a Montano et prophetis ejus adhibitus sit, apud veteris novique testamenti vates nunquam obtinuisse. Confer Valesii notas infra, in quibus Tertullianum et Epiphanium adducit, ad voces παρεκστῆναι et παρεκστάσει, pp. 207. 214. Quod postremum dicit Moshemius de magno numero sectæ hujus martyrum, etsi nulli omnino martyres inter prophetas eorum teste hoc veteri auctore in ῥήσει III. extitisse videntur, firmabitur tamen ejusdem verbis in ῥήσει V. Et conferas quæ infra notavi ad pag. 192. lin. 15.

P. 186. l. 3. χαρίσματι] Addunt πεπληρωμένῳ (for. πεπλη-

ρωμένοι) *Christoph. Lectt.* et *Interp.* cum *Rufino.* ut videtur, recte. Strothii. Mox καυχώμενοι pro χαυνούμενοι *MS. Norfolc.*

P. 186. l. 5. βλαψίφρον καὶ ὑποκοριστικὸν] βλασφήμον φρένον (lectionis duplicis vestigium) καὶ ὑποκριτικὸν *MS. Norfolc.* βλαψίφρονον *MS. Savil.* seu Bodl. Nunc addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fukct.* Heinichenus *cod. Dresdensem.*

Ibid. l. 7. εἰς τὸ μηκέτι κωλύεσθαι σιωπᾷν] Olim pro κωλύεσθαι reponendum notavi verbum κελεύεσθαι propter jussos spiritus falsos silere, non tantum hoc loco et infra, sed etiam alibi apud Serapionem Vol. I. p. 452. et Firmilianum *Epistola* §. 8. Nunc vero propter superiora verba καὶ λαλεῖν ἐκώλυον, retinendum puto κωλύεσθαι, et legendum, κωλύεσθαι λαλεῖν, καὶ σιωπᾶν. Facilis error propter τὸ ὁμοιοτελευτόν.

Ibid. l. 9. κατὰ τῶν παρηκόων] Rufinus *indisciplinatos* vertit, Musculus *immorigeros*, non male. Intelliguntur enim ii qui præceptum Domini, quo præmoniti fuerant ut a falsis pro-prophetis caverent, negligebant; τῆς διαστολῆς τοῦ Κυρίου ἐπιλανθανόμενοι, ut supra loquitur hic innominatus scriptor. Pessime Christophorsonus. Valesius. Rufinus illud ὁ διάβολος de Montano male exposuit.

Ibid. l. 11. τὴν ἀποκεκοιμημένην] Metaphora est a mulieribus, quæ relicto mariti thoro furtim ad mœchum transeunt. Nam κοιμᾶσθαι, seu dormire, de hujusmodi adulteriis dici solet, ut in libris sacris occurrit non semel. Quod cum non intelligeret Christophorsonus, *erroris somno consopitam* vertit. Valesius.

Ibid. l. 12. κατ' ἀλήθειαν] Ita per apocopen *MS. Bodl.*

Ibid. l. 13. καὶ ἑτέρας] Strothius ait, καὶ ἑταίρας *Christophorsonum* exhibere non male. Cui dum non assentior, puto hunc simili usum esse loquendi formula, atque S. Lucam in *Evangelio;* Ἤγοντο δὲ καὶ ἕτεροι δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ ἀναιρεθῆναι. *Luc.* xxiii. 32. Proxime post in *Flor.* 1. secunda manu additum est ὡς ante δῆθεν. Vertit nimirum Rufinus, *Alii autem velut a Sancto Spiritu repletum, et prophetiæ gratia repletum putabant.*

Ibid. l. 16. καὶ τοὺς μὲν χαίροντας καὶ καυχωμένους &c.] Hæc periodus connectenda est cum illa sequenti τὴν δὲ καθόλου &c. Sic enim sensus integer absolvitur; quod interpretes non animadverterunt. Tamen acumen interpretis in hoc præcipue elucet, ut verborum ac sensus ἀκολουθίαν diligentissime consectetur. Porro hic locus in codice Maz. Med. Fuk. et Savil.

ita legitur *καὶ τοὺς μὲν χαίροντας καὶ χαυνουμένους ὑπ' αὐτῶν*, &c. Valesius.

P. 187. l. 1. *ἵνα καὶ ἐλεγκτικὸν*] Sciebat Montanus, seu dæmon qui per Montani os loquebatur, olim a Domino prædictum fuisse, fore ut Spiritus Dei in adventu suo mundum argueret de peccato. Itaque dæmon ille ut verum Dei Spiritum se esse auditoribus confirmaret, eos interdum arguebat et objurgabat. Vide Ambrosium in Epist. ad Thessal. cap. 5. Cujus verba hic merentur adscribi. *Hinc est unde et Joannis apostoli epistola.* Nolite, *inquit*, omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt. *quia si multa bona dicat, in aliquo autem quod fidei adversum est promat, sciatur non esse Spiritus Sanctus. Nihil enim erroris in Spiritu Sancto poterit reperiri. Sed aut per exercitium eloquii, quædam spiritalia, quædam vero carnalia, quia omnis error carni deputatur; aut certe commento quodam astutiæ bona fingit, ut his inserat mala, sicut supra memoravi: quemadmodum in Montano et Priscilla et Maximilla prophetis Cataphrygarum Spiritus mundi imitatione boni simulabat, ut per multa verisimilia, necnon et vera, mentiretur se esse Spiritum Sanctum.* Valesius. Confer 1. *Cor.* xiv. 24, 25. et Tertull. *de Anima*, cap. 9.

Ibid. l. 5. *ὅτι μήτε τιμὴν*] Omittit *Margo ed. Genev.* sed *Christoph. μήτε πάροδον εἰς αὐτὴν μήτε τιμήν.* Stroth. Verba *ὅτι μήτε τιμὴν cod. Savil.* seu *Bodl.* non agnoscit.

Ibid. l. 8. *εἰς τοῦτο συνελθόντων*] Christophorsonus legisse videtur *εἰς ταὐτό.* Valesius.

Ibid. l. 22. *'Επειδὰν τοίνυν* &c.] Præmisit Eusebius. *Ταῦτα ἐν πρώτοις ἱστορήσας, καὶ δι' ὅλου τοῦ συγγράμματος τὸν ἔλεγχον τῆς κατ' αὐτοὺς πλάνης ἐπαγαγών· ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς τελευτῆς τῶν προδεδηλωμένων ταῦτα φησίν.* 'ΕΠΕΙΔΑΝ *τοίνυν* &c. *His in principio operis commemoratis, ac per totum deinceps librum confutatione illorum erroris adjecta, supradictus scriptor in secundo libro de illorum quos dixi obitu ita scribit:* QUANDO igitur &c. *ἐπεὶ δὴ* pro *ἐπειδὰν*, notante Strothio, habet *Nicephorus.*

Ibid. *προφητοφόντας*] *προφητοφῶντας Stephani MS.* (hic est *Medic.*) *Margo ed. Genev.* et *Margo Jonesiani Exemplaris.* Stroth. Nunc addit Burtonus codices *Maz. Fuket. Savil.*

dum προφητεύοντας habent *Paris.* 1. et *Norfolc.* qui μὴ omittit. Conf. *Mat.* xxiii. 24. a Didymo Alex. fine harum Annotatt. seu potius a Maximilla pseudo-prophetissa allatum.

P. 187. l. 23. ἀμετροφώνους] Alludit ad epithetum illud, quo Homerus in Iliade Thersitem affecit, ἀμετροεπὴς, quod idem est ac falsiloquus. Nam qui mentiuntur, nullum in dicendo modum servare solent. VALESIUS. τὰς ἀμετρ. αὐτῶν προφητείας ἐξεδεξάμεθα Nicephorus posuit. Præstant ἐξεδεξάμεθα teste Burtono *codd. Florentini.*

P. 188. l. 1. τῶν γυναικῶν] τῶν præfixi post *MSS. Bodl.* et *Norfolc. Nicephorum*que, cui lectioni favet illud infra p. 193. l. 2. τοὺς ἀπὸ Μοντάνου καὶ τῶν γυναικῶν. Conf. et p. 191. Hoc olim notaveram. Nunc Burtonus τῶν recepit, quod quidem ait præstare codices omnes præter *Regium* et *Venetum.*

Ibid. ὑπὸ Ἰουδαίων] Hos dicit, propterea quod ad Judæam gentem missurum se esse prophetas Christus promiserat.

Ibid. l. 3. ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος] In Nicephoro legitur ὑπὲρ τοῦ νόμου, quod non probo. subauditur enim τοῦ Χριστοῦ, ut Rufinus et Christophorsonus supplevit. Sic infra cap. 18. loquitur Apollonius, ubi de Alexandro (supra Vol. I. pag. 470.) VALESIUS. Additum est, sed secunda manu, in *cod. priori Florentino* illud τοῦ Χριστοῦ. Conferas Annott. in S. PETRUM ALEX. Vol. III. *Reliq. Sacr.* p. 353. et in *Auctorem Contra Hæreticos* Vol. I. *Script. Eccles. Opusc.* fine Annotatt. Ceterum ex prædictionibus Christi de prophetarum suorum vexationibus arguit hic auctor falsos prophetas illos Montani esse, qui fuerint illæsi. Post οὐδὲ γὰρ *MS. Norfolc.* pro οὐ γὰρ οὖν.

Ibid. l. 8. ὑποκινήσαντος] ἀποκινήσαντος *Gruteri Lectt.* et *Margo Jonesiani exempl.* STROTH.

Ibid. l. 9. κατὰ δὲ τὸν] κατὰ γὰρ τὸν *Christoph. Lectt.* STROTH.

Ibid. ἑκάστου] ἑκατέρου *Christoph. Lectt.* STROTH. Supra in lin. 8. pro ἑκατέρους scriptum est in *MS. Norfolc.* adverbium ἑκατέρως, additumque τοὺς ante ἑαυτούς.

Ibid. l. 13. οἷον ἐπίτροπον] Rufinus hæc verba non agnoscit. Sic enim vertit *veluti primogenitum prophetiæ ipsorum, Theodotum nomine.* Omnes tamen codices et Nicephorus, hanc vocem agnoscunt. Erat apud Montanistas area quædam, in

quam sodales stipem conjiciebant ad prophetarum alimoniam. Primus Theodotus hujus arcæ curam gessit, quem idcirco procuratorem prophetiæ hic scriptor vocat, quod reditus illorum et prædia procuraret. Erat alioqui Montanus cum suis prophetissis, magnus æruscator, qui pecuniam undique corraderet oblationum specie. Salaria etiam præbere solitus iis, qui doctrinam suam prædicarent, ut scribit Apollonius apud Eusebium in capite sequenti (supra p. 467.). Arcam igitur seu fiscum habuerit necesse est, et procuratorem ærarii, qui salaria, id est, pecunias numeraret iis quibus Montanus decreverat. VALESIUS. At vocem ἐπίτροπον sensu improprio hoc loco dici monet post Lemoyneum in *Var. Sacr.* 1. p. 465. cl. Heinichen. ad locum, qui et opinatur, Rufinum liberius tantum verba οἷον ἐπίτροπον vertisse.

P. 188. l. 14. πολὺς αἱρεῖ λόγος] In codice Medicæo Maz. et Fuk. legitur ἐρεῖ. Apud Eusebium tamen in lib. viii. bis ita scribitur ut hoc loco scriptum vides, πολὺς αἱρεῖ λόγος. ubi αἱρεῖ idem valet ac κρατεῖ. VALESIUS.—λόγος παρεκστῆναι τε καὶ καταπιστεῦσαι ἑαυτὸν τῷ τῆς ἀπάτης πνεύματι, ἀφ' οὗ αἱρόμενόν ποτε καὶ ἀναλαμβανόμενον εἰς οὐρανοὺς *Christoph. Lectt.* et *Interp.* STROTH. In *MSto* quoque *Norfolc.* male ἐρεῖ. Ita et ceteri omnes, teste Burtono, præter *Regium, Venetum, Florentinos* et *Paris.* 2. Addit his posterioribus *cod. Dresdensem* Heinichenus.

Ibid. l. 15. παρεκστῆναι] Male interpretes omnes hunc locum cepere. παρεκστῆναι est falso mentis excessu abripi. Sic παρέκστασις supra sumitur, id est falsa ecstasis. Sunt enim veræ ecstases in ecclesia, cujusmodi fuit Petri apostoli, in Actibus cap. x. et xi. ubi Petrus vidisse dicitur in ecstasi visionem. Talis item fuit ecstasis Pauli apostoli, cum ad tertium usque cælum abreptus est. Puerorum quoque ecstases in testimonium adducuntur a Cypriano in epistola nona. Sunt item falsæ ecstases apud hæreticos, quæ παρεκστάσεις eleganter dicuntur ab hoc scriptore. Eodem modo quo παραδιορθώσεις falsæ emendationes dicuntur a Porphyrio in quæstionibus Homericis. Et hæ quidem falsæ ecstases, propius ad furorem accedunt, utpote a dæmone procuratæ. Illæ vero quæ a divino Spiritu immittuntur, placidæ sunt, nec statum mentis ullo modo perturbant, ut docet Epiphanius in hæresi Cataphrygarum, et hic auctor innominatus. Quare fallitur

Nicolaus Rigaltius, qui in Notis suis ad Epistolam nonam Cypriani, ecstases furorem et alienationem mentis interpretatus est. Non ita Hieronymus, cujus hæc sunt verba ad Suniam et Fretelam. *Aliter enim Latinus sermo* ἔκστασιν *exprimere non potest, nisi mentis excessum.* Ita etiam Tertullianus in libro de Anima cap. 45. *Hanc vim ecstasim dicimus, excessum sensus et amentiæ instar.* Idem tamen *ecstasim* absolute *amentiam* interpretatur, aitque spiritalem esse vim qua constat prophetia. Sic in lib. de Anima cap. 21. et in libro iv. contra Marcionem cap. 22. Verum hæc a Tertulliano scripta sunt Montani erroribus jam decepto. VALESIUS.

P. 188. l. 18. ἀλλὰ μὴ ἄνευ τοῦ ἰδεῖν ἡμᾶς ἐπίστασθαί τι τῶν τοιούτων νομίζομεν] In codice Regio, Maz. Fuk. Sav. et Med. scriptum reperi ἀλλὰ μή. Quam lectionem veriorem esse existimo; eamque secutus est Musculus. At Christophorsonus hæc per interrogationem dici existimavit. VALESIUS. μὴν *ed. Steph.* mox legitur ἄνευ τοῦ δεῖν in *MS. Steph.* et ad *marg. edit. Genev.* et μὴν δεῖν ἡμᾶς sine ἄνευ τοῦ *Jonesianum Steph. Exemplar.* STROTH. In *editionis Steph. exemplari*, quod in Bodleiana servatur, ἄνευ punctis notatum est, et abfuit a *Scaligeri MSto.* τι abest a *MS. Norfolc.* in quo scribitur νόμιζε pro νομίζομεν, respuitque vocem τοιούτων *MS. Bodl.* seu *Savil.* Nunc refert Burtonus codices omnes præter *Jonesii Lectt.* præstare μὴ, sed scribi δεῖν pro ἰδεῖν in *codd. Med. Maz. Fuket. Paris.* 1. et *Savil.* ad hæc extare in *Florentino posteriori*, atque a secunda manu in *priori*, νομίζωμεν pro νομίζομεν. Hoc quidem ex conjectura fortasse causa emendandi ortum est, sed particula μὴ post ἀλλὰ cum verbo ἐπίστασθαι construi debet. Ceterum Apollonium ecclesiasticum scriptorem tradidisse, *Montanum et insanas vates periisse suspendio*, ait Hieronymus *De Viris Ill.* cap. xl. Cons. not. ad APOLLONII Fragmenta supra Vol. I. p. 465. et ad horum Fragment. init.

P. 189. l. 7. Καὶ μὴ λεγέτω &c.] Alium præstiturus Eusebius ejusdem auctoris locum, hæc præmisit; Αὖθις δ' ἐν τῷ αὐτῷ φησὶ λόγῳ, τοὺς τότε ἱεροὺς ἐπισκόπους πεπειρᾶσθαι μὲν τὸ ἐν τῇ Μαξιμίλλῃ πνεῦμα διελέγξαι· κεκωλύσθαι δὲ πρὸς ἑτέρων, συνεργούντων δηλαδὴ τῷ πνεύματι. γράφει δὲ οὕτως. ΚΑΙ μὴ λεγέτω &c. *Refert præterea in eodem libro sanctissimos episcopos spiritum illum qui in Maximilla residebat, confutare conatos quidem*

fuisse; sed ab aliis qui spiritui favebant, prohibitos. Verba ejus hæc sunt. Nec mihi jam dicat &c.

P. 189. l. 7. ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τῷ κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανὸν] Hæc verba scholion esse mihi videntur, quod vetus quidam Scholiastes, seu Eusebius ipse, ad marginem libri sui annotaverat ad ea verba quæ paulo ante præcesserunt, αὖθις δὲ ἐν τῷ αὐτῷ φησὶ λόγῳ. Porro ex his verbis elicitur, Asterium Urbanum auctorem esse horum trium librorum adversus Cataphrygas, non autem Apollinarem, ut credidit Rufinus et Christophorsonus. Valesius. Verba ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τῷ κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανὸν Valesius scholion aut ipsius Eusebii, aut librarii satis antiqui esse putat, ac inde huic Asterio Urbano tribuit fragmenta hæc: quod idem etiam Tillemontius fecit. At nos quidem jam ad versionem vernaculam (a Strothio ipso factam) notavimus, verba ἐν τῷ αὐτῷ κ. τ. λ. plane non pro Eusebii propriis esse habenda, sed potius auctori isti Anonymo, cujus fragmenta Eusebius refert, tribuenda. Retulerat nempe hic auctor antea quædam ex libro quodam Asterii Urbani, qui forsan et ipse Montanista fuit, quæ Eusebius excerpere inde, ac nobiscum communicare, necesse non putavit. Nunc pergit idem ille Anonymus: *ne dicat, quemadmodum in eodem Asterii Urbani libro, (ex quo scilicet jam supra quædam retulimus) spiritus* &c. Hanc horum verborum sententiam quoque viderunt, Christophersonus, Dodwellus, Fabricius Bibl. Gr. vol. v. p. 190. ac S. V. Walchius in Histor. Hær. tom. I. p. 658. Sic enim Eusebius adducere sæpe solet aliorum verba, ut omittat ex antecedentibus, quæ ad intelligenda adducta fere necessaria sunt. Stroth. Dixit Strothius ad alium præterea Eusebii locum lib. v. c. 18. sive supra p. 471. ubi Apollonii ῥήσεις afferuntur, καὶ πάλιν φησὶν (Apollonius) ὡς ἄρα Ζωτικὸς, οὗ καὶ ὁ πρότερος συγγραφεὺς ἐμνημόνευσεν, ἐν Πεπούζοις προφητεύειν ἤδη προσποιουμένης τῆς Μαξιμίλλης ἐπιστὰς, διελέγξαι τὸ ἐνεργοῦν ἐν αὐτῇ πνεῦμα πεπείραται, dixit, inquam, Strothius, etiam ex hac appellatione, ὁ πρότερος συγγραφεὺς, confici posse, Eusebium ipsum ejus nomen ignorasse, atque adeo eum non esse Asterium Urbanum. Itidem cl. Keilius ad ed. nuperam *Fabricianæ Bibliothecæ Gr.* vol. vii. p. 161. ita commentatus est. "Hæc verba, ut bene jam vidit Gottl. "Wernsdorfius, *De Montanistis, Sec.* ii. *vulgo creditis Hære-*

" *ticis*, p. 4. not. 8. haud obscure videntur declarare, istum " Asterium Urbanum ipsum fuisse Montanistam, inque sectæ " suæ gratiam Apologiam scripsisse. Omnino enim, quinam " fuerit iste Asterius, in ultimo veterum de eo silentio nos " totos fugit." Hæc Keilius. Et fortasse ad imitationem inscriptionis evangeliorum titulus hic præfixus est, *Λόγος κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανὸν, Liber auctore Asterio Urbano.*

P. 189. l. 13. λαλοῦντι] λαλοῦντας *MS. Steph. Margg. ed. Genev.* et *Jonesiani Steph. exemplaris.* STROTH. Hi fortasse pro uno tantum teste habendi sunt, et cum recepta lectione facit vetus interpretatio *Rufini*, *spiritum qui loquebatur in Maximilla.* Ceterum hæc illustrantur verbis Pauli in 1 *Cor.* xiv. 24. 25. 29. quo respicit auctor.

Ibid. l. 14. Κομάνης] Oppidum videtur fuisse Pamphyliæ. Certe Ephesius episcopus Comanenus memoratur in epistola episcoporum Pamphyliæ provinciæ ad Leonem Aug. quæ refertur in parte tertia Concilii Chalcedonensis. p. 391. VALESIUS. Κουμάνης scriptum est in *MS. Norfolc.* Nunc addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket. Paris* 1. et *Savil.* Comanam Armeniæ Secundæ adscripsit, sicut ante Baronius, itidem Pearsonius in loco jam indicato p. 200. Ad urbem alteram quod attinet Apameam, dubium videtur, utrum Apamea, quæ ad Meandrum dicta est, in Phrygia sita, quamque auctor infra memorat, designetur, an urbs cognominis apud Bithyniam.

Ibid. l. 15. *οἱ περὶ Θεμίσωνα*] Illustris hic fuit inter Montanistas, qui se confessorem et martyrem jactabat; aususque est epistolam catholicam exemplo apostoli scribere ad ecclesias, ut novam prophetiam commendaret. De hoc multa Apollonius in sequenti capite (supra p. 468.). VALESIUS. Ibi scribit et Eusebius, consignasse litteris Apollonium hanc Zotici repulsam. Et simile quid passum fuisse Sotam Anchiali urbis Thraciæ episcopum, cum dæmonium Priscillæ ejicere voluisset, jurejurando testatum reliquit Ælius Publius Julius, Debelti antistes. Vid. SERAPIONIS Fragmenta supra in vol. I. pag. 451. et notam ad loc.

P. 190. l. 5. *πλείω γὰρ ἢ τρισκαίδεκα ἔτη*] Ita quoque ad fragmentorum finem auctor ait, *τρισκαιδέκατον ἤδη που τοῦτο ἔτος ἀπὸ τῆς Μαξιμίλλης τελευτῆς.* Atque inde, ni fallor, deprehendenda vera ipsius ætas est. Cavius quidem, quemad-

modum alii quoque, statuit, floruisse eum circiter an. P. C. 188. Sed scripsisse eundem post Apollonium Valesius ostendit. Apollonius enim, qui quadraginta annos completos fuisse prodit ab initio hæresis Montani ad tempus quo ipse scriberet, adhuc superstitibus Montano et prophetissa ejus opus suum composuisse videtur; dum alter hic auctor testatur se tredecim annos post Montani et Maximillæ obitum sua scripsisse. Vide Valesium supra ad APOLLONII Fragmenta, p. 482. Cum vero Eusebius in *Chronico* anno post Christum 172. Montanistarum ortum assignaverit, quem secutus est ipse Cavius *Hist. Lit.* in voce *Montanus*, posteriorem hunc auctorem constat post annum 225 librum suum litteris mandasse; si modo vera sit Eusebiana temporis computatio. Sin autem etiam numeri illi Epiphanii, qui anno 156 Montanistas apponunt, vetustiores hos facientes, quam quævis aliæ rationes antiquæ, Pearsonio et Dodwello suadentibus, præferri deberent, nihilominus sæculo tertio, non secundo, hoc quidem opus foret attribuendum. Non me fugit statuisse cl. Baraterium in *Disquis. De Successione Episcop. Rom.* cap. xi. etiam multo citius ortos esse Montanistas, sed vereor ut satis firmis argumentis fultus aliorum ferme omnium hac de re sententiis se opposuerit.

Quæ notavi, priusquam scriptum vidi a Gallandio in Prolegom. tom. iii. *Biblioth. Patrum* p. xii. ad annum usque 231 prorogasse hujus scripti ætatem Tillemontium. "Ex auctoris "verbis colligit, subductis rationibus, Tillemontius *Mem. Eccl.* "tom. ii. p. 441. ista scripsisse Asterium (vid. supra) circa "Domini annum 231, imperii vero Alexandri XI. et jure qui-"dem: nam Alexander, Herodiano teste, Hist. lib. vi. sub "init. εἰς τεσσαρεσκαιδέκατον ἐλάσας τῆς βασιλείας ἔτος ἀναι-"μωτὶ ἦρξεν annis 14 extra sanguinem gessit imperium, ut "proinde quiete agere permissi fuerint Christiani eo impe-"rante, adeoque pax illa, qua sub Antonino Caracalla, sub "Macrino, necnon sub Elagabalo fruebatur ecclesia, sub "Alexandri quoque imperio stabilis et firma permansit, ut "scribit noster auctor." Sed vero nonnulli Herodiani narrationi contradicunt, quo minus pax longa ab auctoribus commemorata Alexandri imperio tribuatur. Esto, at nimia illa Montanistarum vetustas cum Eusebii saltem rationibus male

convenit in Historia non tantum in Chronico suo origines istius sectæ statuentis. Adeundum enim est libri v. cap. 3.

P. 190. l. 7. κόσμῳ] τῷ κόσμῳ *MS. Norfolc.*

Ibid. ἀλλὰ καὶ] Abest καὶ ab *ed. Steph.* sed idem exhibent *Rufinus* aliique. Stroth. Scriptum ἐλέους pro ἐλέου in *MS. Bodl.* Nunc addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket. Florentinos*que.

Ibid. l. 18. Ὅταν τοίνυν &c.] Post libri secundi fragmenta ad alia ita pergit Eusebius: Καὶ ταῦτα δὲ ἐκ τοῦ δευτέρου συγγράμματος. καὶ ἀπὸ τοῦ τρίτου δὲ σμικρὰς παραθήσομαι λέξεις, δι' ὧν πρὸς τοὺς αὐχοῦντας, ὡς ἄρα πλείους καὶ αὐτῶν μεμαρτυρηκότες εἶεν, ταῦτα φησίν· ὍΤΑΝ τοίνυν &c. *Atque hæc in secundo leguntur libro. Ex tertio item volumine pauca proferre libet, ubi adversus eos qui jactabant plures illorum martyrio esse coronatos, hæc dicit:* POSTQUAM vero &c.

Ibid. l. 21. τῆς δυνάμεως] Non agnoscit *MS. Norfolc.* nec in codice invenit suo vetus interpres, qui sic vertit, *Et hoc esse indicium, quod verus sit apud ipsos propheticus sermo.*

P. 191. l. 4. τόν γε] γε abest a *Nicephoro*, τόν τε *ed. Steph.* Stroth.

Ibid. l. 5. κατὰ ἀλήθειαν] Phantasiastarum seu Docetarum opiniones, quibus Marcion imbutus est, signat auctor. Vid. Tertullian. lib. iii. *adv. Marcion.* cap. 8.

Ibid. l. 7. Ὅθεν τοι καὶ ἐπειδὰν &c.] In *Christophorsoni Lectt.* hoc ὅθεν τοι deest, et post οἱ sequitur illud ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας.

Ibid. l. 11. αὐτοῖς] Abest ab *ed. Steph. Rufinus, Niceph. Christoph. Lectt. editioque Valesii* exhibent. Mox verbum τελειοῦνται suo loco movent, ac demum post πνεύματι ponunt, *Christoph. Lectt.* Stroth. αὐτοῖς *margo* exhibet *exemplaris ed. Steph.* quod in Bodleiana servatur. Ita et *margo Scaligeriani exempli.* Sed abest, nunc testante Burtono, a *codd. Reg.* et *Parisinis.*

Ibid. l. 13. καὶ ὅτι—πρόδηλον] Musculus vertit: *Quod autem hoc verum, et nostris temporibus—factum sit, jam antea patet.*

Ibid. l. 15. ἐν τοῖς περὶ Γάϊον καὶ Ἀλέξανδρον] De hisce duobus martyribus quod posuit Baronius, quomodo se tueri possit, nescio, in Notis ad *Martyrol. Roman.* Martii 10; nisi forte ex pseudepigraphis, "Eorum martyrium scripsit S. Dionys. Episc. "Alexandrinus. Extat apud Euseb. Hist. lib. 5. c. 15. in fin."

scil. hoc loco, p. 126. ed. Venet. 1630. Eumenia, ex qua oriundus saltem Alexander, Phrygiæ urbs erat prope Apameam.

P. 192. l. 2. Ταῦτα εὑρὼν &c.] Pergit Eusebius capite 17. *Hist.* suæ ita scribere, Ἐν τούτῳ δὲ τῷ συγγράμματι καὶ Μιλτιάδου συγγράφεως (τοῦ συγγράφεως *MS. Norfolc.*) μέμνηται, ὡς λόγον τινὰ καὶ αὐτοῦ κατὰ τῆς προειρημένης αἱρέσεως γεγραφότος. παραθέμενος γοῦν αὐτῶν λέξεις τινὰς, ἐπιφέρει λέγων· ΤΑΥΤΑ εὑρὼν &c. *In eodem quoque libro Miltiadis cujusdam scriptoris mentionem facit, qui adversus supradictam hæresim librum conscripserit. Citatis enim quibusdam verbis illorum hæreticorum, ita deinde scribit :* HÆC ego cum reperissem &c. Ubi Valesius : Ex his patet error Hieronymi in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis (cap. 39.) ubi hæc scribit, *Miltiades, cujus Rhodon in opere suo, quod adversus Montanum, Priscillam, Maximillamque composuit, recordatur.* Non Rhodonem, sed innominatum hunc scriptorem debuit dicere. Nam Rhodon adversus Montanum et Cataphrygas non scripsit, sed adversus Marcionis hæresim, ut testatur Eusebius. Valesius. Aliter narrat Hieronymus in cap. 37. ejusd. op. Vid. supra not. ad init. horum Fragment. p. 195. De Miltiade, quem uti notavit infra ad Eusebium Valesius, *ecclesiarum sophistam*, id est rhetorem et disputatorem, vocat Tertullianus, addidit hæc ipse Eusebius fine hujus capitis, cum auctorem hunc Contra Cataphrygas missum fecisset ; Οὗτος μὲν δὴ τοσαῦτα. Ὁ γέ τοι πρὸς αὐτοῦ δεδηλωμένος Μιλτιάδης, καὶ ἄλλας ἡμῖν τῆς ἰδίας περὶ τὰ θεῖα λόγια σπουδῆς μνήμας καταλέλοιπεν, ἔν τε οἷς πρὸς Ἕλληνας συνέταξε λόγοις, καὶ τοῖς πρὸς Ἰουδαίους· ἑκατέρᾳ ἰδίως ὑποθέσει ἐν δυσὶν ὑπαντήσας συγγράμμασιν· ἔτι δὲ καὶ πρὸς τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας, ὑπὲρ ἧς μετῄει φιλοσοφίας, πεποίηται ἀπολογίαν. Hunc inter scriptores, qui adversus gentes pro veritatis defensione et contra hæreticos se opposuerant, memorat Parvi Labyrinthi auctor. Vide Caii Fragmenta supra p. 129. Sed omnia Miltiadis opera, ait Cavius *Hist. Lit.* vol. I. in *voce*, adeo funditus perierunt, ut eorum ne fragmentum quidem hodie supersit.

Ibid. l. 3. Μιλτιάδου] Nescio quo fato Alcibiadis nomen pro Miltiade, et Miltiadis pro Alcibiade substitutum est. Nam superiore quidem capite Miltiadis vocabulum pro Alcibiade positum esse observavimus. Hic contra, Alcibiades pro

Miltiade irrepsit. Certe apud Nicephorum Μιλτιάδου legitur. quamquam nec Nicephorus, nec Christophorsonus hunc locum intellexit. Valesius. Ἀλκβιάδου nomen præ se ferunt omnes præter *Nicephorum* et *Christophorsonum* in versione; qui quidem non agnoscunt Eusebii verba illa, αὐτῶν ἐνισταμένων τῷ, nec posteriorem vocem συγγράμματι. Atque hinc ortus est error a Valesio supra p. 195. notatus, de libro Miltiadis ab auctore *Contra Cataphrygas* redacto in compendium. Omnia post prius συγγράμματι omittunt *Christoph. Lectt. Rufinus*, (qui tamen nomen *Miltiadis*, vel *Milciadis*, recte *Miltiadis* in MSto meo antiquissimo, inter hæc Eusebiana invenit;) *MS. Bodl. Margo*que *Jonesiani exemplaris*, propter τὸ ὁμοιοτέλευτον. Adde, quod αὐτοῦ λέξεις pro αὐτῶν λέξεις *Codex Norfolc.* et *Rufinus* in Eusebii verbis proxime ante positis præstant. Ceterum Strothius, nomine Miltiadis in textum recepto, quem ego secutus sum, sicut nuperi fecerunt Eusebii editores, Zimmermann. et Heinichenus, quibus addas cl. Olshausen., hæc ait, "Ipsa ratio jam docet, etiam si omnes codd. Ἀλκιβιάδου exhi-" berent, scribendum esse Μιλτιάδου, quum et Alcibiades ipse " (Euseb. v. 3.) Montanista fuerit, et Eusebius tam initio " capitis quam in sequentibus aperte Miltiadis nomen po-" suerit. Et supra (p. 197.) contra positum erat Miltiadis " nomen pro Alcibiadis, unde patet quam solennis fuerit li-" brariis horum nominum permutatio." Hæc de re evidenti Strothius. Mox abest verbum ἐπετεμόμην a *codice Norfolc.* sicut δὲ in verbis Eusebii post ὑποκαταβάς. A Scaligeri quoque MSto abfuisse illud αὐτῶν, et istud ἐπετεμόμην, nunc mihi innotuit.

P. 192. l. 10. Ἀλλ' ὅγε ψευδοπροφήτης ἐν παρεκστάσει] Male Rufinus et Baronius hæc verba ex Miltiadis libro desumpta esse existimarunt. Neque enim hic innominatus auctor, quicquam citat ex Miltiadis libro, sed tantum ex responsione Cataphrygarum adversus Miltiadis librum; quod non animadverterunt interpretes. Est autem hic hujus loci sensus; magnum esse discrimen inter veros prophetas et falsos. Veri enim prophetæ, qui Spiritu Dei repleti erant, quieto ac tranquillo animo prædicebant futura. Pseudoprophetæ vero, qualis erat Montanus, cum furore et insania loquebantur. Certe catholici hoc præcipue objiciebant Montanistis, qui se

prophetico Spiritu plenos esse jactabant, quod in ecstasi prophetarent: cum tamen nec in novo, nec in vetere testamento prophetas in ecstasi unquam prophetasse legamus. Itaque Miltiades librum adversus eos scripsit hoc titulo, Περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν. Et Epiphanius adversus hæresim Montanistarum cap. 2. ὅσα γὰρ οἱ προφῆται εἰρήκασι, μετὰ συνέσεως παρακολουθοῦντες ἐφθέγγοντο. et cap. 4. ac sequentibus, hanc veræ ac spiritalis prophetiæ certissimam notam esse dicit, ut mentis suæ compotes sint, qui futura prædicunt. Similiter Joannes Chrysostomus Homilia 29. in Epistolam 1. ad Corinthios, ubi discrimen affert inter divinationem et prophetiam. Hoc enim, inquit, proprium est vatis seu divinatoris, emotæ esse mentis; pelli; trahi; raptari tanquam furentem. Propheta vero non ita: sed mente sobria, et cum modesta ac temperata animi constitutione; et quæ loquitur intelligens, dicit omnia. His adde Hieronymum in præfatione Commentariorum in Nahum. *Non enim loquitur in ἐκστάσει, ut Montanus et Prisca Maximillaque delirant: sed quod prophetat, liber est visionis intelligentis universa quæ loquitur.* Idem in præfatione Commentariorum in Habbacuc. Idem in libro ii. Commentariorum in Epist. ad Ephesios. *Aut igitur juxta Montanum patriarchas et prophetas in ecstasi locutos accipiendum, et nescisse quæ dixerint; aut si hoc impium est (spiritus quippe prophetarum prophetis subjectus est) intellexerunt utique quæ locuti sunt,* &c. Porro notandum est hunc anonymum scriptorem nunquam ecstases appellare vanos illos mentis excessus Montanistarum, sed semper parecstases, ob eam rationem quam supra dixi. Quippe ecstases fere in bonam partem sumuntur a Cypriano et Tertulliano. Et viris sanctis immissæ leguntur a Deo, ut Adamo et Petro apostolo. Ac parecstasis semper in malam partem accipitur. VALESIUS. Ante hæc Eusebius scripsit, ὑποκαταβὰς δὲ ἐν ταὐτῷ, τοὺς κατὰ τὴν καινὴν διαθήκην προπεφητευκότας καταλέγει· ἐν οἷς καταριθμεῖ Ἀμμίαν τινὰ καὶ Κοδράτον, λέγων οὕτως· Ἀλλ' ὅ γε ψευδοπροφήτης &c. *Deinde aliquanto post in eodem libro universos novi testamenti prophetas enumerat, inter quos Ammiam quandam et Quadratum recenset his verbis:* PSEUDOPROPHETA autem, inquit, &c.

P. 192. l. 10. παρεκστάσει] παρεκτάσει *MS. Steph. Margg. ed.*

Genev. et *Jonesiani Steph. exempl.* Stroth. Proxime post ὧν pro ᾧ *MS. Norfolc.* sed male.

P. 192. l. 14. πνευματοφορηθέντα] πνευματοφορηθέντων *Niceph.*

Ibid. l. 16. τὰς Φιλίππου θυγατέρας] Commemorantur hoc quidem loco Philippi evangelistæ et diaconi filiæ, quarum mentionem facit S. Lucas in *Actis Apost.* sed de his atque Philippi apostoli filiabus, vid. supra ad Polycratis Fragmenta p. 24.

Ibid. l. 17. Φιλαδελφείᾳ] Hic et infra minus recte scribitur Φιλαδελφίᾳ cum ι in *MS. Bodl. Nicephoro*que, et ad posteriorem locum nunc memorat Burtonus *codd. Maz.* et *Paris.* 1. Idem *Nicephorus* Ἄγανον pro Ἄγαβον solenni literarum β et υ permutatione posuit.

Ibid. l. 17. Κοδράτου] De Quadrato Hieronymus supra pag. 71. vol. I. Eum atque Philippi filias ita induxit Eusebius lib. iii. *Hist.* cap. 37. τῶν δὲ κατὰ τούτους διαλαμψάντων καὶ Κοδράτος ἦν. ὃν ἅμα ταῖς Φιλίππου θυγατράσι προφητικῷ χαρίσματι λόγος ἔχει διαπρέψαι. Κοδρᾶτον exhibet προπερισπώμενον *Niceph.*

Ibid. l. 18. οὔτε δή τινας ἄλλους] In codice Med. Maz. et Fuk. apud Nicephorum legitur οὔτε τινὰς, &c. Valesius. ἤδη ante τινὰς ex cod. Regio *ed. Steph.* ἔτι *Bongarsii Lectt.* et *Margo Jonesiani exemplaris ed. Steph.* forsan recte. Nullam habent particulam *Rufini Interp.* et *ed. Valesii.* Stroth. Additum est ἔτι ante δὴ in Scaligeri exemplo. Particulam δὴ ex *codice Norfolc.* olim addideram. Nunc, cum referat Burtonus, qui δὴ mecum recepit, legi ἤδη in *codd. Reg.* et *Parisinis*, γε δὴ in *Veneto* et *Florentinis*, hoc posterius γε δὴ rescribere velim; idemque posui in Græcis.

P. 193. l. 1. Ἀμμίαν, ὥς φασιν] Nomen Ἀμμίαν deest in *MS. Bodl.* ὥς γε φασίν præstat *Nicephorus.*

Ibid. l. 2. τοὺς ἀπὸ Μοντάνου &c.] Hæc et verba quæ sequuntur usque ad vocem πάσῃ in lin. 3. propter repetitam vocem χάρισμα in *cod. Norfolc.* desiderantur. Neque Rufinus priorem quidem partem eorum legisse videtur.

Ibid. l. 4. δεῖν γὰρ εἶναι τὸ προφητικὸν χάρισμα ἐν πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ] Minus bene *edit. Steph.* cum *cod. Regio* et *Niceph.* ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ. Censebat anonymus hic auctor, pariter atque Epiphanius, qui tamen antiquiorem se scriptorem,

judice Dodwello *Dissert.* iv. *in Cyprian.* §. 11. describit, prophetiam perpetuam fore apud ecclesiam, et ad mundi usque consummationem revera permansuram. Vid. Epiphan. *Hær.* xlviii. num. 2. Neque diversum quid indicant Maximillæ pseudo-prophetissæ verba apud Epiphanium ibidem servata: Μετ' ἐμὲ προφῆτις οὐκέτι ἔσται, ἀλλὰ συντέλεια. Opinatur porro Dodwellus, istud collegisse veteres ex apostoli loco in *Epist. ad Ephes.* cap. iv. comm. 11, 12, 13. Lardnerus autem auctorem spectare censet ad *Epist. priorem ad Corinth.* cap. xiii. comm. 8–10. *De Hist. Evang. Fide* part. ii. v. 3. lib. I. cap. 33. Et vero fieri potest, ut utramque ῥῆσιν apostolicam in hunc modum nonnulli olim interpretarentur. Fragmentum autem aliud a Didymo Alex. in opere *De Trinitate* servatum, quod quidem opus, ut sæpius notavi, apud Italos haud ita pridem primum editum est, diversum quid statuisse Catholicos de perseverantia donorum propheticorum nobis suggerit. Fragmentum hic sequitur, ex Montanistico quodam scripto desumptum. Λέγουσιν, ὅτι ὑμεῖς (catholici) οὐ πιστεύετε μετὰ τὴν πρώτην ἐπιφάνειαν τοῦ δεσπότου εἶναι προφήτας· εἶπεν δὲ, φησὶν (prophetissa), ὁ Σωτήρ· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας καὶ σοφοὺς καὶ γραμματεῖς, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ σταυρώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν (*Mat.* xxiii. 34.). lib. iii. cap. penult. p. 448. Conferas cum his alia, quæ ibi posita sunt insignia ejusdem pseudo-prophetissæ effata.

JULIUS AFRICANUS.

JULIUS AFRICANUS.

S. Hieronymus, *Lib. De Viris Illustribus*, cap. lxiii. pag. 144.

Julius Africanus, [a]cujus quinque de temporibus extant volumina, sub Imperatore M. Aurelio Antonino, [b]qui Macrino successerat, legationem pro instauratione [c]urbis Emmaus suscepit, quæ postea Nicopolis appellata

[a] Nobile opus Julii Africani ac præcipuum chronographiæ, sive ut Photio Cod. 34. *ἱστορικὸν*, quo res ab orbe condito ad A. C. 221. persecutus fuit libris quinque; Euseb. vi. 31. Τοῦ δ' *αὐτοῦ* Ἀφρικανοῦ καὶ ἄλλα τὸν ἀριθμὸν πέντε χρονογραφιῶν ἐπ' ἀκριβὲς πεπονημένα ἦλθεν εἰς ἡμᾶς σπουδάσματα. Fabricius.

[b] Imperator hic Helagabali nomine notior, qui imperio præfuit ab A. 218. ad 222. Fabricius. Georgius Abulpharagius *Chron. Syriaco*, quod anno 1789. ediderunt et Latine verterunt cl. viri Brunsius et Kirsch. *Antoninus Cæsar Heliogabalus annos* 4. *Ejus tempore Nicopolis Palæstinæ, quæ est Emmaus, condita est. Ei extruendæ præfecit Julium Africanum scriptorem Chronicorum.* p. 57.

[c] Emmauntem, vicum cujus meminit Lucas xxiv. 13. sexaginta stadiis tantum Hierosolymis abfuisse, Emmauntem vero civitatem quæ et Nicopolis, stadiis centum et septuaginta sex, adeoque ab

est. [d]Hujus est Epistola ad Origenem super quæstione Susannæ: eo quod dicat in Hebræo [e]hanc fabulam non haberi, nec convenire cum Hebraica etymologia [f]ἀπὸ

illo longe diversam observat desideratissimus Relandus in Palæstina pag. 427, 758. FABRICIUS. Atque hujus posterioris urbis Africanum non tantum incolam sed etiam episcopum fuisse, vero haud absimile est, quoniam Africani episcopi Emmauntis Commentaria in Novum Testamentum et Chronicon memorat Hebedjesu *Catal. Lib. Syror.* p. 15. Et Dionysius Bar-Salibi Africanum testem citat episcopum Emmaus in Commentario suo in Evang. Vide Asseman. *Bibl. Oriental.* tom. iii. p. 14. et tom. ii. cap. 32. p. 130. Fratrem quidem Africanum vocat Origenes in *Responsione* ad eum, qui ipse tantum presbyter fuit, uti olim objecit Tillemontius *Mem. Eccl.* tom. iii. p. 111. sed ante Africani episcopatum hoc fieri poterat. Nominis vero Nicopolis originem et causam exponit Sozomenus *Hist. Eccl.* Ῥωμαῖοι δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἱεροσολύμων καὶ τὴν κατὰ τῶν Ἰουδαίων νίκην, Νικόπολιν ἀνηγόρευσαν· ἐκ δὲ τοῦ συμβαντὸς, οὕτως ὠνόμασαν. lib. v. cap. 21. Ita Nicopolis in Epiro post Augusti apud Actium victoriam ædificata est.

[d] Euseb. vi. 31. Ἐπιστολὴ τούτου Ὠριγένει γραφεῖσα φέρεται, ἀποροῦντος ὡς ἂν νόθου καὶ πεπλασμένης οὔσης τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας, πρὸς ἣν Ὠριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα. FABRICIUS.

[e] Χαριὲν μὲν σύγγραμμα, νεωτερικὸν δὲ καὶ πεπλασμένον vocat illam περικοπὴν Africanus, (in istac ad Origenem epistola, quæ etiamnum extat) rectius utique quam Porphyrius, qui ideo totum Danielis librum putabat *Græci sermonis esse commentum, quia in Susannæ fabula contineatur, dicente Daniele ad presbyteros,* ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, ut notat Hieron. præf. in Daniel. Cæterum ex fabulæ vocabulo non licet concludere narrationem ipsam pro falsa ideo habitam ab Hieronymo, quoniam eodem interdum etiam de verissimis rebus testatissimisque utitur: ut in Epist. ad Philem. p. 448. *Longum est diversa Judicum gesta percurrere, et totam Samsonis fabulam ad veri solis, hoc quippe nomen ejus sonat, trahere sacramentum.* FABRICIUS. Ad Africanum vero quod attinet, is profecto ne veritati quidem narrationis favebat.

[f] Ἐν μὲν οὖν Ἑλληνικαῖς φωναῖς τὰ τοιαῦτα συμφωνεῖν συμβαίνει· παρὰ

τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, contra quem doctam Epistolam scribit Origenes. [g]Extat ejus ad Aristidem altera Epistola, in qua super *διαφωνίᾳ*, quæ videtur esse in genealogia Salvatoris apud Matthæum et Lucam, plenissime disputat.

τὴν πρίνον πρίσαι καὶ σχίσαι παρὰ τὴν σχῖνον, ἐν δὲ τῇ Ἑβραΐδι τῷ παντὶ διέστηκεν, Africanus respiciens ad illa quæ leguntur in narratione de Susanna; ubi Daniel ad eum qui dixerat se fœminam reperisse *ὑπὸ σχῖνον* ait: *ἤδε γὰρ ἄγγελος Θεοῦ σχίσει σε μέσον*. Et alteri qui *ὑπὸ πρίνον*, comminatur his verbis: *μένει γὰρ ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ τὴν ῥομφαίαν ἔχων πρίσαι σε μέσον ὅπως ἐξολοθρεύσῃ ὑμᾶς*. FABRICIUS. Vid. notam infra ad Africani Epistolam.

[g] Euseb. vi. 31. *Καὶ ἑτέρα δὲ τοῦ αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ φέρεται ἐπιστολὴ πρὸς Ἀριστείδην περὶ τῆς νομιζομένης διαφωνίας τῶν παρὰ Ματθαίῳ τε καὶ Λουκᾷ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογιῶν*. FABRICIUS. Hujusce epistolæ fragmenta, partim ex Eusebii lib. I. *Hist.* cap. 7. partim vero ex codice MSto in Bibliotheca Vindobonensi servato mox præstiturus sum.

Denique in ipso *Chronico* suo, Num. L. sub fin., hæc posuit Africanus, *Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου ὅθεν ὁ λόγος ἐξῆλθεν, οἰκοδομηθῆναι Ἱερουσαλὴμ, ο΄. ἑβδομάδες συντελοῦνται, ἰδίᾳ δὲ περὶ τούτων καὶ ἀκριβέστερον ἐν τῷ περὶ ἑβδομάδων καὶ τῆσδε τῆς προφητείας ἀπεδείξαμεν*. Unde colligendum videtur, integrum ac singulare opus *de Septuaginta Hebdomadis* scripsisse Africanum, de quo silent Historiæ Litterariæ scriptores.

JULII AFRICANI

EMMAUNTIS, SEU NICOPOLIS, APUD PALÆSTINAM EPISCOPI,

QUI POST INITIA SÆCULI TERTII SCRIPSIT,

RELIQUIÆ.

ἈΦΡΙΚΑΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΣΩΣΑΝΝΑΝ ἹΣΤΟΡΙΑΣ ἘΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ὨΡΙΓΕΝΗΝ.

ΧΑΙΡΕ κύριέ μου καὶ υἱὲ, καὶ πάντα τιμιώτατε Ὠρίγενες, παρὰ Ἀφρικανοῦ. Ὅτε τὸν ἱερὸν ἐποιοῦ πρὸς τὸν ἀγνώμονα διάλογον, ἐμνήσθης τῆς ἐν νεότητι προφητείας τοῦ Δανιήλ· καὶ ὡς ἔπρεπεν, ἠσπασάμην τότε. θαυμάζω δὲ, πῶς ἔλαθέ σε τὸ μέρος τοῦ βιβλίου τούτου κίβδηλον ὄν· ἡ γάρ τοι περικοπὴ αὕτη χαρίεν μὲν ἄλλως σύγγραμμα, νεωτερικὸν δὲ καὶ πεπλασμένον δείκνυταί τε καὶ κατὰ πολλοὺς ἀπελέγχεται τρόπους.

EPISTOLA AD ORIGENEM.

Interprete J. Rodolf. Wetstenio.

Salve Domine mi, et fili, atque omnium honoratissime Origenes, ab Africano. Quum sacrum haberes colloquium cum Agnomone; mentionem injeceras prophetæ Danielis adhuc juvenis: atque tunc, ut par erat, exosculatus sum. Miror autem, quî te latuerit, hanc illius libri partem adulterinam esse. Hæc enim sectio lepidum quidem scriptum est; novum autem esse

Τῆς γὰρ Σωσάννης ἀποθανεῖν κεκελευσμένης, πνεύματι ληφθεὶς ὁ προφήτης ἐξεβόησεν, ὡς ἀδίκως ἡ ἀπόφασις ἔχοι. πρῶτον οὖν ὅτι Δανιὴλ ἄλλῳ τρόπῳ προφητεύει ὁράμασι καὶ ὀνείροις διὰ παντὸς καιροῦ, καὶ ἀγγέλου ἐπιφανείας τυγχάνει· ἀλλ' οὐκ ἐπιπνοίᾳ προφητικῇ. ἔπειτα μετὰ τὸ θαυμασίως πως οὕτως ἀποφθέγξασθαι· καὶ παραδοξότοτά πως αὐτοὺς (for. αἰτίους vid. not.) ἀπελέγχει, ὡς οὐδὲ (for. ὡς οὐδ' ὁ) Φιλιστίωνος μῖμος. οὐ γὰρ ἐξήρκει ἡ διὰ τοῦ πνεύματος ἐπίπληξις, [a]ἀλλ' ἰδίᾳ διαστήσας ἑκάτερον αὐτῶν, ἐρωτᾷ ποῦ αὐτὴν θεάσαιτο μοιχωμένην. ὡς δὲ ὁ μὲν ὑπὸ πρίνον ἔφασκεν, ἀποκρίνεται πρίσειν αὐτὸν τὸν ἄγγελον· τῷ δὲ ὑπὸ σχίνον εἰρηκότι, σχισθῆναι παραπλησίως ἀπειλεῖ. ἐν μὲν οὖν Ἑλληνικαῖς φωναῖς τὰ τοιαῦτα ὁμοφωνεῖν συμβαίνει, παρὰ τὴν πρίνον τὸ πρίσαι, καὶ σχίσαι παρὰ τὴν σχίνον· ἐν δὲ τῇ Ἑβραΐδι τῷ παντὶ διέστηκεν. ἐξ Ἑβραίων δὲ τοῖς Ἕλλησι μετεβλήθη πάνθ' ὅσα τῆς παλαίας διαθήκης φέρεται.

et fictum, ostenditur et multis evincitur modis. Cum enim Susanna mori juberetur, Spiritu raptus propheta exclamavit, injustam esse sententiam. Unde primum argumentum : quod Daniel alio prophetet modo, scil. per visiones, et insomnia, idque omni tempore, et angeli apparitionem interdum obtinet ; sed non item per afflatum propheticum. Deinde, postquam mirum in modum sic exclamasset, etiam insolentissime illos redarguit ; quomodo nec Philistionis mimus acturus fuisset. Non enim suffecerat ei objurgatio per Spiritum facta ; sed peculiari loco sejungens utrumque interrogat, Ubi eam viderit adulterium committentem ? cum autem alter, sub *prino*, dixisset ; respondit, fissurum eum angelum : alteri, sub *schino*, dicenti ; eum scissum iri, similiter minitatur. quæ quidem in Græcis vocibus, quod ad sonum convenire contingit ; ducendo, a *prino* fissuram, et a *schino* scissuram : sed in Hebræa lingua hæc omnino differunt. atqui ex Hebræo Græcis traducta sunt, quæcunque veteris testamenti esse dicuntur.

Item, quomodo captivi inter

a Susan. 51—59.

Πῶς δὲ παρὰ Χαλδαίοις αἰχμάλωτοι ὄντες ἐν τῇ Βαβυλῶνι, ἠστραγαλωμένοι [b](for. ἐστραγγαλωμένοι), καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἄταφοι ῥιπτούμενοι, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ Ἰσραὴλ ἱστορεῖται, τῶν τε παίδων αὐτοῖς ἀποσπωμένων εἰς εὐνουχισμὸν, καὶ τῶν θυγατέρων εἰς παλλακὰς [c]ὡς πεπροφήτευτο· οἱ δέ τε (for. οἵδ' ἔτι) καὶ περὶ θανάτου ἔκρινον· καὶ ταῦτα τῇ βασιλέως αὐτῶν γενομένου γυναικὶ Ἰωακεὶμ (for. τὴν τοῦ βασιλέως αὐτῶν γενομένην γυναῖκα Ἰωακεὶμ), [d]ὃν σύνθρονον πεποίητο ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεύς; εἰ δὲ οὐχ οὗτος, ἀλλ' ἄλλος τις τοῦ λαοῦ Ἰωακεὶμ, πόθεν τοιαύτη κατάλυσις αἰχμαλωτῷ περιῆν, καὶ παράδεισος ἀμφιλαφὴς ἦν; πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων ἥδε ἡ περικοπὴ σὺν ἄλλαις δύο ταῖς ἐπὶ τῷ τέλει, τῷ παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰλημμένῳ Δανιὴλ οὐκ ἐμφέρεται. ἐπὶ δὲ πᾶσι, τοσούτων προωδοιπορηκότων προφητῶν, ἑξῆς (for. τῶν ἑξῆς) οὐδείς ἐστιν ἕτερος ἑτέρου κεχρημένος ῥητῷ νοήματι· οὐ γὰρ ἐπτώχευσεν ὁ λόγος αὐτῶν ἀληθὴς ὤν.

Chaldæos, talorum lusu venditi et distracti, et in plateis insepulti abjecti; (sicut in priori captivitate Israëlis commemoratur) cum filii ipsis raperentur, ut eunuchi fierent, et filiæ, ut pellices essent; sicut a prophetis prædictum erat: quomodo, inquam, hi de morte judicium fecissent, et hoc quidem contra illam, quæ uxor erat regis ipsorum Joacimi; quem secum in thronum asciverat rex Babyloniorum. Quod si non iste, sed alius ex populo fuerit ille Joacimus; unde illi captivo tantæ ædes et hortus tam speciosus et amplus? Imprimis vero obstat, quod hæc sectio cum aliis duabus, quæ circa finem sunt, non continetur in iis, quæ Danielis nomine a Judæis acceptantur. Posthæc omnia, cum tot præcesserint prophetæ; nullus e posterioribus alterius expressa sententia usus est; (non enim indigebat ejus sermo eorum, qui verus erat) iste autem, cum ho-

[b] Tob. ii. 3.

[c] Jerem. xvi. 3, 4. Isa. xxxix. 7. [d] Jerem. lii. 32.

οὑτοσὶ δὲ ἐκείνων θατέρῳ ἐπαπειλῶν ὑπομιμνήσκει λέγοντος τοῦ Κ*υρίου·* [e]*ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς. ἐξ ἁπάντων τούτων ἐμοὶ δοκεῖ προσκεῖσθαι ἡ περικοπή. ἀλλὰ καὶ τῆς φράσεως ὁ χαρακτὴρ διαλλάσσει.*

Ἔκρουσα· σὺ δέ μοι καὶ ἤχησον, καὶ ἀντιγράφων παίδευε. τοὺς κυρίους μου πάντας προσαγόρευε. σὲ οἱ ἐπιστάμενοι πάντες προσαγορεύουσιν. ἐῤῥῶσθαί σε ἅμα τῇ συνοδίᾳ, (for. addend. *σώματι* vide not.) *καὶ κατὰ νοῦν,* Θ*εῷ εὔχομαι.*

rum utrique minitaretur, commemorat Dominum dicentem: *Innoxium et justum non occides.* Ex his omnibus mihi videtur, hæc sectio adjecta: quanquam etiam dictionis character differat.

Pulsavi: tu autem mihi resona: et respondendo erudi. Omnes meos Dominos saluta. Te omnes docti (familiares) salutant. Te quoque una cum comitatu, valere ex animo precor.

[e] Exod. xxiii. 7.

EX

EPISTOLA AD ARISTIDEM,

DE GENEALOGIA SERVATORIS IN EVANGELIIS.

I.

Ex duobus Codicibus MSStis Vindobonensi et Coisliniano sumptum.

——*Οὐκ ἀκριβῶς μέντοι τινὲς λέγουσιν· ὅτι δικαίως γέγονεν ἡ διάφορος αὕτη τῶν ὀνομάτων καταρίθ-*

—Haud vero accurate dicunt aliqui, jure optimo factam esse diversam hanc nominum enumerationem commixtionemque,

μησίς τε, καὶ ἐπιμιξία τῶν τε ἱερατικῶν, ὡς οἴονται καὶ τῶν βασιλικῶν· ἵνα δειχθῇ δικαίως ὁ Χριστὸς ἱερεύς τε καὶ βασιλεὺς γενόμενος· ὥσπερ τινὸς ἀπειθοῦντος· ἢ ἑτέραν ἐσχηκότος ἐλπίδα· ὅτι (anne legendum ἢ ὅτι?) ὁ Χριστὸς ἀρχιερεύς ἐστι καὶ βασιλεὺς ὑπερκόσμιος. καὶ τοῦτο ἡμῖν προσήγγειλεν οὐχ' ὁ κατάλογος τῶν φυλῶν, οὐχ' ἡ μίξις τῶν ἀναγράπτων γενῶν, ἀλλὰ πατριάρχαι καὶ προφῆται. μὴ οὖν κατίωμεν εἰς τοσαύτην θεοσεβείας σμικρολογίαν· ἵνα τῇ ἐναλλαγῇ τῶν ὀνομάτων τὴν Χριστοῦ βασιλείαν καὶ ἱερωσύνην συνιστῶμεν. ἐπεὶ τῇ Ἰούδα φυλῇ τῇ βασιλικῇ ἡ τοῦ Λευὶ φυλὴ ἱερατικὴ συνεζύγη· [f]τοῦ Ναασσὼν ἀδελφὴν τὴν Ἐλισάβετ Ἀαρὼν ἀξαμένου· καὶ πάλιν Ἐλεάζαρ τὴν θυγατέρα Φατιὴλ· καὶ ἐνθένδε παιδοποιησαμένων. ἐψεύσαντο οὖν οἱ εὐαγγελισταὶ συνιστάντες οὐκ ἀλήθειαν, ἀλλ' εἰκαζόμενον ἔπαινον; καὶ διὰ τοῦτο, [g]ὁ μὲν διὰ Σολομῶνος ἀπὸ Δαβὶδ ἐγενεαλόγησεν ἐπὶ Ἰακὼβ τὸν τοῦ Ἰωσὴφ πατέρα· [h]ὁ δὲ, ἀπὸ Νάθαν τοῦ Δαβὶδ ἐπὶ

tam sacerdotalium, ut opinantur quidem, quam regiorum; ut ostenderetur Christus jure sacerdos atque rex factus fuisse; quasi scilicet huic rei fidem quis neget, vel aliam spem habeat, præterquam Christum summum sacerdotem regemque supramundanum esse; id vero annunciavit nobis non tribuum catalogus, nec generum, quæ litteris mandata sunt, commixtio, sed patriarchæ et prophetæ. Ne igitur, vos oro, descendamus ad tam anxiam et minutam circa religionem curam, ut commutatione nominum regnum ac sacerdotium Christi constituamus; nam cum regia tribu Judæ tribus sacerdotalis Levi conjuncta est, siquidem uxorem duxerit Aaron Elisabetham Naassoni sororem; et Eleazar porro Phatielis filiam; ex illisque liberos uterque procreaverit. Num igitur mentiti sunt evangelistæ, non veritate sed *ficta* laude constituta? ac propterea unus ex illis genus duxit per Solomonem usque a Davide ad Jacobum Josephi patrem; alter vero usque a Nathan Davidis

[f] Exod. vi. 23, 25. [g] S. Matt. cap. i. [h] S. Lucæ cap. iii.

Ἡλὶ τὸν τοῦ Ἰωσὴφ ὁμοίως ἄλλως (for. οὐδ᾽ ἄλλως) πατέρα; καί τοι ἀγνοεῖν αὐτοὺς οὐκ ἐχρῆν ὡς ἑκατέρα τῶν κατηριθμημένων τάξις τὸ τοῦ Δαβίδ ἐστι γένος, ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ βασιλική. εἰ γὰρ προφήτης ὁ Νάθαν, ἀλλ᾽ ὅμως καὶ Σολομὼν, ὅ, τε τούτων πατὴρ ἑκατέρου· ἐκ πολλῶν δὲ φυλῶν ἐγίνοντο προφῆται· ἱερεὺς δὲ ἐξ οὐδεμιᾶς τῶν δώδεκα φυλῶν, μόνοι δὲ, Λευῖται. μάτην αὐτοῖς ἄρα πέπλασται τὸ ἐψευσμένον. Μὴ δὴ κρατοίη τοιοῦτος λόγος ἐν ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ, ὅτι ψεῦδος σύγκειται εἰς αἶνον καὶ δοξολογίαν Χριστοῦ. τίς γὰρ οὐκ οἶδε κᾀκεῖνον τὸν ἱερώτατον τοῦ ἀποστόλου λόγον κηρύσσοντος καὶ διαγγέλλοντος τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ διϊσχυριζομένου τὴν ἀλήθειαν· μεγάλῳ φόβῳ λέγοντος· [i]ὅτι εἰ Χριστὸν λέγουσί τινες μὴ ἐγηγέρθαι, (for. excidit οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται) ἡμεῖς δὲ τοῦτο καὶ φαμὲν καὶ πεπιστεύκαμεν, καὶ αὐτὸ καὶ ἐλπίζομεν καὶ κηρύσσομεν. καταψευδομαρτυροῦμεν τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν. εἰ δὲ οὕτως, ὁ δοξολογῶν Θεὸν πατέρα, δέδοικε μὴ ψευδολόγος δοκοίη ἔργον παρά-

filio ad Heli, simili ratione nec diversa, Josephi patrem? Atqui profecto ignorare illos haud oportebat, utramque seriem virorum enumeratorum Davidis genus esse, Judæ tribum regiam. Etsi enim propheta Nathan fuerit, sed itidem et Solomon, paterque eorum. Ex multis autem tribubus orti sunt prophetæ, sacerdos vero ex nulla duodecim tribuum, solique Levitæ *sacerdotes*. Frustra ergo ab illis fictum mendacium. Minime profecto valeat in ecclesia Christi ista ratio, qua conflatur mendacium in laudem et gloriam Christi. Quis enim nescit sanctissimum illum apostoli sermonem Servatoris nostri resurrectionem prædicantis atque annunciantis veritatemque affirmantis, qui cum magno timore ait; Si Christum dicunt quidam non resurrexisse, nos autem hoc dicimus et credimus, idemque et speramus et prædicamus, *falsum testimonium adversus Deum dicimus, quod suscitaret Christum, quem non suscitavit.* — Sin vero

i 1 Cor. xv. 12. et seqq.

δοξον διηγούμενος, πῶς οὐκ ἂν δικαίως φοβηθείη ὁ διὰ ψευδολογίας ἀληθείας σύστασιν πορίζόμενος, δόξαν οὐκ ἀληθῆ συντιθείς; εἰ γὰρ τὰ γένη διάφορα, καὶ μηδὲν καταφέρει γνήσιον σπέρμα ἐπὶ τὸν Ἰωσήφ· εἴρηται δὲ μόνον εἰς σύστασιν τοῦ γεννηθησομένου, ὅτι βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς ἔσται ὁ ἐσόμενος· ἀποδείξεως μὴ προσούσης, ἀλλὰ τῆς τῶν λόγων σεμνότητος εἰς ὕμνον ἀδρανῆ φερομένης, δῆλον ὡς τοῦ Θεοῦ μὲν ὁ ἔπαινος οὐχ᾽ ἅπτεται, ψεῦδος ὤν· κρίσις δὲ τῷ εἰρηκότι, τὸ οὐκ ὂν ὡς ὂν κομπάσαντι. Huc usque Codd. Vindob. et Coislin. quæ autem sequuntur, Eusebius adduxit lib. I. *Hist.* cap. 7.

adeo timebat ille, qui Deum patrem glorificabat, ne falsiloquus videretur, opus mirabile annuntians; quidni jure is timeret, qui per *falsi-loquentiam* confirmationem veritati pararet, opinione haud vera allata? Si enim genera diversa sunt, neque ullum *germanum* semen ad Josephum deferunt, dictaque sunt solummodo ad confirmandum de nascituro, futurum eundem esse regem et sacerdotem, dum demonstratio non adest, sed gravitas ac sanctimonia sermonum ad gloriam futilem facit, manifestum est, ad Deum haud pertinere laudem istam, cum falsa sit; damnandum vero illum esse, qui eandem protulerit, jactans de re, quæ non existit, tanquam si extiterit.

II.

——*Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα τῶν γενῶν ἐν Ἰσραὴλ ἠριθμεῖτο ἢ φύσει, ἢ νόμῳ· φύσει μέν, γνησίου σπέρματος διαδοχῇ* (al. *διαδοχὴ*) *νόμῳ δέ, ἑτέρου παιδοποιουμένου εἰς ὄνομα τελευτήσαντος ἀδελφοῦ ἀτέκνου·* (*ὅτι*

Interprete Valesio.

Nam quoniam apud Israelitas generationum nomina, vel ex naturæ, vel ex legis ordine numerabantur: naturæ quidem, cum legitimi filii parentibus succedunt; legis vero, quoties quis in nomen ac familiam fratris sine liberis defuncti filios sustulit. (Cum enim certa spes resurrectionis nondum eis data esset, futuram ejus promissionem mortali quadam resurrectione de-

γὰρ οὐδέπω δέδοτο ἐλπὶς ἀναστάσεως σαφής, τὴν μελλουσαν ἐπαγγελίαν ἀναστάσει ἐμιμοῦντο θνητῇ, ἵνα ἀνέκλειπτον μένῃ τὸ ὄνομα τοῦ μετηλλαχότος.) ἐπεὶ οὖν οἱ τῇ γενεαλογίᾳ ταύτῃ ἐμφερόμενοι, οἱ μὲν διεδέξαντο παῖς πατέρα γνησίως· οἱ δὲ ἑτέροις μὲν ἐγεννήθησαν, ἑτέροις δὲ προσετέθησαν κλήσει· ἀμφοτέρων γέγονεν ἡ μνήμη, καὶ τῶν γεγεννηκότων, καὶ τῶν ὡς γεγεννηκότων· οὕτως οὐδέτερον τῶν εὐαγγελίων ψεύδεται, καὶ φύσιν ἀριθμοῦν καὶ νόμον· συνεπεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις τὰ γένη, τό, τε ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Νάθαν, ἀναστάσεσιν ἀτέκνων, καὶ δευτερογαμίαις καὶ ἀναστάσει σπερμάτων· ὡς δικαίως τοὺς αὐτοὺς ἄλλοτε ἄλλων νομίζεσθαι· τῶν μὲν δοκούντων πατέρων, τῶν δὲ ὑπαρχόντων· ὡς ἀμφοτέρας τὰς διηγήσεις κυρίως ἀληθεῖς οὔσας, ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ πολυπλόκως μέν, ἀλλ' ἀκριβῶς κατελθεῖν.

Ἵνα δὲ σαφὲς ᾖ τὸ λεγόμενον, τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν διηγήσομαι. ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος τὰς γενεὰς καταριθμουμένοις, τρίτος ἀπὸ τέλους εὑρίσκεται

lineabant, ut mortui nomen nullis unquam obliterandum sæculis permaneret.) Quoniam igitur eorum qui inter majores Christi recensentur, alii naturali jure, ut filii, parentibus successerunt; nonnulli vero cum ab aliis procreati essent, aliis adscripti sunt: ideo utrorumque mentio facta est, tam eorum qui vere patres, quam illorum qui quasi patres fuerunt. Ita fit, ut neutrum evangeliorum falsum sit, cum alterum naturam, alterum legem in majoribus enumerandis sequatur. Nam familiæ quæ cum a Salomone, tum a Nathan deducuntur, adeo inter se permixtæ sunt, partim reparatione nominis eorum qui sine prole decessissent, partim secundis nuptiis, partim etiam seminis suscitatione, ut iidem homines diversos patres habuisse merito credantur; hos quidem ficticios; illos vero naturales. Quo fit, ut evangelii utriusque narratio absolute verissima, vario quidem linearum contextu, sed accurate ad Josephum usque descendat.

Verum ut id quod diximus, clarius fiat, utriusque stirpis seriem proponemus. Igitur si a Davide per Salomonem gene-

Ματθὰν, ὃς ἐγέννησε τὸν Ἰακὼβ τοῦ Ἰωσὴφ τὸν πατέρα· ἀπὸ δὲ Νάθαν τοῦ Δαβὶδ κατὰ Λουκᾶν, ὁμοίως τρίτος ἀπὸ τέλους Μελχὶ, οὗ υἱὸς ὁ Ἡλὶ ὁ τοῦ Ἰωσὴφ πατήρ· Ἰωσὴφ γὰρ υἱὸς Ἡλὶ τοῦ Μελχί· σκοποῦ τοίνυν ἡμῖν κειμένου τοῦ Ἰωσὴφ, ἀποδεικτέον πῶς ἑκάτερος αὐτοῦ πατὴρ ἱστορεῖται, ὅ, τε Ἰακὼβ ἀπὸ Σολομῶντος, καὶ Ἡλὶ ὁ ἀπὸ τοῦ Νάθαν ἑκάτερος κατάγοντες τὸ γένος· ὅπως τε πρότερον οὗτοι δὴ ὅ, τε Ἰακὼβ καὶ Ἡλὶ δύο ἀδελφοί· καὶ πρός γε, πῶς οἱ τούτων πατέρες Ματθὰν καὶ Μελχὶ διαφόρων ὄντες γενῶν, τοῦ Ἰωσὴφ ἀναφαίνονται πάπποι. καὶ δὴ οὖν ὅ, τε Ματθὰν καὶ ὁ Μελχὶ ἐν μέρει τὴν αὐτὴν ἀγαγόμενοι γυναῖκα, ὁμομητρίους ἀδελφοὺς ἐπαιδοποιήσαντο· τοῦ νόμου μὴ κωλύοντος χηρεύουσαν, ἤτοι ἀπολελυμένην, ἢ καὶ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, ἄλλῳ γαμεῖσθαι· ἐκ δὲ τῆς Ἐσθᾶ, τοῦτο γὰρ καλεῖσθαι τὴν γυναῖκα παραδέδοται, πρῶτος Ματθὰν, ὁ ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος κατάγων τὸ γένος, τὸν Ἰακὼβ γεννᾷ· καὶ τελευτήσαντος τοῦ Ματθὰν, Μελχὶ ὁ

rationes cum Matthæo numeraveris, tertius a fine reperietur Matthan qui genuit Jacob patrem Josephi. Quod si cum Luca a Nathan Davidis filio numeres, tertius itidem a fine reperietur Melchi, cujus filius fuit Heli pater Josephi. Sic enim ait; Joseph qui fuit Heli, qui fuit Melchi. Cum igitur velut scopus nobis propositus sit Josephus, explicandum nobis est, quomodo uterque pater illius esse dicatur, tam Jacob qui ex Salomone; quam Heli qui ex Nathan originem ducit: ac præterea quomodo isti duo Jacob et Heli fratres fuerint; deinde vero qua ratione horum patres Matthan et Melchi, diverso genere prognati, avi Josephi fuisse probentur. Matthan et Melchi cum eandem uxorem alter post alterum habuissent, liberos ex ea, qui uterini fratres erant, susceperunt. Quippe lex minime vetabat, ne mulier vidua seu repudiata, seu viro ipsius mortuo, alteri nuberet. Igitur ex Estha (hoc enim mulieris nomen fuisse accepimus) primus Matthan qui a Salomone genus ducebat, Jacobum filium sustulit. Post Matthanis autem interitum, Melchi qui ad Nathanem originem referebat; cum ex eadem

ἐπὶ τὸν Νάθαν κατὰ γένος ἀναφερόμενος, χηρεύουσαν ἐκ μὲν τῆς αὐτῆς φυλῆς, ἐξ ἄλλου δὲ γένους ὤν, ὡς προεῖπον, ἀγαγόμενος αὐτὴν, ἔσχεν υἱὸν τὸν Ἡλί. οὕτω ἐκ διαφόρων δύο γενῶν εὑρήσομεν τόν τε Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἡλὶ ὁμομητρίους ἀδελφούς. ὧν ὁ ἕτερος Ἰακὼβ ἀτέκνου τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος Ἡλὶ, τὴν γυναῖκα παραλαβὼν, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τρίτον τὸν Ἰωσήφ· κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, καὶ κατὰ λόγον· διὸ καὶ γέγραπται· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· κατὰ νόμον δὲ τοῦ Ἡλὶ υἱὸς ἦν· ἐκείνῳ γὰρ ὁ Ἰακὼβ ἀδελφὸς ὤν, ἀνέστησε σπέρμα. διόπερ οὐκ ἀκυρωθήσεται καὶ ἡ κατ' αὐτὸν γενεαλογία, ἣν Ματθαῖος μὲν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐξαριθμούμενος, Ἰακὼβ δὲ, φησὶν, ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· ὁ δὲ Λουκᾶς ἀνάπαλιν· ὃς ἦν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προστίθησι) τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Μελχί· τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν, ἐπισημότερον οὐκ ἦν ἐξειπεῖν· καὶ τὸ ἐγέννησεν ἐπὶ τῆς τοιᾶσδε παιδοποιΐας ἄχρι τέλους ἐσιώπησε, τὴν ἀναφορὰν ποιη-

tribu sed diversa familia editus esset, ut antea diximus ; uxorem eam sortitus, Heli filium suscepit. Hoc modo Jacob et Heli licet diverso genere prognatos, uterinos fratres reperiemus. Quorum alter, Jacob scilicet, cum frater ipsius Heli sine liberis decessisset, viduam ejus conjugem sibi accipiens, tertium ex ea Josephum genuit, naturali quidem ratione filium suum. Unde etiam scriptum est : Jacob autem genuit Joseph. Sed secundum legem filius erat Heli, quippe cum ei semen Jacobus frater suscitavisset. Proinde nec generis per eum deducta series, vana ac futilis deprehendetur : quam Matthæus quidem recensens, Jacob, inquit, genuit Joseph. Lucas vero e contrario a filiis ad parentes ascendens. Jesus, inquit, qui erat, ut putabatur, (hoc enim diserte addit) filius Joseph qui fuit Heli, qui fuit Melchi. Neque enim poterat disertius exprimi ficticia illa generandi ratio quæ ex lege profecta est. Ideo in hujusmodi liberorum generatione, verbum illud, genuit, ad finem usque reticuit, cum ad ipsum usque Adamum, qui fuit Dei, gradatim ascendendo, totius generis seriem perduxisset.

σάμενος ἕως τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ Θεοῦ κατ' ἀνάλυσιν.

Οὐδὲ μὴν ἀναπόδεικτον ἢ ἐσχεδιασμένον ἐστὶ τοῦτο· τοῦ γοῦν Σωτῆρος οἱ κατὰ σάρκα συγγενεῖς, εἴτ' οὖν φανητιῶντες, εἴθ' ἁπλῶς ἐκδιδάσκοντες, πάντως δὲ ἀληθεύοντες, παρέδοσαν καὶ ταῦτα. ὡς Ἰδουμαῖοι λῃσταὶ Ἀσκάλωνι πόλει τῆς Παλαιστίνης ἐπελθόντες, ἐξ εἰδωλείου Ἀπόλλωνος, ὃ πρὸς τοῖς τείχεσιν ἵδρυτο, Ἀντίπατρον Ἡρώδου τινὸς ἱεροδούλου παῖδα, πρὸς τοῖς ἄλλοις σύλοις αἰχμάλωτον ἀπῆγον· τῷ δὲ λύτρα ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ καταθέσθαι μὴ δύνασθαι τὸν ἱερέα, ὁ Ἀντίπατρος τοῖς τῶν Ἰδουμαίων ἔθεσιν ἐντραφεὶς, ὕστερον Ὑρκανῷ φιλοῦται τῷ τῆς Ἰουδαίας ἀρχιερεῖ. πρεσβεύσας δὲ πρὸς Πομπήϊον ὑπὲρ τοῦ Ὑρκανοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν ἐλευθερώσας αὐτῷ ὑπὸ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ περικοπτομένην, αὐτὸς ηὐτύχησεν ἐπιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης χρηματίσαι· διαδέχεται δὲ τὸν Ἀντίπατρον φθόνῳ τῆς πολλῆς εὐτυχίας δολοφονηθέντα, ὁ υἱὸς Ἡρώδης· ὃς ὕστερον ὑπ' Ἀντωνίου καὶ τοῦ Σε-

Neque vero id certa ratione destitutum aut temere confictum est. Cognati enim Servatoris nostri, sive ad ostendendam generis sui nobilitatem, sive ut simpliciter rem docerent, veraci utique sermone hæc nobis tradiderunt: latrones scilicet Idumæos, cum Ascaloni Palæstinæ civitati supervenissent, ex delubro quodam Apollinis quod ad ipsos urbis muros positum erat, Antipatrum Herodis cujusdam Hieroduli filium simul cum reliqua sacra præda captivum duxisse. Cum vero pro redemptione filii minister templi pretium solvere non valeret, Antipater Idumæorum more institutoque educatus, postmodum Hyrcani summi Judæorum pontificis amicus effectus est. Mox legatus ad Pompeium missus ab Hyrcano, cum ei regnum quod Aristobulus maxima ex parte occupaverat, liberum restituisset, ad summam felicitatem pervenit, curator Palæstinæ promotus. Tandem ab iis qui felicitati ejus invidebant, per insidias interfectus, Herodem filium successorem reliquit, cui postea An-

βαστοῦ, συγκλήτου δόγματι τῶν Ἰουδαίων ἐκρίθη βασιλεύειν· οὗ παῖδες, Ἡρώδης οἵ τ' ἄλλοι τετράρχαι. ταῦτα μὲν δὴ κοινὰ καὶ ταῖς Ἑλλήνων ἱστορίαις. ἀναγράπτων δὲ εἰς τότε ἐν τοῖς ἀρχείοις ὄντων (πάντων *Rufin.*) τῶν Ἑβραϊκῶν γενῶν, καὶ τῶν ἄχρι προσηλύτων ἀναφερομένων, ὡς Ἀχιὼρ τοῦ Ἀμμανίτου, καὶ Ῥοὺθ τῆς Μωαβίτιδος, τῶν τε ἀπ' Αἰγύπτου συνεκπεσόντων ἐπιμίκτων, ὁ Ἡρώδης οὐδέν τι συμβαλλομένου τοῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν γένους αὐτῷ, καὶ τῷ συνειδότι τῆς δυσγενείας κρουόμενος, ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφὰς τῶν γενῶν· οἰόμενος εὐγενὴς ἀναφανεῖσθαι, τῷ μηδὲ ἄλλον ἔχειν ἐκ δημοσίου συγγραφῆς τὸ γένος ἀνάγειν ἐπὶ τοὺς πατριάρχας, ἢ προσηλύτους, τούς τε καλουμένους Γειώρας τοὺς ἐπιμίκτους. ὀλίγοι δὴ τῶν ἐπιμελῶν, ἰδιωτικὰς ἑαυτοῖς ἀπογραφὰς, ἢ μνημονεύσαντες τῶν ὀνομάτων, ἢ ἄλλως ἔχοντες ἐξ ἀντιγράφων, ἐναβρύνονται (for. ἐνεβρύνοντο *Scaliger.*) σωζομένης τῇ μνήμῃ τῆς εὐγενείας· ὧν ἐτύγχανον οἱ προειρημένοι Δεσ-

tonius et Augustus ex senatusconsulto regnum Judææ adjudicarunt. Hujus Herodis filius fuit Herodes aliique tetrarchæ. Et hæc quidem gentilium etiam historiæ cum Judaïca communia sunt. Ceterum cum ad id usque temporis in tabulariis publicis descriptæ essent origines tam familiarum Hebraïcarum, quam eorum qui ad proselytos, id est advenas genus suum referebant, verbi gratia ad Achior Amanitem, et ad Ruth Moabitidem, eosque qui ex Ægypto simul cum Israelitis egressi per matrimonia cum ipsis permixti fuerant, Herodes priscas illas Israelitarum familias nihil ad se pertinere intelligens, ignobilitatis suæ conscientia stimulatus, omnia illa veterum familiarum monumenta concremavit: ratus se tum demum nobilem visum iri, cum nemo esset qui ex publicis monumentis originem generis sui, vel ad patriarchas, vel ad proselytos, vel ad permixtos Israelitis peregrinos qui Γειῶραι dicuntur, posset referre. Pauci tamen antiquitatis studiosi privatos stirpis suæ commentarios, vel quod nomina ipsa memoriter callerent, vel ex archivis descriptos penes se habentes, in primis gloriabantur quod avitæ

πόσυνοι καλούμενοι, διὰ τὴν πρὸς τὸ σωτήριον γένος συνάφειαν· ἀπό τε Ναζάρων καὶ Κωχαβὰ κωμῶν Ἰουδαϊκῶν τῇ λοιπῇ γῇ ἐπιφοιτήσαντες, καὶ τὴν προειρημένην γενεαλογίαν (ἐκ μνήμης supplet ex Rufino Strothius) *ἔκ τε τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν εἰς ὅσον ἐξικνοῦντο ἐξηγησάμενοι. εἴτ' οὖν οὕτως, εἴτ' ἄλλως ἔχοι, σαφεστέραν ἐξήγησιν οὐκ ἂν ἔχοι τις ἄλλος ἐξευρεῖν ὡς ἔγωγε νομίζω, πᾶς τε ὃς εὐγνώμων τυγχάνει. καὶ ἡμῖν αὕτη μελέτω, εἰ καὶ μὴ ἐμμάρτυρός ἐστι, τῷ μὴ κρείττονα ἢ ἀληθεστέραν ἔχειν εἰπεῖν. τὸ μέντοι εὐαγγέλιον πάντως ἀληθεύει.*

Καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, προστίθησι ταῦτα.

Ματθὰν ὁ ἀπὸ Σολομῶνος, ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. Ματθὰν ἀποθανόντος, Μελχὶ ὁ ἀπὸ Νάθαν, ἐκ τῆς αὐτῆς γυναικὸς ἐγέννησε τὸν Ἡλί. ὁμομήτριοι ἄρα ἀδελφοὶ Ἡλὶ καὶ Ἰακώβ. Ἡλὶ ἀτέκνου ἀποθανόντος, ὁ Ἰακὼβ ἀνέστησεν αὐτῷ σπέρμα, γεννήσας τὸν Ἰωσήφ, κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, κατὰ νόμον δὲ τῷ Ἡλί. οὕτως ἀμφοτέρων υἱὸς ἦν ὁ Ἰωσήφ.

nobilitatis memoriam conservassent. Ex quorum numero erant hi de quibus supra dixi, ob propinquitatem generis qua Servatori nostro juncti erant *δεσπόσυνοι* appellati. Qui e Nazaris et Cochaba Judææ vicis in varias regiones dispersi, supradictam generis seriem, ex ephemeridum libro quam poterant fidelissime exposuerunt. Sive igitur ita se res habet, sive aliter, planiorem certe interpretationem, meo quidem judicio aliorumque qui æqui rerum æstimatores esse volent, nemo facile repererit. Proinde hæc nobis sufficiat, tametsi nullo testimonio fulta; quando nec meliorem aliam nec veriorem proferre possumus. Ceterum quin vera sit evangelii narratio dubitari non potest.

In fine autem ejusdem epistolæ Africanus hæc addit.

Matthan a Salomone genus ducens, Jacobum genuit. Mortuo deinde Matthane, Melchi oriundus ex Nathanis stirpe, ex eadem muliere genuit Heli. Quocirca Jacobus et Heli fratres erant uterini. Heli deinde sine liberis defuncto, Jacobus ei semen suscitavit, Josepho genito: qui natura quidem Jacobi, lege autem Heli filius fuit. Sic uterque Josephi pater recte dicitur.

EX

LIBRIS QUINQUE DE TEMPORIBUS, SEU CHRONICO.

I.

Τὴν πρώτην ἡμέραν ὁ Ἀφρικανὸς νοητὴν λέγει, διὰ τὸ ἀδιοργανίστον εἶναι τέως τὸ πρωτόκτιστον φῶς καὶ κεχυμένον. Profert hoc Georgius Syncellus in *Chronographia* sua pag. 3. edit. Goar.

Primum diem spiritualiter intelligendum esse dicit Africanus, eo quod indigesta etiam fuerit diffusaque primigenia lux.

II.

Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ περὶ τῆς ταφῆς τοῦ Ἀδὰμ εἰρηκότες, Ἀφρικανὸς καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος. A Montfauconio in *Collect. Nov. Patrum Gr.* tom. ii. p. 105. ex Cod. Reg. Paris. 2441. desumpt. Est Catena in Joannem.

Hi de sepultura Adami dixerunt, Africanus et sanctus Athanasius.

III.

Ἐνὼς [k] ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ πρῶτος, τοῦτ' ἔστι προσαγορεύεσθαι ὀνόματι

Interprete Jac. Goaro.

Enos *Domini Dei nomen primus invocare* (nomine appellari primus) *speravit:* hoc est Dei nomine cœpit appellari. Ex-

[k] Gen. iv. comm. ult.

Θεοῦ· ἑρμηνεύεται γὰρ ὁ Ἐνὼς ὡσανεὶ ἄνθρωπος, κατὰ τὸν Ἑβραϊκὸν νοῦν. οὕτω δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ, υἱὸς ὄντως ἀνθρώπου κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον. Ἀφρικανοῦ. Hæc affert Georgius Syncellus pag. 10. *Chronographiæ.*

ponitur enim Enos secundum Hebraicæ literæ mentem, quasi homo, ita et Salvator veri (vere) hominis filius est juxta naturalem rationem: *ait Africanus.*

IV.

Λέγεται γὰρ ὁμωνύμως ὁ Θεὸς πᾶσι τοῖς ἐξ αὐτοῦ, ἐπειδὴ ἐν πᾶσιν ἐστιν. Ἐν δὲ τῇ οἰκονομίᾳ, ὡς κατὰ τὴν οὐσίαν ὅλην οὐσιωθεὶς, ἄνθρωπος λέγεται, κατὰ τὸ εἰρημένον· [1]Ἐν ᾧ κατοικεῖ πᾶν τῆς Θεότητος τὸ πλήρωμα σωματικῶς. Hæc in *Scholiis* extant Maximi Confessoris *in Dionys. Areop.* p. 76. ed. Corderii *Op. S. Dion. Areop.* adscript.

Interprete Balth. Corderio.

Dicitur enim eodem nomine Deus omnibus quæ ex ipso sunt, quoniam in omnibus existit. In hac autem dispensatione tanquam secundum totam hominis substantiam substantialis, homo dicitur, juxta quod dictum est: *In quo inhabitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter.*

V.

—— περὶ οὗ (Mathusalæ) Ἀφρικανός· (hoc sumptum est ex Georgii Syncelli *Chronographia* pag. 21.) Οὗτος ἁπάντων πλείονα χρόνον βιοῖ, τῶν τε πρὸ αὐτοῦ, καὶ τῶν ἑξῆς

Interprete Goaro.

—de quo Africanus. Hic præ omnibus, cum majoribus, tum posterioribus longiorem vitam annis nimirum, nongentis sex-

[1] Coloss. ii. 9.

εἰς ἡμᾶς· εἰς (for. εἰσὶ) ἔτη τὰ σύμπαντα, [m]ἐννακόσια ἑξήκοντα ἐννέα. τάχα τι (for. τε) σημαίνει τὸ πολυχρόνιον αὐτοῦ, διὰ τὴν ὑπερκόσμιον ὀγδοάδα, Κυριακὴν ἡμέραν. ὄγδοος γὰρ ἀπὸ τοῦ πρώτου τυγχάνει. ὃ δ' ὑστερεῖ τοῦτο (for. τούτῳ) πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆς χιλιάδος, [n]πάντων ὑπάρχων πλήρωμα, ἀνεπλήρωσεν ὁ Σωτήρ. εἶτα φησίν· [o]Εἰσὶ τρεῖς ὁμωνυμίαι τῶν ἀπὸ Καΐν τοῖς ἀπὸ Σὴθ, ὡς Ἐνὼχ, καὶ Μαθουσάλα, καὶ Λάμεχ.

aginta novem duxit. Forsan ejus vitæ diuturnitas nonnihil menti objicit, quod cælestem octonarium diem, videlicet Dominicum spectat. A primo siquidem ille numeratur octavus : prima vero millenarii perfectio (31. intellige) quam addidit Salvator, ad complementum illi deficit. Tum subjungit. Tres sunt quædam filiorum Cain filiis Seth appellationes communes: Enoch, Mathusala, et Lamech.

VI.

[p]Ἀδὰμ γενόμενος ἐτῶν σλ'. γεννᾷ τὸν Σὴθ, καὶ τούτοις ἐπιζήσας ἔτη ψ'. ἀπέθανεν, ἤτοι δεύτερον θάνατον.

Σὴθ γενόμενος ἐτῶν σε'. ἐγέννησεν τὸν Ἐνώς. Ἀπὸ Ἀδὰμ τοίνυν μέχρι γενέσεως Ἐνὼς ἔτη τὰ σύμπαντα υλε'.

Ἐνὼς ὑπάρχων ἐτῶν ρϟ'. γεννᾷ τὸν Καϊνᾶν.

Καϊνᾶν δὲ ἐτῶν ρο'. γεννᾷ τὸν Μαλαλεήλ.

Interprete Goaro.

Cum esset Adamus annorum 230. genuit Seth : tum vero superstes annis 700. luce privatur, hoc est secundam mortem obit.

Seth annis 205. natus genuit Enos : ab Adamo itaque usque ad Enos natalem diem numerantur anni 435.

Enos annorum 190. genuit Caïnan.

Caïnan autem annorum 170. genuit Malaleel.

[m] Gen. v. 27. [n] Joan. i. 16. [o] Gen. capp. iv. et v. [p] Gen. v. 3—28.

Μαλαλεὴλ δὲ ἐτῶν ρξε΄. γεννᾷ τὸν Ἰαρέδ.

Ἰαρὲδ δὲ ἐτῶν ρξβ΄. γεννᾷ τὸν Ἐνώχ.

Ἐνὼχ δὲ ὑπάρχων ἐτῶν ρξε΄. γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα. καὶ εὐαρεστήσας τῷ Θεῷ, ἐπιζήσας ἔτη σ΄, οὐχ εὑρίσκετο.

Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ρπζ΄. ἐγέννησεν τὸν Λάμεχ.

Λάμεχ ὑπάρχων ἐτῶν ρπη΄. γεννᾷ τὸν Νῶε.

Hæc affert idem Georgius pag. 81. *Chronographiæ.*

Malaleel vero annorum 165. genuit Iared.

Iared ætatis 162. genuit Enoch.

Enoch vero annorum 165. genuit Mathusala: annisque ducentis superstes cum Deo placuisset, non ulterius visus est.

Mathusala annis 187. natus genuit Lamech.

Lamech annis 188. natus genuit Noe.

VII.

[q]Πλήθους ἀνθρώπων γενομένου ἐπὶ τῆς γῆς ἄγγελοι τοῦ οὐρανοῦ θυγατράσιν ἀνθρώπων συνῆλθον. ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις εὗρον, οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ. μυθεύεται δὲ, ὡς οἶμαι. ἀπὸ (for. legend. οἱ μὲν ἀπὸ) τοῦ Σὴθ ὑπὸ τοῦ πνεύματος οἱ υἱοὶ Θεοῦ προσαγορεύονται, διὰ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ γενεαλογουμένους δικαίους τε καὶ πατριάρχας ἄχρι τοῦ Σωτῆρος· τοὺς δ' ἀπὸ Κάϊν ἀνθρώπων ἀποκαλεῖ σπορὰν, ὡς οὐδέ τι θεῖον ἐσχηκότας, διὰ πονηρίαν γέ-

Interprete Goaro.

Aucta super terram hominum multitudine, angeli cœli filiabus hominum commixti sunt: in quibusdam exemplaribus legi, *filii Dei.* Indicat, ut reor, Spiritus sanctus a Seth patre Dei filios vocari, ob enatos ex ejus stirpe usque ad Salvatorem justos et patriarchas: Cain vero progeniem, ceu nil divinum referentem, ob generis pravitatem, ac confusæ naturæ dissimilitu-

q Gen. vi. 1, 2.

νους, καὶ διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀνόμοιον· ἐπιμιχθέντων αὐτῶν (for. *δ' αὐτῶν*) *τὴν ἀγανάκτησιν ποιήσασθαι τὸν* Θεόν. *εἰ δὲ ἐπ' ἀγγέλων νοοῖτο ἔχειν τούτους* (for. *τοῦτο,*) *τοὺς περὶ μαγείας καὶ γοητείας, ἔτι δὲ ἀριθμῶν κινήσεως,* (for. addend. *ἐσχολακότας συνιέναι χρὴ,* vide notam) *τῶν μετεώρων ταῖς γυναιξὶ τὴν γνῶσιν παραδεδωκέναι,* [r]*ἀφ' ὧν ἐποιήσαντο παῖδας τοὺς γίγαντας, δι' οὓς τῆς κακίας ἐπιγενομένης, ἔγνω πᾶν ἀφανίσαι ζώων γένος ὁ* Θεὸς *ἐν κατακλυσμῷ·* [s]*ἀπειλήσας ρκʹ. ἔτη οὐχ ὑπερβήσεσθαι τοὺς ἀνθρώπους. μήδε νομιζέσθω ζήτημα, διὰ τὸ πλείονα χρόνον τινὰς ὕστερον βιῶναι. τὸ γὰρ διάστημα τοῦ χρόνου γέγονεν ἑκατὸν ἔτη μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν τῶν τότε· ἦσαν γὰρ εἰκοσαετεῖς.* [t]Τῷ Νῶε *διὰ δικαιοσύνην εὐαρεστήσαντι κιβωτὸν ὑπέθετο κατασκευάσαι* Θεός· *καὶ γενομένης,* [u]*εἰσῆλθον εἰς αὐτὴν, αὐτός τε* Νῶε, *καὶ οἱ υἱοὶ, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ αἱ νύμφαι, καὶ ἀπὸ παντὸς ζώου ἀπαρχὴ, εἰς διαμονὴν τοῦ γένους.* [v]*ἦν δὲ*

dinem, hominum semen appellat: eisdemque indignationis suæ signa Deum inflixisse narrat. At si de angelis sermonem fieri sentiamus; magiis et præstigiis deditos accipi necesse est, qui astrorum et numerorum motum, rerumque sublimium, vel meteororum notitiam mulieribus tradiderunt, quorum congressu conceperunt illæ gigantes, a quibus scelerum omnium colluvie in universum orbem propagata, perfidum omne viventium genus diluvio perdere Deus decrevit, vicesimum et centesimum annum homines non superaturos minatus. Nullus porro dubius hæsitet, aut quæstionem anxius moveat, spatium hoc vitæ quosdam prætergressos contemplatus. Ætatis quippe, durationisque vitæ spatium post solos centum annos diluvio instante terminandum, peccatoribus vicesimum jam annum agentibus, in scelerum pœnam, velut lata sententia fuit præfixum. Noe vero ob singularem justitiam sibi gratum arcam construere jussit Deus: eaque absoluta, ingressi sunt in eam ipse Noe, et filii, uxor, et nurus, et selectæ quædam ad generis eorum cujusvis

r Gen. vi. 4. s Gen. vi. 3. t Gen. vi. 9. u Gen. vii. 7. v Gen. vii. 6.

ἐτῶν ἑξακοσίων ὁ Νῶε, ὅτε ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο. [w]ὡς δὲ ἔληξε τὸ ὕδωρ, ἡ κιβωτὸς ἱδρύθη ἐπὶ τὰ ὄρη Ἀραρὰτ, ἅ τινα ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ εἶναι· τινὲς δὲ ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας εἶναι φασίν· εἶδον δὲ τὸν τόπον ἑκάτερον. ἐπεκράτησεν δὲ ὁ κατακλυσμὸς ἐνιαυτόν· καὶ τότε ἐξηράνθη ἡ γῆ· [x]οἱ δὲ ἐξῆλθον τῆς κιβωτοῦ κατὰ συζυγίας, ὡς ἔστιν εὑρεῖν, καὶ οὐχ ὃν εἰσῆλθον τρόπον, [y]κατὰ γένη· [z]εὐλογοῦνταί τε πρὸς τοῦ Θεοῦ. τούτων μὲν οὖν ἕκαστον τῶν διαφερόντων τι σημαίνει. Affert hæc idem Georgius, partim pag. 19. partim vero pag. 21.

conservandi fiduciam animantium primitiæ. Imminente porro diluvio annos vitæ sexcentos Noe jam attigerat: aquis vero subsidentibus, in montibus Ararat, quos esse Parthiæ novimus; quidam licet Celænis, vel in nigra Phrygia contendant extare, (locus uterque mihi de visu notus est) arca constitit. Aquarum hæc inundatio anno integro stetit: ac demum exsiccata est terra. Combinata demum mas et fœmina, prout reperiri contigit, non ordine quo juxta genus distincta fuerant ingressa, ex arca prodierunt animantia, quæ subinde a Deo prospera benedictionum accessione cumulantur: et eorum quidem, quæ nobis conducunt, nonnihil ista significant.

VIII.

[a]Νῶε ἦν ἐτῶν χ΄. ὅτε ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο. γίνεται τοίνυν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Νῶε καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ βσξβ΄. ἔτη. Affert hoc Georgius pag. 83.

Interprete Goaro.

Ingruente diluvio 600. annorum erat Noe. Ab Adamo igitur versus Noe et diluvium numerantur anni 2262.

[w] Gen. viii. 3, 4. [x] Gen. viii. 19. [y] Gen. vii. 9, 15, 16.
[z] Gen. ix. 1. [a] Gen. vii. 6.

IX.

[b]Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν Σὴμ ἐγέννησεν τὸν Ἀρφαξάδ. Ἀρφαξὰδ δὲ γενόμενος ἐτῶν ρλε΄. γεννᾷ τὸν Σαλὰ, βτϟζ΄. (Nescit Africanus, sicut codex Hebræus, τὸν δεύτερον Καϊνᾶν, qui inter Arphaxad Salamque hodie saltem in Versione τῶν ο΄ extat.) Σαλὰ γενόμενος ἐτῶν ρλ΄. γεννᾷ τὸν Ἕβερ, ͵βφκζ΄. Ἕβερ γενόμενος ἐτῶν ρλδ΄. γεννᾷ τὸν Φαλὲκ, βχξα΄. οὕτως ἐπικληθέντα διὰ τὸ ἐν ἡμέραις αὐτοῦ μερισθῆναι τὴν γῆν. Φαλὲκ ἐτῶν ρλ΄. ἐγέννησε τὸν Ῥαγαῦ, καὶ ἐπιζήσας ἔτη σθ΄. ἐτελεύτησεν. Ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τελευτὴν Φαλὲκ ἔτη ͵γ.

Ῥαγαῦ ἐτῶν ρλβ΄. γενόμενος ἐγέννησε τὸν Σερούχ. Σεροὺχ ρλ΄. τὸν Ναχώρ. Ναχὼρ οθ΄. τὸν Θάρα. Θάρα ο΄. ἐτῶν ὢν τὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ναχὼρ, καὶ Ἀῤῥάν. Τῷ ͵γσοζ΄. ἔτει τοῦ κόσμου ἐπέβη Ἀβραὰμ τῆς ἐπηγγελμένης Χαναναίτιδος γῆς.

Ἔνθεν ἄρχεται τῶν Ἑβραίων ἡ προσωνυμία. Ἑβραῖοι γὰρ οἱ περάται ἑρμηνεύονται, διαπεράσαντος Εὐ-

Interprete Goaro.

Post diluvium Sem genuit Arphaxad. Arphaxad annis 135. natus genuit Sala: anno 2397. Sala annis 130. natus genuit Heber, anno 2527. Heber annis 134. natus, anno 2661. genuit Phalec, sic vocatum, quod ejus ætate divisa fuerit terra. Phalec annis 130. natus genuit Ragam, et superstes annis 209. morte sublatus est. Ab Adamo usque ad mortem Phalec anni 3000.

Ragam annis 132. natus genuit Saruch. Saruch anno centesimo trigesimo genuit Nachor. Nachor anno septuagesimo nono genuit Thara. Thara anno 70. genuit Abraham, Nachor, et Aram. Anno mundi 3277. terram Chananitidem sibi promissam ingressus est Abraham.

Hic primum nomen Hebræorum auditum est. Hebræi namque transmigrantes exponuntur, qui cum Abraham tra-

[b] Gen. xi. 10. et seqq.

φράτην Ἀβραάμ· καὶ οὐχ, ὡς οἴονταί τινες, ἀπὸ Ἔβερ τοῦ προειρημένου.

Συνάγεται τοίνυν εἰς τὴν ἐπίβασιν τῆς κατηγγελμένης γῆς Ἀβραὰμ, ἀπὸ μὲν τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ Νῶε, γενεῶν δέκα ἔτη ͵αιέ. ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ, γενεῶν κ΄. ἔτη ͵γσοζ΄. Exstant hæc in pagg. 86. et 93. et 99. ejusdem Georgii *Chronographiæ*.

jecerunt Euphratem; et non, ut quidem autumant, ab Heber: de quo alibi sermo habitus.

A præterito itaque diluvio, Noeque temporibus, usque ad ingressum Abrahæ in terram promissam, generationum decem anni 1015. colliguntur: ab Adamo vero, generationum viginti anni 3277.

X.

Αἰγύπτιοι μὲν οὖν ἐπὶ τὸ κομπωδέστερον, χρόνων περιττὰς περιόδους καὶ μυριάδας ἐτῶν, κατὰ θέσιν τινὰ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἀστρολογουμένων ἐξέθεντο. ἅς τινες τῶν ταῦτα ἀκριβοῦν δοξάντων συστέλλοντες σεληνιαίους εἶπον ἐνιαυτούς· οὐδὲν (for. οἱ οὐδὲν) ἔλαττον ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἀπονενευκότες, συμπίπτουσι ταῖς ὀκτὼ καὶ ἐννέα χιλιάσιν ἐτῶν, ἃς Αἰγυπτίων οἱ παρὰ Πλάτωνα ἱερεῖς εἰς Σόλωνα καταριθμοῦντες οὐκ ἀληθεύουσιν.

Καὶ μετ᾽ ὀλίγα. Τὰ γὰρ Φοινίκων τρισμύρια ἔτη, ἢ τὸν τῶν Χαλδαίων λῆρον, τὸν τῶν τεσσαράκοντα ὀκτὼ

Interprete Goaro.

Ægyptii certe de suæ ætatis antiquitate jactantius eloquuti, per annorum revolutiones et myriades prorogatam quandam seriem ex astrologicis experimentis statuerunt: quas quidem ii, qui se penitius inspexisse arbitrantur, summatim legentes, fabulis nihilo secius addicti, annos hujusmodi lunares putandos commenti sunt, et confictis octo vel novem annorum millenariis, quæ Soloni velut authori Ægyptiorum sacerdotes apud Platonem quondam ascripserunt, a veritate probavere se longe dissitos.

Et quibusdam interjectis. A Phœnicibus pariter myriades annorum tres jactatas, Chaldæorumque deliria, nec non quadraginta et octo alias myriades, quid memorare necesse est? A Chal-

μυριάδων τί δεῖ καὶ λέγειν; ἐκ τούτων γὰρ Ἰουδαῖοι τὸ ἀνέκαθεν γεγονότες, ἀπὸ Ἀβραὰμ ἀρξάμενοι, ἀτυφότερόν τε καὶ ἀνθρωπίνως, μετὰ (for. κατὰ) τοῦ ἀληθοῦς διὰ τοῦ Μωσέως πνεύματος διδαχθέντες, ἔκ τε τῶν λοιπῶν Ἑβραϊκῶν ἱστοριῶν, ἀριθμὸν ἐτῶν πεντάκις χιλίων πεντακοσίων εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Σωτηρίου Λόγου τὴν ἐπὶ τῆς μοναρχίας τῶν Καισάρων κηρυσσομένην παραδεδώκασιν. Extant hæc in ejusdem Georgii *Chronograph.* pag. 17.

dæis enim per Abrahamum patrem orti Judæi, vero Moysis spiritu imbuti, qua dedecet homines a fastu alienos, suique memores, modestia, ex relictis sibi Hebræorum monumentis annorum quinquies millium et quingentorum numerum usque ad salutaris Verbi adventum sub Cæsarum imperio mundo evulgatum posteris tradiderunt.

XI.

DYNASTIÆ ÆGYPTIÆ,

QUAS

EX ÆGYPTIACIS MANETHONIS COLLECTAS

AFRICANUS

IN LIBROS SUOS RETULIT DE TEMPORIBUS.

Titulus Dynastiarum apud Georgium Syncellum CPol.

Περὶ τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Αἰγύπτου Δυναστειῶν, ὡς ὁ Ἀφρικανός.

Ex primo Manethonis libro.

α΄. Μετὰ νεκύας καὶ τοὺς ἡμιθέους Πρώτη Δυναστεία καταριθμεῖται βασιλέων ὀκτώ, ὧν πρῶτος Μήνης

De Ægypti Dynastiis post Diluvium, secundum Africanum.

1. Post Mortuos et Semideos prima Dynastia censetur regum octo, quorum primus Menes Theinites annis 62. regnavit, qui

Θεινίτης ἐβασίλευσεν ἔτη ξβʹ. ὃς ὑπὸ ἱπποποτάμου διαρπαγεὶς διεφθάρη.

βʹ. Ἀθῶθις υἱὸς ἔτη νζʹ. ὁ τὰ ἐν Μέμφει βασίλεια οἰκοδομήσας· οὗ φέρονται βίβλοι ἀνατομικαὶ, ἰατρὸς γὰρ ἦν.

γʹ. Κενκένης υἱὸς ἔτη λαʹ.

δʹ. Οὐενέφης υἱὸς ἔτη κγʹ. ἐφ' οὗ λιμὸς κατέσχε τὴν Αἴγυπτον μέγας· οὗτος τὰς περὶ Κωχώμην ἤγειρε πυραμίδας.

εʹ. Οὐσαφαῖδος υἱὸς ἔτη κʹ.

ϛʹ. Νιεβὲς υἱὸς ἔτη κϛʹ.

ζʹ. Σεμέμψης υἱὸς ἔτη ιηʹ. ἐφ' οὗ φθορὰ μεγίστη κατέσχεν τὴν Αἴγυπτον.

ηʹ. Βιηνεχὴς υἱὸς ἔτη κϛʹ.

Ὁμοῦ ἔτη σνγʹ. (σξγʹ.) Extant hæc in *Chronographia* ejusdem Georgii Syncelli pag. 54.

ab hippopotamo raptus periit.

2. Athothis filius, annis 57. qui apud Memphim regiam ædificavit; cujus feruntur libri de anatomia, medicus enim erat.

3. Cencenes filius, annis 31.

4. Venephes filius, annis 23. sub quo fames ingens Ægyptum invasit; hic apud Cochomen pyramidas illas erexit.

5. Usaphædus filius, annis 20.

6. Niebes filius, annis 26.

7. Semempsis filius, annis 18. sub quo maxima pestis Ægyptum invasit.

8. Bieneches filius, annis 26.

Simul anni 253. (263.)

DYNASTIA II.

Δευτέρα Δυναστεία βασιλέων ἐννέα.

Ὧν πρῶτος Βῶχος ἔτη ληʹ. ἐφ' οὗ χάσμα κατὰ Βούβαστον ἐγένετο, καὶ ἀπώλοντο πολλοί.

Interprete quidem Goaro, qui et reliquas Dynastias Latine vertit,
Sed regum nominibus atque annis ad substituta Græca correctis.

Dynastia Secunda regum novem.

1. Quorum Bochus annis 38. sub quo portentosus terræ hiatus ad Bubastin, quo plerosque perire contigit.

β΄. Καιαχῶς ἔτη λθ΄. ἐφ᾽ οὗ οἱ βόες Ἄπις ἐν Μέμφει καὶ Μνεύις ἐν Ἡλιοπόλει καὶ ὁ Μενδήσιος τράγος, ἐνομίσθησαν εἶναι Θεοί.

γ΄. Βίνωθρις ἔτη μζ΄. ἐφ᾽ οὗ ἐκρίθη τὰς γυναῖκας βασιλείας γέρας ἔχειν.

δ΄. Τλᾶς ἔτη ιζ΄.

ε΄. Σεθένης ἔτη μδ.᾽

ϛ΄. Χοέρης ἔτη ιζ΄.

ζ΄. Νεφερχέρης ἔτη κε΄. ἐφ᾽ οὗ μυθεύεται τὸν Νεῖλον μέλιτι κεκραμένον ἡμέραις ἕνδεκα ῥυῆναι.

η΄. Σέσωχρις ἔτη μη΄. ὃς ὕψος εἶχε πηχῶν ε΄, πλάτος παλαιστῶν γ΄.

θ΄. Χενερὴς, ἔτη λ΄.

Ὁμοῦ ἔτη τβ΄.

Ὁμοῦ πρώτης καὶ δευτέρας δυναστείας μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη φνε΄. (φξε΄.). κατὰ τὴν δευτέραν ἔκδοσιν Ἀφρικανοῦ. Extant hæc pag. 55. *Georgii Syncelli.*

2. Ceachos, annis 39. sub quo bos Apis Memphi et Mnevis Heliopoli et Mendesius caper habiti sunt Dei.

3. Binothris, annis 47. sub quo mulieres regno potiri decretum est.

4. Ilas, annis 17.

5. Sethenes, annis 41.

6. Choeres, annis 17.

7. Nephercheres, annis 25. sub quo Nilum melleo liquore permixtum diebus undecim fluxisse fabulantur.

8. Sesochris, annis 48. cujus proceritas cubitis 5. latitudo tribus (palmis) protensa.

9. Cheneres, annis 30.

Omnium summa est annorum 302.

Primi vero secundique post diluvium principatus summa est annorum 555. (565.) juxta secundam Africani expositionem.

DYNASTIA III.

Τρίτη Δυναστεία Μεμφιτῶν βασιλέων ἐννέα· ὧν

α΄. Νεχερόφης ἔτη κη΄. ἐφ᾽ οὗ Λίβυες ἀπέστησαν

Dynastia tertia regum Memphitarum novem, quorum

1. Necherophes, annis 28. cujus ætate Libyes ab Ægyptiis defecerunt, luna tamen præter communem cursum aucta, metu

Αἰγυπτίων, καὶ τῆς σελήνης παρὰ λόγον αὐξηθείσης, διὰ δέος ἑαυτοὺς παρέδοσαν.

β΄. Τόσορθρος ἔτη κθ΄. οὗτος Ἀσκλήπιος Αἰγυπτίοις κατὰ τὴν ἰατρικὴν νενόμισται, καὶ τὴν διὰ ξεστῶν λίθων οἰκοδομίαν εὕρατο, ἀλλὰ καὶ γραφῆς ἐπεμελήθη.

γ΄. Τυρίς ἔτη ζ΄.

δ΄. Μέσωχρις ἔτη ιζ΄.

ε΄. Σώυφις ἔτη ιϛ΄.

ϛ΄. Τοσέρτασις ἔτη ιθ΄.

ζ΄. Ἄχης ἔτη μβ΄.

η΄. Σίφουρις ἔτη λ΄.

θ΄. Κερφέρης ἔτη κϛ΄.

Ὁμοῦ ἔτη σιδ΄.

Ὁμοῦ τῶν τριῶν Δυναστειῶν, κατὰ τὸν Ἀφρικανὸν, ἔτη ψξθ΄. (ψοθ΄.) Extant hæc pag. 56. *Syncelli.*

ducti seipsos dediderunt.

2. Tosorthrus annis 29. hic Æsculapius Ægyptiis ob medicandi peritiam habitus: sectis lapidibus ædificandi artem invenit; et characteribus litterarum recte exarandis laborem et industriam impendit.

3. Tyris, annis 7.

4. Mesochris, annis 17.

5. Soÿphis, annis 16.

6. Tosertasis, annis 19.

7. Aches, annis 42.

8. Siphuris, annis 30.

9. Cerpheres, annis 26.

Horum summa annorum 214.

Trium simul principatuum ex Africani mente summa 769.

DYNASTIA IV.

Τετάρτη Δυναστεία Μεμφιτῶν, συγγενείας ἑτέρας, βασιλεῖς η΄.

α΄. Σῶρις ἔτη κθ΄.

β΄. Σοῦφις ἔτη ξγ΄. ὃς τὴν μεγίστην ἤγειρε πυρα-

Dynastia quarta alterius cognationis Memphitarum regum octo.

1. Soris, annis 29.

2. Suphis, annis 63. Ille pyramidem omnium maximam erexit, quam a Cheope rege po-

μίδα· ἣν φησὶν Ἡρόδοτος ὑπὸ Χέοπος γεγονέναι. οὗτος δὲ καὶ ὑπερόπτης εἰς Θεοὺς ἐγένετο· καὶ τὴν ἱερὰν συνέγραψε βίβλον, ἣν ὡς μέγα χρῆμα ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενος ἐκτησάμην.

γʹ. Σοῦφις ἔτη ξϛʹ.

δʹ. Μενχέρης ἔτη ξγʹ.

εʹ. Ῥατοίσης ἔτη κεʹ.

ϛʹ. Βιχέρης ἔτη κβʹ.

ζʹ. Σεβερχέρης ἔτη ζʹ.

ηʹ. Θαμφθὶς ἔτη θʹ.

Ὁμοῦ ἔτη σοδʹ. (σπδʹ.)

Ὁμοῦ τῶν δʹ. Δυναστειῶν τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ͵αμϛʹ. (͵αξγʹ.) κατ' Ἀφρικανόν. Hæc extant in pag. 56. *Syncelli.*

sitam Herodotus scribit. Idem Peroptes dictus, inter divos relatus est, (contemptor Deorum extitit,) librumque de sacris conscripsit, quem velut pretiosam supellectilem in Ægypto mihi comparavi.

3. Suphis, annis 66.
4. Mencheres, annis 63.
5. Ratœses, annis 25.
6. Bicheres, annis 22.
7. Sebercheres, annis 7.
8. Thamphtis, annis 9.

Summa 274. annorum.

Quatuor post diluvium Dynastiarum summa, ex Africano, est 1046.

DYNASTIA V.

Πέμπτη Δυναστεία βασιλέων ἐξ Ἐλεφαντίνης.

αʹ. Οὐσερχέρης ἔτη κηʹ.

βʹ. Σεφρὴς ἔτη ιγʹ.

γʹ. Νεφερχέρης ἔτη κʹ.

δʹ. Σίσιρις ἔτη ζʹ.

εʹ. Χέρης ἔτη κʹ.

Dynastia quinta regum ex Elephantina.

1. Usercheres, annis 28.
2. Sephres, annis 13.
3. Nephercheres, annis 20.
4. Sisiris, annis 7.
5. Cheres, annis 20.

ς'. Ῥαθοῦρις ἔτη μδ'.

ζ'. Μερχερὴς ἔτη θ'.

η'. Ταρχέρης ἔτη μδ'.

θ'. Ὄβνος ἔτη λγ'.

Ὁμοῦ ἔτη σμη'. (σιη'.)

Γίνονται σὺν τοῖς προτεταγμένοις ͵αμς'. (͵αξγ'.) ἔτεσιν τῶν τεσσάρων Δυναστειῶν ἔτη ͵ασϟδ'. (͵ασπα'.)

Extant hæc in pag. 57. *Syncelli.*

6. Rathuris, annis 44.
7. Mercheres, annis 9.
8. Tarcheres, annis 44.
9. Obnus, annis 33.

Summa est annorum 248. Quæ cum prioribus 1046. Dynastiarum quatuor, annorum 1294. summam componit.

DYNASTIA VI.

Ἕκτη Δυναστεία βασιλέων ἓξ Μεμφιτῶν.

α. Ὀθώης ἔτη λ'. ὃς ὑπὸ τῶν δορυφόρων ἀνῃρέθη.

β'. Φιὸς ἔτη νγ'.

γ'. Μεθουσουφὶς ἔτη ζ'.

δ'. Φίωψ ἑξαετὴς ἀρξάμενος βασιλεύειν, διεγένετο μέχρις ἐτῶν ρ'.

ε'. Μεντεσοῦφις ἔτος ἕν.

ς'. Νίτωκρις γεννικωτάτη καὶ εὐμορφοτάτη τῶν κατ' αὐτὴν γενομένη, ξανθὴ τὴν χροιάν· ἣ τὴν τρίτην ἤγειρε πυραμίδα· ἐβασίλευσεν ἔτη ιβ'.

Dynastia sexta regum sex Memphitarum.

1. Othoes, qui a satellitibus est occisus.

2. Phius, annis 53.

3. Methusuphis, annis 7.

4. Phiops, sexennis regnare cœpit, annis centum vixit (permansit).

5. Mentesuphis, anno uno.

6. Nitocris nobilissima et formosissima sui temporis mulierum, vultu rubicunda, quæ pyramidem tertiam erexit: et annis duodecim regnavit.

Ὁμοῦ ἔτη σγ΄.

Γίνονται σὺν τοῖς προτεταγμένοις ͵ασϟδ΄. (͵ασπα΄.) τῶν ε΄. Δυναστειῶν ἔτη ͵αυϟζ΄. (͵αυπδ΄.) Extant hæc in pag. 58. *Syncelli.*

Summa, 203. anni.
Qui præordinatis quinque Dynastiarum annis 1294. appositi, conflant 1497.

DYNASTIA VII.

Ἑβδόμη Δυναστεία Μεμφιτῶν βασιλέων ο΄. οἳ ἐβασίλευσαν ἡμέρας ο΄. Hoc apud *Syncellum* ibidem extat.

Dynastia septima regum 70. Memphitarum, qui diebus 70. regnavere.

DYNASTIA VIII.

Ὀγδόη Δυναστεία Μεμφιτῶν βασιλέων κζ΄. οἳ ἐβασίλευσαν ἔτη ρμϛ΄. Γίνονται σὺν τοῖς προτεταγμένοις ἔτη ͵αχλθ΄. τῶν ὀκτὼ Δυναστειῶν. Extat apud *Syncellum* ibid.

Dynastia octava regum 27. Memphitarum, qui annis 146. regnum tenuere. Supra memoratis itaque comprehensis Dynastiarum octo annis insimul sunt 1639.

DYNASTIA IX.

Ἐννάτη Δυναστεία Ἡρακλεοπολιτῶν βασιλέων ιθ΄. οἳ ἐβασίλευσαν ἔτη υθ΄· ὧν

Ὁ πρῶτος Ἀχθόης δεινότατος τῶν πρὸ αὐτοῦ γενόμενος, τοῖς ἐν πάσῃ Αἰγύπτῳ κακὰ εἰργάσατο· ὕστερον δὲ μανίᾳ περιέπεσε, καὶ ὑπὸ κροκοδείλου διεφθάρη. Extant hæc p. 59. *Syncelli.*

Dynastia nona regum 19. *Heracleopolitarum, annis* 409. *sceptra moderatorum ; quorum*

1. Achthoes vir majorum suorum crudelissimus, plura totius Ægypti incolis ferocitatis argumenta dedit, versus est in amentiam, et a crocodilo necatus est.

DYNASTIA X.

Δεκάτη Δυναστεία Ἡρακλεοπολιτῶν βασιλέων ιθ΄. οἳ ἐβασίλευσαν ἔτη ρπε΄. Extat ibidem apud *Syncellum*.

Dynastia decima regum 19. Heracleopolitarum totis 185. annis imperantium.

DYNASTIA XI.

Ἑνδεκάτη Δυναστεία Διοσπολιτῶν βασιλέων ιϛ΄. οἳ ἐβασίλευσαν ἔτη μγ΄. Μεθ' οὓς Ἀμμενέμης ἔτη ιϛ΄.

Μέχρι τοῦδε τὸν πρῶτον τόμον καταγήοχεν ὁ Μανεθῶ.

Ὁμοῦ βασιλεῖς ρϟβ΄. (σ΄.). Ἔτη ͵βτη΄. (͵βσπγ΄.) ἡμέραι ο΄. Extant hæc ibid. apud *Syncellum*.

Dynastia undecima 16. regum Diospolitarum, annis 43. quibus Ammenemes per annos 16. successit.

Hucusque tomi primi argumentum deducit Manetho.

Reges itaque sunt numero 192. anni 2308. dies 70.

ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΤΟΜΟΥ ΜΑΝΕΘΩ.

DYNASTIA XII.

Δωδεκάτη Δυναστεία Διοσπολιτῶν βασιλέων ἑπτά.

α΄. Σεσόγχωσις Ἀμμανέμου υἱὸς ἔτη μϛ΄.

β΄. Ἀμμανέμης ἔτη λη΄. ὃς ὑπὸ τῶν ἰδίων εὐνούχων ἀνῃρέθη.

γ΄. Σέσωστρις ἔτη μη΄. ὃς ἅπασαν ἐχειρώσατο τὴν

Ex secundo Manethonis tomo.

Dynastia duodecima regum septem Diospolitarum.

1. Sesonchosis Ammanemi filius, annis 46.

2. Ammanemes annis 38. a propriis eunuchis neci traditus.

3. Sesostris annis 48. Hic novem annorum spatio totam

Ἀσίαν ἐν ἐνιαυτοῖς ἐννέα, καὶ τῆς Εὐρώπης τὰ μέχρι Θρᾴκης· πανταχόσε μνημόσυνα ἐγείρας τῆς τῶν ἐθνῶν κατασχέσεως· ἐπὶ μὲν τοῖς γενναίοις, ἀνδρῶν· ἐπὶ δὲ τοῖς ἀγεννέσι, γυναικῶν μόρια ταῖς στήλαις ἐγχαράσσων· ὃς (Scaliger habet ὡς) ὑπὸ Αἰγυπτίων μετὰ Ὄσιριν πρῶτον νομισθῆναι.

δʹ. Λαχάρης ἔτη ηʹ. ὃς τὸν ἐν Ἀρσενοΐτῃ λαβύρινθον ἑαυτῷ τάφον κατεσκεύασεν.

εʹ. Ἀμμερὴς ἔτη ηʹ.

ϛʹ. Ἀμμενέμης ἔτη ηʹ.

ζʹ. Σκεμίοφρις ἀδελφὴ ἔτη δʹ.

Ὁμοῦ ἔτη ρξʹ. Extant hæc apud *Syncellum* pag. 59.

Asiam subjugavit, cunctasque Thraciam usque Europæ regiones: et devictæ nationis memoriam erecturus, quos generosos comperisset virorum genitalibus; imbelles muliebribus effictis arguebat. Idem post Osirim ab Ægyptiis primo repositus est loco.

4. Lachares annis 8. Hic labyrinthum in Arsenoïte sibi elegit sepulturam.

5. Ammeres annis octo.

6. Ammenemes annis octo.

7. Scemiophris ejus soror annis quatuor.

Summa anni 160.

DYNASTIA XIII.

Τρισκαιδεκάτη Δυναστεία Διοσπολιτῶν βασιλέων ξʹ. οἳ ἐβασίλευσαν υνγʹ. ἔτη. Hoc extat pag. 61. *Syncelli.*

Dynastia decima tertia regum 60. Diospolitarum annis 453. regnum moderatorum.

DYNASTIA XIV.

Τεσσαρεσκαιδεκάτη Δυναστεία Ξοιτῶν βασιλέων οϛʹ. οἳ ἐβασίλευσαν ἔτη ρπδʹ. Extat in *MSto Syncelli altero Parisino.*

Dynastia decima quarta regum Xoïtarum 76. qui regnaverunt annis 184.

DYNASTIA XV.

Πεντεκαιδεκάτη Δυναστεία Ποιμένων.

Ἦσαν δὲ Φοίνικες ξένοι βασιλεῖς ς΄. οἳ καὶ Μέμφιν εἷλον. οἳ καὶ ἐν τῷ Σεθροΐτῃ νομῷ πόλιν ἔκτισαν, ἀφ᾽ ἧς ὁρμώμενοι Αἰγυπτίους ἐχειρώσαντο· ὧν

α΄. Σαΐτης ἐβασίλευσεν ἔτη ιθ΄. ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ Σαΐτης νομός.

β΄. Βνῶν ἔτη μδ΄.

γ΄. Παχνᾶν ἔτη ξα΄.

δ΄. Σταὰν ἔτη ν΄.

ε. Ἄρχλης ἔτη μθ΄.

ς΄. Ἄφωβις ἔτη ξα΄.

Ὁμοῦ ἔτη σπδ΄. Extat hoc pag. 61. *Syncelli.*

Dynastia decima quinta Pastorum.

Erant vero Phœnices peregrini reges sex, qui Memphim etiam ceperunt: qui in Sethroite quoque tractu condiderunt urbem, ex qua irruptione facta, Ægyptios subjugavere, quorum

1. Primus Saites regnavit annis 19. a quo tractus et regio Saites vocata.
2. Bnon annis 44.
3. Pachnan annis 61.
4. Staan annis 50.
5. Archles annis 49.
6. Aphobis annis 61.

Summa anni 284.

DYNASTIA XVI.

Ἑκκαιδεκάτη Δυναστεία, Ποιμένες ἄλλοι βασιλεῖς λβ΄. ἐβασίλευσαν ἔτη φιη΄. Extat ibidem apud *Syncellum.*

Dynastia decima sexta pastorum aliorum, quorum reges 32. annis 518. regnaverunt.

DYNASTIA XVII.

Ἑπτακαιδεκάτη Δυναστεία, Ποιμένες ἄλλοι βασιλεῖς μγʹ. καὶ Θηβαῖοι Διοσπολῖται μγʹ.

Ὁμοῦ οἱ Ποιμένες, καὶ οἱ Θηβαῖοι ἐβασίλευσαν ἔτη ρναʹ. Extat ibidem apud *Syncellum*.

Dynastia decima septima aliorum est pastorum, quorum reges 43. et Thebæi Diospolitæ 43.

Summatim tum pastores, tum Thebæi annis 151. imperarunt.

DYNASTIA XVIII.

Ὀκτωκαιδεκάτη Δυναστεία Διοσπολιτῶν βασιλέων ιςʹ. ὧν

Πρῶτος Ἄμως, ἐφ' οὗ ὁ Μωσῆς ἐξῆλθεν ἐξ Αἰγύπτου, ὡς ἡμεῖς ἀποδείκνυμεν. Extat hoc pagg. 62 et 69. *Syncelli.*

Δεύτερος [κατὰ Ἀφρικανὸν] κατὰ τὴν ιηʹ. Δυναστείαν ἐβασίλευσε Χεβρὼς ἔτη ιγʹ.

Τρίτος Ἀμενωφθὶς ἔτη κδʹ.

Τέταρτος Ἀμερσὶς ἔτη κβʹ.

Πέμπτος Μίσαφρις ἔτη ιγʹ.

Ἕκτος Μισφραγμούθωσις ἔτη κςʹ. ἐφ' οὗ ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμός. Extant hæc pag. 70. *Syncelli.*

ζʹ. Τούθμωσις ἔτη θʹ.

Dynastia decima octava regum 16. *Diospolitarum, quorum*

Primus fuit Amos, sub quo Moyses egressus est ex Ægypto, prout demonstrabimus.

Secundus Dynastiæ 18. ex Africano, regnavit Chebros annis 13.

Tertius Amenophthis, annis 24.

Quartus Amersis, annis 22.

Quintus Misaphris, annis 13.

Sextus Misphragmuthosis, annis 26. Sub quo Deucalionæum diluvium.

7. Tuthmosis annis 9.

η'. Ἀμενῶφις ἔτη λα'. οὗτός ἐστιν ὁ Μέμνων εἶναι νομιζόμενος, καὶ φθεγγόμενος λίθος.

θ'. Ὧρος ἔτη λζ'.

ι'. Ἀχεῤῥῆς ἔτη λβ'.

ια'. Ῥαθῶς ἔτη ἕξ.

ιβ'. Χεβρῆς ἔτη ιβ'.

ιγ'. Ἀχεῤῥῆς ἔτη ιβ'.

ιδ'. Ἀρμεσῆς ἔτη ε'.

ιε'. Ῥαμμεσσῆς ἔτος ἕν.

ιϛ'. Ἀμενῶφ ἔτη ιθ'.

Ὁμοῦ ἔτη σξγ'. Extant hæc pag. 72. *Syncelli.*

8. Amenophis annis 31. Hic Memnon habitus, et lapis loquela præditus.
9. Horus annis 37.
10. Acherres annis 32.
11. Rathos annis 6.
12. Chebres annis 12.
13. Acherres annis 12.
14. Armeses annis 5.
15. Rammesses anno uno.
16. Amenoph annis 19.
Summa anni 263.

DYNASTIA XIX.

Ἐννεακαιδεκάτη Δυναστεία βασιλέων ζ'. Διοσπολιτῶν.

α'. Σέθως ἔτη να'.

β'. Ῥαψάκης ἔτη ξα'.

γ'. Ἀμμενέφθης ἔτη κ'.

δ'. Ῥαμεσῆς ἔτη ξ'.

ε'. Ἀμμενεμνῆς ἔτη ε'.

ϛ'. Θουωρὶς, ὁ παρ' Ὁμήρῳ καλούμενος Πόλυβος, Ἀλκάνδρας ἀνὴρ, ἐφ' οὗ τὸ Ἴλιον ἑάλω, ἔτη ζ'.

Dynastia decima nona regum Diospolitarum 7.

1. Sethos annis 51.
2. Rapsaces annis 61.
3. Ammenephthes annis 20.
4. Rameses annis 60.
5. Ammenemnes annis 5.
6. Thuoris, Polybus Homero dictus, Alcandræ conjux, sub quo captum est Ilium, annis 7.

Ὁμοῦ ἔτη σθʹ. (σδʹ.)

Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ δευτέρου τόμου Μανεθῶ βασιλεῖς ϟϛʹ. ἔτη ͵βρκαʹ. (͵βσιϛʹ.) Extant ibid. apud *Syncellum.*

Summa anni 209.

Eodem secundo Manethonis libro reperiuntur reges 96. quorum imperium ad 2121. annos protractum est.

ἘΚ Γʹ ΤΟΜΟΥ ΜΑΝΕΘΩ.

DYNASTIA XX.

Εἰκοστὴ Δυναστεία βασιλέων Διοσπολιτῶν ιβʹ. οἳ ἐβασίλευσαν ἔτη ρλεʹ. Extat hoc pag. 73. *Syncelli.*

Ex Manethonis libro tertio.

Dynastia vigesima regum 12. Diospolitarum, qui annis 135. regnaverunt.

DYNASTIA XXI.

Πρώτη καὶ εἰκοστὴ Δυναστεία βασιλέων Τανιτῶν ζʹ.

αʹ. Σμενδῆς ἔτη κϛʹ.

βʹ. Ψουσένης ἢ Ψουνέσης ἔτη μϛʹ.

γʹ. Νεφελχερὴς ἔτη δʹ.

δʹ. Ἀμενενωφθὶς ἔτη θʹ.

εʹ. Ὀσοχὼρ ἔτη ϛʹ.

ϛʹ. Ψιναχὴς ἔτη θʹ.

Dynastia vigesima prima regum Tanitarum septem.

1. Smendes annis 26.
2. Psusenes vel Psuneses annis 46.
3. Nephelcheres annis 4.
4. Amenenophtis annis 9.
5. Osochor annis 6.
6. Psinaches annis 9.

ζ′. Σουσέννης ἔτη ιδ′.

Ὁμοῦ ἔτη ρλ′. Extant ibidem apud *Syncellum.*

7. Susennes annis 14.

Summa anni 130.

DYNASTIA XXII.

Εἰκόστη δευτέρα Δυναστεία Βουβαστιτῶν βασιλέων θ′.

Πρῶτος Σέσογχις ἔτη κα′.

β′. Ὀσόρθων ἔτη ιε′.

γ′. δ′. ε′. Ἄλλοι τρεῖς ἔτη κε′.

ϛ′. Τακέλλωθις ἔτη ιγ′.

ζ′. η′. θ′. Ἄλλοι τρεῖς ἔτη μβ′.

Ὁμοῦ ἔτη ρις′. Extant hæc ibid. apud *Syncellum.*

Dynastia vigesima secunda Bubastitarum regum 9.

1. Sesonchis annis 21.
2. Osortho annis 15.
3. 4. 5. Alii tres annis 25.
6. Tacellothis annis 13.
7. 8. 9. Alii tres annis 42.

Summa anni 116.

DYNASTIA XXIII.

Τρίτη καὶ εἰκοστὴ Δυναστεία Τανιτῶν βασιλεων δ′.

α′. Πετουβάστης ἔτη μ′. ἐφ᾽ οὗ Ὀλυμπιὰς ἤχθη πρώτη.

β′. Ὀσορχῶ ἔτη η′. ὃν Ἡρακλέα Αἰγύπτιοι καλοῦσιν.

γ′. Ψαμμοῦς ἔτη ι′.

δ′. Ζὴτ ἔτη λα′.

Ὁμοῦ ἔτη πθ′. Extant hæc pag. 74. *Syncelli.*

Dynastia vigesima tertia regum Tanitarum 4.

1. Petubastes annis 40. sub quo prima Olympias duxit initium.
2. Osorcho annis 8. quem Herculem vocant Ægyptii.
3. Psammus annis 10.
4. Zet annis 31.

Summa anni 89.

DYNASTIA XXIV.

Τετάρτη καὶ εἰκοστὴ Δυναστεία.

Βόκχορις Σαΐτης ἔτη ϛ΄. ἐφ' οὗ ἀρνίον ἐφθέγξατο. [Ἔτη ϡϙ΄.] Hoc extat ibid. apud *Syncellum*.

Dynastia vigesima quarta.

Bocchoris Saites annis 6. cujus tempore loquutus est agnus. (annis 990.)

DYNASTIA XXV.

Εἰκοστὴ καὶ πέμπτη Δυναστεία Αἰθιόπων βασιλέων τριῶν.

α΄. Σαββάκων, ὃς αἰχμάλωτον Βόκχοριν ἑλὼν ἔκαυσε ζῶντα, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη η΄.

β΄. Σεύηχος υἱὸς ἔτη ιδ΄.

γ΄. Ταρκὸς ἔτη ιη΄.

Ὁμοῦ ἔτη μ΄. Hæc extant ibid. apud *Syncellum*.

Dynastia vigesima quinta regum Æthiopum 3.

1. Sabbacon, qui Bocchorim in captivitatem redactum combussit vivum: regnavitque annis 8.
2. Seuechus ejus filius annis 14.
3. Tarcus annis 18.

Summa anni 40.

DYNASTIA XXVI.

Ἕκτη καὶ εἰκοστὴ Δυναστεία Σαϊτῶν βασιλέων ἐννέα.

α΄. Στεφινάτης ἔτη ζ΄.

β΄. Νεχεψῶς ἔτη ϛ΄.

γ΄. Νεχαὼ ἔτη η΄.

δ΄. Ψαμμίτιχος ἔτη νδ΄.

Dynastia vigesima sexta regum novem Saïtarum.

1. Stephinates annis 7.
2. Nechepsus annis 6.
3. Nechao annis 8.
4. Psammiticus annis 54.

εʹ. Νεχαὼ δεύτερος ἔτη ϛʹ. οὗτος εἷλε τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ Ἰωαχᾶς τὸν βασιλέα αἰχμάλωτον εἰς Αἴγυπτον ἀπήγαγεν.

ϛʹ. Ψάμμουθις ἕτερος (for. ἑτέρως Ψαμμίτιχος vid. not.) ἔτη ἕξ.

ζʹ. Οὔαφρις ἔτη ιθʹ. ᾧ προσέφυγον ἁλούσης ὑπὸ Ἀσσυρίων Ἱερουσαλὴμ οἱ τῶν Ἰουδαίων ὑπόλοιποι.

ηʹ. Ἄμωσις ἔτη μδʹ.

θʹ. Ψαμμεχερίτης μῆνας ϛʹ.

Ὁμοῦ ἔτη ρνʹ. καὶ μῆνας ϛʹ. Extant hæc pag. 75. *Syncelli.*

5. Nechao secundus annis 6. Hic cepit Hierusalem, et Ioachas regem in Ægyptum abduxit.

6. Psammuthis alter annis 6.

7. Vaphris annis 19. ad quem Hierusalem ab Assyriis capta Judæorum reliqui confugerunt.

8. Amosis annis 44.

9. Psammecherites mensibus sex.

Summa anni 150. cum mensibus 6.

DYNASTIA XXVII.

Ἑβδομὴ καὶ εἰκοστὴ Δυναστεία Περσῶν βασιλέων ηʹ.

αʹ. Καμβύσης ἔτη εʹ. τῆς αὐτοῦ βασιλείας Περσῶν, ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη ϛʹ.

βʹ. Δαρεῖος Ὑστάσπου ἔτη λϛʹ.

γʹ. Ξέρξης ὁ μέγας ἔτη καʹ.

δʹ. Ἀρταβανὸς μῆνας ζʹ.

εʹ. Ἀρταξέρξης ἔτη μαʹ.

ϛʹ. Ξέρξης μῆνας δύο.

Dynastia vigesima septima regum Persarum octo.

1. Cambyses quinto sui in Persas regni anno, Ægyptum obtinuit annis 6.

2. Darius Hystaspis filius annis 36.

3. Magnus Xerxes annis 21.

4. Artabanus mensibus septem.

5. Artaxerxes annis 41.

6. Xerxes mensibus duobus.

ζʹ. Σογδιανὸς μῆνας ζʹ.

ηʹ. Δαρεῖος Ξέρξου ἔτη ιθʹ.

Ὁμοῦ ἔτη ρκδʹ. μῆνας δʹ. Extant hæc ibidem apud *Syncellum.*

7. Sogdianus mensibus septem.

8. Darius Xerxis annis 19.

Summa anni 124. menses 4.

DYNASTIA XXVIII.

Εἰκοστὴ ὀγδόη Δυναστεία.

Ἀμύρτεως Σαΐτης ἔτη ϛʹ. Extat hoc pag. 76. *Syncelli.*

Dynastia vigesima octava.

Amyrteus Saïtes annis sex.

DYNASTIA XXIX.

Ἐννατὴ καὶ εἰκοστὴ Δυναστεία Μενδησίων βασιλέων δʹ.

αʹ. Νεφερίτης ἔτη ϛʹ.

βʹ. Ἄχωρις ἔτη ιγʹ.

γʹ. Ψαμμουθὶς ἔτος αʹ.

δʹ. Νεφορότης μῆνας δʹ.

Ὁμοῦ ἔτη κʹ. μῆνας δʹ. Extant hæc ibid. apud *Syncellum.*

Dynastia vigesima nona regum 4. Mendesiorum.

1. Nepherites annis 6.
2. Achoris annis 13.
3. Psammuthis anno uno.
4. Nephorotes mensibus quatuor.

Summa anni 20. menses 4.

DYNASTIA XXX.

Τριακοστὴ Δυναστεία Σεβεννύτων βασιλέων τριῶν.

αʹ. Νεκτανέβης ἔτη ιηʹ.

βʹ. Τέως ἔτη βʹ.

Dynastia trigesima regum trium Sebennytarum.

1. Nectanebes annis 18.
2. Teos annis 2.

γ΄. Νεκτάνεβος ἔτη ιη΄.

Ὁμοῦ ἔτη λη΄. Extant hæc pag. 77. *Syncelli.*

3. Nectanebus annis 18. Summa anni 38.

DYNASTIA XXXI.

Τριακοστὴ πρώτη Δυναστεία Περσῶν βασιλέων τριῶν.

α΄. Ὦχος εἰκοστῷ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας Περσῶν, ἐβασιλευσεν Αἰγύπτου ἔτη ϛ΄.

β΄. Ἀρσῆς ἔτη γ΄.

γ΄. Δαρεῖος ἔτη δ΄.

Ὁμοῦ ἔτη γ΄. Τόμου (for. legend. ιγ· γ΄. Τόμου) ͵αν΄. Extant hæc ibid. apud *Syncellum.*

Dynastia trigesima prima regum Persarum trium.

1. Ochus vigesimo in Persas regni sui anno imperavit Ægypto annis 6.
2. Arses annis 3.
3. Darius annis 4.

Summa anni 9. Summa totalis 1050. (Anni tomi tertii 1050.)

Μέχρι τῶνδε Μανεθῶς. Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἐξ Ἑλληνικῶν συγγραφέων. Extat hoc ibidem apud *Syncellum.*

Huc usque Manethon. Quæ sequuntur ex Græcis authoribus petenda.

XII.

De Diis Ethnicis.

Ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Σὴμ ἀνεφάνη ἄνθρωπος γιγαντογένης· ὠνομάσθη δὲ ὑπὸ τοῦ πατρὸς Κρόνος, εἰς ἐπωνυμίαν τοῦ πλανήτου ἀστέρος, ὃς πρῶτος ἦρξε τῶν

Ex tribu Sem vir extitit de gigantum prosapia. Idem Saturnus a patre dictus est, cognomento a planeta ducto; is primus Assyriis imperavit. Uxorem autem habuit Semiramim,

᾿Ασσυρίων. ἔσχε δὲ γυναῖκα Σεμίραμιμ, τὴν καὶ ῾Ρέαν καλουμένην, ἐξ ἧς ἔσχεν υἱὸν ὃς ἐπικλήθη Ζεὺς, ὁ καὶ Πῖκος, γήμας τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν Ἥραν. ἔσχε δὲ Κρόνος καὶ ἑτέρους δύο υἱοὺς Ἄφρον, ἐξ οὗ καὶ Ἄφροι, καὶ Νῖνον. ὁ Ἄφρος γήμας τὴν ᾿Αστυνόμην ἐποίησε θυγατέρα τὴν ᾿Αφροδίτην. ὁ δὲ Κρόνος ἐξωσθεὶς τῆς βασιλείας ὑπὸ τοῦ ἰδίου υἱοῦ Διὸς, κατίων ἐν τῇ δύσει κρατεῖ τῆς ᾿Ιταλίας. εἶτα ὁ Ζεὺς ὑποχωρήσας τῶν ᾿Ασσυρίων, παραγίνεται πρὸς τὸν πατέρα· ὁ δὲ παραχωρεῖ αὐτῷ βασιλεύειν τῆς ᾿Ιταλίας. καὶ πολλοῖς ἔτεσι βασιλεύσας, εἶτα τελευτήσας κατατίθεται ἐν τῇ Κρήτῃ. Μέτα δὲ Νῖνον ἐβασίλευσε τῶν ᾿Ασσυρίων Θοῦρας, ὁ καὶ Ἄρης κληθεὶς, ὡς πολεμικώτατος. τοῦτον οἱ ᾿Ασσύριοι Βάαλον, ἢ Βῆλ, μετονομάσαντες καὶ ἀναστηλώσαντες σέβονται. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ Διὸς τελευτὴν, Φαῦνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐβασίλευσεν, ὃς μετωνομάσθη ῾Ερμῆς. ἦν γὰρ λογιώτατος πάνυ καὶ μαθηματικὸς, ὃς καὶ τὴν τοῦ χρυσοῦ ποίησιν ἐφεῦρεν ἐκ μετάλλων ἀνθρώποις. ῾Η μέντοι ᾿Αφροδίτη λογικὴ καὶ ποικίλη γε-

quæ etiam Rhea nominata est; ex qua procreavit filium, qui Jupiter appellatus est, nomine quoque Picus, qui uxorem duxit sororem suam Junonem. Habuit vero Saturnus duos alios filios, Afrum, a quo Afri, atque Ninum. Is Afer ducta Astynoma uxore Venerem genuit. Saturnus regno expulsus a filio suo Jove in occidentem devenit, atque Italiam obtinuit. Deinde Jupiter ab Assyriis discessit, atque ad patrem se contulit, qui ei regnum Italiæ dimisit. Cum vero per multos annos regnasset, mortuus est, et in Creta sepultus est. Post Ninum Thuras Assyriis regnavit, qui et Mars appellatus est, utpote bellicosissimus. Hunc Assyrii Baalum, sive Bel, mutato nomine appellant, statuaque ei posita colunt. A morte Jovis Faunus filius ejus regnum tenuit, hic mutato nomine Mercurius appellatus est, quum facundus admodum esset ac mathematicæ peritus. Idem hominibus auri ex metallis faciendi artem invenit. Venus autem erudita atque artibus exculta nupsit Ado-

νομένη ἐγαμήθη Ἀδώνιδι τῷ υἱῷ τοῦ Κινύρου φιλοσόφῳ ὄντι καὶ αὐτῷ· οὓς καὶ ἄχρι θανάτου φιλοσοφοῦντας σὺν ἀλλήλοις βιῶσαι ἱστοροῦσι. Hæc extant in *Chronico MS. ab Orbe Condito* Symeonis Logothetæ; partimque apud Cedrenum. Ex Schedis Grabii Bodleianis.

nidi Cinyræ filio et ipsi philosopho. Hos ferunt ad mortem usque secum una philosophiæ vacasse.

XIII.

Λιμοῦ κατασχόντος τὴν γῆν τὴν Χανανίτιδα, κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον Ἀβραάμ· δεδιὼς δὲ μὴ διὰ τὸ κάλλος τῆς γυναικὸς ἀναιρεθῇ, ἀδελφὸς εἶναι σκήπτεται. ἐπαινεθεῖσα δὲ ἠγάγετο Φαραῷ· οὕτω γὰρ Αἰγύπτιοι τοὺς βασιλεῖς ἑρμηνεύουσι. καὶ ὁ μὲν δίκας ἔτισε τῷ Θεῷ· ὁ δ᾽ ἅμα τοῖς ἰδίοις Ἀβραὰμ ἤδη πλουτῶν ἀπηλλάσσετο. Ἐν Χαναὰν διεπληκτίσαντο ποιμένες τοῦ τε Ἀβραὰμ καὶ τοῦ Λὼτ, καὶ δόξαντος αὐτοῖς, ἐχωρίσθησαν, ἑλομένου Λὼτ ἐν Σοδόμοις οἰκεῖν δι᾽ ἀρετὴν καὶ κάλλος τῆς γῆς, ἐχούσης πέντε πόλεις, Σόδομα, Γόμοῤῥα, Ἄδαμα, Σεβωεὶμ, Σηγὼρ, καὶ τοσούτους βασιλεῖς. τούτοις οἱ πλησιόχωροι τέσσαρες βασιλεῖς Σύρων ἐπο-

Interprete Goaro.

Fame per terram Chananitidem grassante, Abraham descendit in Ægyptum: at ne ob uxoris venustam speciem occideretur, fratris nomine simulate accepto servatur. Saram forma laudatam abducit Pharao: hoc quippe nomine reges appellant Ægyptii: Et ille quidem simul cum domesticis pœnas Deo solvit: Abraham vero cum famulitio multis divitiis auctus dimittitur. Pastores Abraham et Loth rixis pugnisque contendunt, ipsi tamen communi sententia separantur ab invicem, Loth propter terræ quinque civitatibus Sodomis, Gomorrha, Adama, Seboim, et Segor, totidemque regibus insignis, ubertatem et gratam planitiem, Sodomis habitare seligente. His vicini Syrorum reges quatuor, quorum dux præcipuus erat Cho-

λέμησαν· ὧν ἡγεῖτο [a]Χοδολλαγομὸρ βασιλεὺς Αἰλάμ. συνέβαλον δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τὴν ἁλυκὴν, ἣ καλεῖται νῦν θάλασσα νεκρά· ἐν ταύτῃ πλεῖστα τῶν θαυμασίων τεθέαμαι. ζώων τε γὰρ οὐδὲν ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ φέρει. καὶ νεκροὶ μὲν ὑποβρύχιοι φέρονται· ζῶντες δὲ οὐδ᾽ ἂν ῥᾳδίως βαπτίσαιντο· λύχνοι δὲ μὲν καιόμενοι ἐπιφέρονται, σβεννύμενοι δὲ καταδύουσιν. ἐνταῦθα εἰσὶν αἱ τῆς ἀσφάλτου πηγαί· φέρει δὲ στυπτηρίαν καὶ ἅλα ὀλίγον τι τῶν ἄλλων διαφέροντα· πικρά τε γὰρ ἐστὶ καὶ διαυγῆ. ἔνθα δ᾽ ἂν καρπὸς εὑρεθῇ, κάπνου πλέον εὑρίσκεται θολερωτάτου. τὸ δὲ ὕδωρ ἰᾶται τοὺς χρωμένους αὐτῷ. λήγει τε παντὶ ὕδατι πάσχον τὰ ἐναντία· εἰ δὲ μὴ Ἰορδάνην εἶχε τὸν ποταμὸν τροφὴν, ὡς πορφύραν διατρέχοντα καὶ ἐπὶ πολὺ ἀντέχοντα, ἔληξεν ἂν θᾶττον ἢ φαίνεται. ἔστι δὲ παρ᾽ αὐτῇ πάμπολυ τοῦ βαλσάμου φυτόν. ὑπονοεῖται δὲ ἀνατετράφθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν τῶν περιοικούντων ἀσέβειαν.

Extant hæc apud Georgium Syncell. pag. 100. *Chronograph.*

dollagomor rex Elam bellum intulerunt, et ad mare salis, nunc mortuum, manus conseruerunt. In isto mari quamplurima portenta visu digna observavi. Nullum animans nutrit ejus aqua; et mortua quidem cadavera in eam cito merguntur, viva vero corpora enatant, nec imum facile petunt: Faces ardentes in ea sursum feruntur, extinctæ merguntur. In eadem bituminis origo et officina: producit alumen, et paucum salem, nonnihil a reliquis discrepantia, amara sunt enim et pellucida. Ubicumque circa eam fructus enascitur turbido tantum fumo turget. Aqua hæc utentibus admodum salubris est, ac more cuilibet aquæ contrario exsiccatur: et nisi Jordanem ad instar conchæ nutritium et continuum humorem subministrantem haberet, ac velut exsiccationis periculo obsistentem, citius quam videatur, defecisset. Circumquaque non minima balsami plantæ copia est, quam quidem ob vicinorum incolarum improbitatem a Deo dicunt profligatam penitus et extirpatam.

a Gen. xiv. 9, 10.

XIV.

[b]Παροικήσας δὲ (Abraham) ἐν Γεράροις, τὴν νῦν Ἀσκάλωνα λεγομένην (for. τῇ νῦν Ἀσκάλωνι λεγομένῃ), μετὰ τὴν τῆς Σάῤῥας τελευτὴν ἔλαβε τὴν Χεττοῦραν εἰς γυναῖκα, ἐν τῷ γήρᾳ αὐτοῦ. ἀφ' ἧς ἔσχεν υἱοὺς πέντε, Ζεμβρίαν, Ἰεξὰν, Μαδὰμ, Μαδιὰμ, Ἰεσβών. Hæc extant in Georgii Cedreni *Historiarum Compendio* pag. 28. ed. Paris.

Interprete Gul. Xylandro.

Postea Abrahamus Geraris, quæ nunc Ascalon dicitur, inquilinum egit, et a morte Saræ Cheturam uxorem senex duxit. ex qua filios habuit quinque, Zembriam, Iexanum, Madamum, Madiamum, ac Iesbonem.

XV.

Ἑβδομήκοντα ἑπτὰ ἐτῶν λέγεται ἐλθεῖν τὸν Ἰακὼβ εἰς Μεσοποταμίαν. Hoc affert Georgius Syncellus in *Chronographia* pag. 105.

Jacob septuaginta septem annos natus in Mesopotamiam profectus fuisse dicitur.

XVI.

Οὔτε κατὰ τὸν Ἀφρικανόν μοι δοκεῖ δυνατὸν εἶναι τὸν Λευὶ γεννηθῆναι τῷ πζ'. ἔτει τοῦ Ἰακὼβ, οὔτε κατὰ τὸν Εὐσέβιον τῷ αὐτῷ πζ'. (legendum τῷ αὐτοῦ πς'. vid. notam). Hæc Georgius ipse, pag. 106. *Chronograph.*

Nec secundum Africanum putaverim fieri posse, ut Jacobo annum 87. agenti natus sit Levi, neque secundum Eusebium annum ejus 86.

[b] Gen. xx. 1. et xxv. 1. et deinc.

XVII.

Ἡ ποιμενικὴ σκηνὴ τοῦ Ἰακὼβ ἐν Ἐδέσσῃ σωζομένη κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου βασιλέως Ῥωμαίων διεφθάρη κεραυνῷ, ὥς φησιν ὁ Ἀφρικανὸς, ἕως τῶν χρόνων αὐτοῦ (for. τοῦ αὐτοῦ) Ἀντωνίνου ἱστορήσας. Hæc idem Georgius pag. 107.

Interprete Goaro.

Pastorale Jacob tentorium Edessæ usque ad Antonini Romanorum Imperatoris tempora servatum fulmine dejectum est, ut testis est Africanus, qui ad imperium usque Antonini deduxit historiam.

XVIII.

——ταύτης (scil. τῆς τερεβίνθου) παρὰ τὸ πρέμνον βωμὸς ἦν, ὥς φησιν ὁ Ἀφρικανὸς, ἐφ' ὃν τὰς ἐκτενὰς (ἑκατόμβας Eustathius) ἀνέφερον ἐν ταῖς πανηγύρεσι τῆς χώρας ἔνοικοι· ἣ δ' οὐ κατεκαίετο δοκοῦσα πιπρᾶσθαι. Hoc affert Georgius *ibidem*.

—Juxta terebinthi hujus stipitem situm est altare, ut ait Africanus, super quod hecatombas obtulerunt in publicis conventibus regionis incolæ; hæc autem terebinthus, quamvis incendi videretur, haud comburebatur.

XIX.

Ὡς δὲ λέγει ὁ Ἀφρικανὸς, Ὅτι [c]ἐκ τοῦ Ἠσαῦ, ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ Ῥαγουὴλ γεννᾶται· ἀφ' οὗ Ζαρὲθ, ἐξ οὗ

Interprete Gul. Xylandro.

Africanus tradit, Esau cum alios multos fuisse filios, tum Raguelem Zarethi patrem. Zarethi filius fuit Iobus, is qui permissu

[c] Gen. cap. xxxvi

Ἰὼβ, ὃς κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ ὑπὸ διαβόλου ἐπειράσθη, καὶ ἐνίκησε τὸν πειράζοντα. Attulit hæc Georgius Cedrenus *Hist. Compend.* p. 43. ed. Paris.

Dei a diabolo tentatus est, ac tentatorem vicit.

XX.

Ἰωσὴφ δὲ ἦν ἐτῶν μ'. τῷ αὐτῷ ρλ'. ἔτει τοῦ Ἰακὼβ, διότι, ὥς φασὶν οἱ περὶ τὸν Ἀφρικανὸν, ο'. ἔζησεν ὁ Ἰωσὴφ ἔτη μετὰ τὸ παροικῆσαι τὸν Ἰακὼβ ἐν Αἰγύπτῳ. Hoc refert Georgius Syncellus ad pag. 110. *Chronographiæ.*

Joseph autem erat annorum 40. eodem anno Jacobi 130, quoniam, ut ait Africanus, annis 70. vixit Joseph post commorationem Jacobi in Ægypto.

XXI.

Ἀπὸ Ἀδὰμ τοίνυν ἐπὶ τὴν τελευτὴν Ἰωσὴφ καὶ τῆσδε τῆς βίβλου, γενεαὶ μὲν κγ'. ἔτη δὲ ͵γφξγ'. Hoc Africani idem Georgius posuit ad pag. 106. *Chronograph.*

Ab Adamo igitur usque ad finem Josephi et hujusce libri, generationes 23, anni vero 3563.

XXII.

Ex Libro Tertio, sub initium.

Ἀπὸ τοῦ Τρίτου τῶν Ἀφρικανοῦ Χρονογραφιῶν.

Μέχρι μὲν τῶν Ὀλυμπιάδων, οὐδὲν ἀκριβὲς ἱστόρηται τοῖς Ἕλλησι, πάντων συγκεχυμένων, καὶ κατὰ

Interprete F. Vigero.

Ante Olympiadum seriem, Græcorum in historia certi nihil exploratique reperias: usque adeo perturbata sunt omnia, nec

μηδὲν αὐτοῖς τῶν προτοῦ συμφωνούντων· αἱ δὲ ἠκρίβωντο πολλοῖς (for. *ἠκρίβουν τὰ πολλά*), *τῷ μὴ ἐκ πλείστου διαστήματος, διὰ τετραετίας δὲ, τὰς ἀναγραφὰς αὐτῶν ποιεῖσθαι τοὺς Ἕλληνας. οὗ δὴ χάριν τὰς ἐνδοξοτάτας, καὶ μυθώδεις ἐπιλεξάμενος ἱστορίας, μέχρι τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἐπιδραμοῦμαι· τὰς δὲ μετὰ ταῦτα, συζεύξας κατὰ χρόνον ἑκάστας, εἴ τινες ἐπίσημοι, ταῖς Ἑλληνικαῖς τὰς Ἑβραϊκὰς, ἐξιστορῶν μὲν τὰς Ἑβραίων, ἐφαπτόμενος δὲ τῶν Ἑλληνικῶν, ἐφαρμόσω τόνδε τὸν τρόπον· λαβόμενος μιᾶς πράξεως Ἑβραϊκῆς ὁμοχρόνου πράξει ὑφ' Ἑλλήνων ἱστορηθείσῃ, καὶ ταύτης ἐχόμενος, ἀφαιρῶν τε καὶ προστιθεὶς, τίς τε Ἕλλην, ἢ Πέρσης, ἢ καὶ ὁστισοῦν τῇ Ἑβραίων συνεχρόνισεν, ἐπισημειούμενος, ἴσως ἂν τοῦ σκοποῦ τύχοιμι.*

Ἑβραίων μὲν οὖν ἡ μετοικία ἐπισημοτάτη, αἰχμαλωτισθέντων ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος, παρέτεινεν ἔτη ο', καθὰ προεφήτευσεν Ἱερεμίας. τοῦ δὴ

ulla secum ex parte consentiunt, quæ antea contigisse memorantur. At in Olympiadibus digerendis accurate multi diligenterque versati sunt, quod non longo intervallo, sed tantum suo cujusque res quadriennio definitas Græci comprehensasque perscripserint. Quamobrem ex fabulosis illis, quæ ad primam usque Olympiadem fama cæteris et hominum opinione præstiterint, breviter cursimque libatis; quæ postea contigerint, ea si modo insignia videbuntur, ita cum Græcis Hebræa contexam, ut Græcis obiter duntaxat perstrictis, historici more fusius Hebræa pertexam. In quo ejusmodi futura mea ratio est; ut quoties Hebraicam historiam, quæ cum Græca aliqua tempore conveniat, tractandam suscepero, toties in ea constanter hærens, detractis, ubi res tulerit, adjectisve nonnullis, quinam aut Græcorum, aut Persarum, aut populi cujusvis alterius, ejusdem tempore floruerit, aperiam: sic enim ejus me demum quod propositum mihi est, compotem futurum existimo.

Primum igitur celebratissima illa Hebræorum migratio, cum a Nabuchodonosore Babylonis rege in servitutem abducti sunt, annos tenuit septuaginta, uti futurum Hieremias ante prædix-

Ναβουχοδονόσορ μνημονεύει Βηρωσσὸς ὁ Βαβυλώνιος. μετὰ δὲ τὰ ο΄. τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη, Κῦρος Περσῶν ἐβασίλευεν, ᾧ ἔτει Ὀλυμπιὰς ἤχθη νε΄, ὡς ἐκ τῶν Βιβλιοθηκῶν Διοδώρου, καὶ τῶν Θαλλοῦ, καὶ Κάστορος ἱστοριῶν, ἔτι δὲ Πολυβίου καὶ Φλέγοντός ἐστιν εὑρεῖν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων, οἷς ἐμέλησεν Ὀλυμπιάδων· ἅπασι γὰρ συνεφώνησεν ὁ χρόνος. Κῦρος δ' οὖν τῷ πρώτῳ τῆς ἀρχῆς ἔτει, ὅπερ ἦν Ὀλυμπιάδος νε΄. ἔτος τὸ πρῶτον, διὰ Ζοροβάβελ, καθ' ὃν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ, τὴν πρώτην καὶ μερικὴν ἀπόπεμψιν ἐποιήσατο τοῦ λαοῦ, πληρωθείσης τῆς ἑβδομηκονταετίας, [d] ὡς ἐν τῷ Ἔσδρᾳ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ἱστόρηται. αἱ μὲν οὖν ἱστορίαι συντρέχουσι, Κύρου τε βασιλείας, καὶ αἰχμαλωσίας τέλους· καὶ (for. καὶ τὰ) κατὰ τὰς Ὀλυμπιάδας οὕτως εἰς ἡμᾶς εὑρεθήσεται συμφωνήσαντα· τούτοις γὰρ ἑπόμενοι, καὶ τὰς λοιπὰς ἱστορίας κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀλλήλαις ἐφαρμόσομεν. Τὰς (for. Τὰ) δὲ πρὸ τούτων, ὧδέ πως

erat. Porro Nabuchodonosoris Berosus quoque Babylonius meminit. Exactis illis septuaginta captivitatis annis, Cyrus Persicum regnum obtinuit, cum Olympias ageretur quinquagesima quinta, uti ex Diodori Bibliotheca, Thalli et Castoris, nec non Polybii et Phlegontis historiis, auferre licet; aliisque præterea, qui Olympiadum seriem texuerunt: omnibus enim in eo tempore definiendo convenit. Cyrus igitur anno imperii sui primo, qui Olympiadis quinquagesimæ quintæ primus item annus erat, per Zorobabelem, cujus etiam æqualis idem et socius erat Jesus Josedeci filius, expleta jam septuaginta annorum summa, populi Judaici partem aliquam primum dimisit, ut apud Esdram Hebræum historicum legimus. Et quoniam regni Cyri principium cum Judaicæ captivitatis fine, historicorum omnium consensione concurrit, similis etiam in Olympiadum annis, cum utriusque, tum cæterorum deinceps convenientia ad nos usque ducitur, quippe qui ab eo veluti cardine progressi, consequentes pariter historias eadem inter se se ratione commissuri contexturique simus. At in superiorum con-

[d] Ezræ cap. i. &c.

τῆς Ἀττικῆς χρονογραφίας ἀριθμουμένης, ἀπὸ Ὠγύγου τοῦ παρ' ἐκείνοις αὐτόχθονος πιστευθέντος, ἐφ' οὗ γέγονεν ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἐν τῇ Ἀττικῇ κατακλυσμὸς, Φορωνέως Ἀργείων βασιλεύοντος, ὡς Ἀκουσίλαος ἱστορεῖ, μέχρι πρώτης Ὀλυμπιάδος, ὁπόθεν Ἕλληνες ἀκριβοῦν τοὺς χρόνους ἐνόμισαν, ἔτη συνάγεται χίλια εἴκοσιν. ὡς (for. *ὃ*) *καὶ τοῖς προειρημένοις συμφωνεῖ,* (for. *συμφωνεῖν*) *καὶ τοῖς ἑξῆς δειχθήσεται. ταῦτα γὰρ* (for. *οἱ τὰ* addend. vid. not.) *Ἀθηναίων ἱστοροῦντες, Ἑλλάνικός τε καὶ Φιλόχορος οἱ* (for. *ὁ*) *τὰς Ἀτθίδας, οἵ τε τὰ Σύρια Κάστωρ καὶ Θαλλὸς, καὶ* (for. *καὶ ὁ*) *τὰ πάντων Διόδωρος ὁ τὰς βιβλιοθήκας, Ἀλέξανδρός τε ὁ Πολυΐστωρ, καί τινες* (for. *οἵτινες*) *τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκριβέστερον ἐμνήσθησαν καὶ τῶν Ἀττικῶν ἁπάντων. εἴ τις οὖν ἐν τοῖς χιλίοις εἴκοσιν ἔτεσιν ἐπίσημος ἱστορία τυγχάνει, κατὰ τὸ χρήσιμον ἐκλεγήσεται.*

Καὶ μετὰ βραχέα ἐπιλέγει· *Φαμὲν τοίνυν ἔκ γε τοῦδε τοῦ συγγράμματος, Ὤγυγον, ὃς τοῦ πρώτου κατακλυσμοῦ*

signandis temporibus, si Atticæ chronographiæ rationem sequi libet; ab Ogyge, quem indidem satum esse credunt, sub quo ingens illud primumque diluvium, regnante Argis Phoroneo, Atticam invasisse Acusilaus auctor est, ad primam usque Olympiadem, unde Græci accuratam sibi temporum seriem ducendam putaverunt, anni colliguntur viginti supra mille; qui numerus et cum superioribus optime congruit, et ex sequentium declaratione constabit. Hæc enim Hellanicus et Philochorus, qui res Atticas, itemque Castor et Thallus, qui Syriacas prosequuti sunt, quique gentium omnium historiam in bibliothecam suam inclusit Diodorus, et Alexander Polyhistor memoriæ prodiderunt: quorum etiam, e nostris præterea nonnulli, diligentius quam Attici omnes, accuratiusque meminere. Itaque, si quæ mille ac viginti annorum spatio paulo insignior occurret historia, eam commode suo loco dabimus.

Idemque paucis interjectis, Volumus igitur, inquit, scripti etiam hujus auctoritate freti, Ogygem illum, qui quod haustis aquarum vi quamplurimis, salvus et incolumis evaserat, primo diluvio nomen dedit, circa tempus illud,

γέγονεν ἐπώνυμος, πολλῶν διαφθαρέντων διασωθεὶς, κατὰ τὴν ἀπ' Αἰγύπτου τοῦ λαοῦ μετὰ Μωσέως ἔξοδον γεγενῆσθαι. Τόνδε τὸν τρόπον· ἐπὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα τὴν προειρημένην, ἀπὸ Ὠγύγου ἔτη δειχθήσεται ͵ακ΄. ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τῆς νε΄. ἔτος πρῶτον, τουτέστιν ἐπὶ Κύρου βασιλείας ἔτος πρῶτον, ὅπερ ἦν αἰχμαλωσίας τέλος, ἔτη σιζ΄. ἀπὸ Ὠγύγου τοίνυν ἐπὶ Κῦρον, ἔτη ͵ασλζ΄. εἰ δ' ἀναφέροι τις ἐπιλογιζόμενος, ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς αἰχμαλωσίας, τὰ ͵ασλζ΄. ἔτη· κατὰ ἀνάλυσιν εὑρίσκεται ταὐτὸν διάστημα, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἀπὸ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως ἐξόδου Ἰσραὴλ, ὅσον ἀπὸ τῆς πεντηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ Ὤγυγον, ὃς ἔκτισεν Ἐλευσῖνα. ὅθεν ἐπισημότερόν ἐστι καταλαβεῖν τὴν Ἀττικὴν χρονογραφίαν.

Ὀλίγα δὲ τούτων ἐν Ἀσσυρίοις λόγοις ἀρχαιότερα μυθετεύεται (l. μυθεύεται). πρῶτος ἦρξε Νῖνος ἁπάσης τῆς Ἀσίας πλὴν Ἰνδῶν, ἔτεσι τ΄, (cor. νβ΄. Goarus) οὐ πολὺ πρότερον Ὠγύγου. τοῦτον διεδέξατο Σεμίραμις ἡ

quo populus ex Ægypto cum Mose migravit, extitisse. Id quod hunc in modum conficimus. Ab Ogyge ad primam Olympiadem anni putantur viginti supra mille: ab Olympiade prima ad primum quinquagesimæ quintæ annum, qui primus item Cyri regis annus est, idemque captivitatis Judaicæ finis, anni septemdecim supra ducentos: ergo ab Ogyge ad Cyrum usque, anni triginta septem supra mille ac ducentos omnes colliguntur. Jam, qui sursum versus ab exitu captivitatis annos retexere voluerit, is triginta septem supra mille ac ducentos revolvendo numerabit, hoc est idem prorsus intervallum ad eum usque annum, quo primum ex Ægypto per Moysem eductus Israel est, quod abs quinquagesima quinta Olympiade ad Ogygem, qui Eleusinem condidit, excurrere dictum est. Atque inde quidem insignius Atticæ chronologiæ principium duci potest.

Ex his rebus pauca, quæ antiquiora sunt, in libris Assyriis narrantur. Universæ autem Asiæ exceptis Indis annis 300. (cor. Goarus 52.) multo ante Ogygem Ninus imperavit primus. Huic successit celebris illa Semiramis, quæ multis locis

διαβόητος, ἣ πολλαχοῦ τῆς γῆς ἤγειρε χώματα προφάσει μὲν διὰ τοὺς κατακλυσμούς· τὰ δ' ἦν ἄρα τῶν ἐρωμένων ζώντων κατορυσσομένων οἱ τάφοι, ὡς Κτησίας ἱστορεῖ. ὥστε οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον Ἕλλησιν ἱστορεῖται πρὸ Ὠγύγου, πλὴν τοῦ Φορωνέως τοῦ συγχρονίσαντος αὐτῷ, καὶ Ἰνάχου τοῦ Φορωνέως πατρὸς ὃς πρῶτος Ἄργους ἐβασίλευσεν, ὡς Ἀκουσίλαος ἱστορεῖ. τούτου θυγάτηρ Ἰοὺς (l. *Ἰὼ*), *ἣν Ἶσιν μετονομάσαντες σέβουσιν. Καὶ τοσαῦτα μὲν πρὸ Ὠγύγου. κατὰ δὲ τοὺς τούτου χρόνους, ἐξῆλθε Μωσῆς ἀπ' Αἰγύπτου. καὶ ὡς οὐκ ἄπιστον τότε ταῦτα συμβῆναι, δείκνυμεν οὕτως. Ἀπὸ τῆς ἐξόδου Μωσέως ἐπὶ Κῦρον, ὃς ἐβασίλευσε μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, ἔτη ͵ασλζʹ. Μωσέως γὰρ ἔτη τὰ λοιπὰ τεσσαράκοντα· Ἰησοῦ τοῦ μετ' ἐκεῖνον ἡγησαμένου, ἔτη κέ.* (for. *κζʹ*. vid. not.) *πρεσβυτέρων ἔτη λʹ, τῶν μετὰ Ἰησοῦν Κριτῶν· τῶν δὲ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Κριτῶν περιεχομένων, ἔτη υϟʹ. Ἱερέων δὲ Ἠλεὶ καὶ Σαμουὴλ ἔτη ϟʹ. τῶν δὲ ἑξῆς βασιλέων Ἑβραίων ἔτη*

telluris aggeres diluviorum prætexens metum congessit, re tamen vera amantium, dum vivebant, defossorum fuere monumenta, ut tradit Ctesias. Nil itaque memoria dignum ante Ogygem scriptis mandatum est a Græcis, si Phoroneum æqualem ejus excipias et Inachum ejusdem patrem, qui primus Argivis regnavit, ut tradit Acusilaus. Hujus filia fuit Io, quam mutato nomine Isidem appellatam colunt. Verum de tempore Ogygem antegresso hactenus. Cæterum illius tempore, excessit ab Ægypto Moses, id quod veri quam simile sit, hunc in modum ostendimus. Ab exitu Mosis ad Cyrum, qui post captivitatem regnavit, anni putantur mille ac ducenti cum triginta septem. Mosis enim reliqui ab egressu anni quadraginta sunt: Jesu, qui secundum illum populo deducendo præfuit, quinque ac viginti: seniorum, qui post Jesum Judices fuere, triginta: Judicum omnium, qui proprio ipsorum libro continentur, nonaginta supra quadringentos: Sacerdotum Eli et Samuel, nonaginta: consequentium Regum Hebræorum, nonaginta supra quadringentos. sequuntur captivitatis septuaginta: cujus postremus annus,

τετρακόσια ζ΄. ἧς τὸ τελευταῖον ἔτος (for. τῆς δ' αἰχμαλωσίας ἑβδομήκοντα, ἧς τὸ τ. ἔ. Vigerus.) ἦν Κύρου βασιλείας ἔτος πρῶτον, ὡς προειρήκαμεν. ἐπὶ δὲ πρώτην Ὀλυμπιάδα ἀπὸ Μωσέως ἔτη ͵ακ΄, εἴπερ (for. καὶ εἴπερ) ἐπὶ πεντηκοστῆς πέμπτης ἔτος πρῶτον ἔτη ͵ασλζ΄. κᾀν τοῖς Ἑλληνικοῖς συνέδραμεν ὁ χρόνος. μετὰ δὲ Ὤγυγον, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν, ἀβασίλευτος ἔμεινεν ἡ νῦν Ἀττικὴ μέχρι Κέκροπος ἔτη ρπθ΄. Τὸν γὰρ μετὰ Ὤγυγον Ἀκταῖον, ἢ τὰ πλασσόμενα τῶν ὀνομάτων, οὐδὲ γενέσθαι φησὶ Φιλόχορος.

Καὶ αὖθις.

Ἀπὸ Ὠγύγου τοίνυν ἐπὶ Κῦρον, ὁπόσα ἀπὸ Μωσέως ἐπὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἔτη ͵ασλζ΄. ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων δέ τινες ἱστοροῦσι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους γενέσθαι Μωσέα· Πολέμων μὲν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν λέγει, ἐπὶ Ἄπιδος τοῦ Φορωνέως, μοῖρα τοῦ Αἰγυπτιακοῦ στρατοῦ ἐξέπεσεν Αἰγύπτου, οἳ ἐν τῇ

regni Cyri primus fuit, ut jam ante diximus. Jam a Mose ad Olympiadem primam anni fluunt viginti supra mille, cum ab eodem ad quinquagesimæ quintæ annum primum, mille ducenti cum triginta septem numerentur, in quo nobis etiam cum Græcorum temporibus optime convenit. At vero post Ogygem, quod ingens ab illo diluvio consequuta vastitas esset, quæ nunc Attica dicitur, ea sine regibus annos centum et octoginta novem, ad Cecropem usque permansit. Actæum enim illum, qui post Ogygem recensetur, quæque deinceps finguntur nomina, Philochorus ne extitisse quidem omnino confirmat.

Et rursus.

Ergo ab Ogyge, inquit, ad Cyrum usque tantundem numeres, quantum ad eundem a Mose, hoc est annos ducentos et triginta septem supra mille. Et vero Græcorum sane nonnulli Mosem sub eadem tempora vixisse testantur. Nam Polemo quidem, libro Græcarum historiarum primo, conceptis verbis habet, Apidis Phoronei filii tempore, exercitus Ægyptiaci partem sese ab Ægypto subduxisse, atque in Palæstina, quam Syriam vocant, haud procul ab Arabia consedisse: illos nimirum ipsos intelligens, qui Mose duce pro-

Παλαιστίνῃ καλουμένῃ Συρίᾳ, οὐ πόῤῥω Ἀραβίας ᾤκησαν, αὐτοὶ δηλονότι οἱ μετὰ Μωσέως. Ἀπίων δὲ ὁ Ποσειδωνίου, περιεργότατος γραμματικῶν, ἐν τῇ κατὰ Ἰουδαίων βίβλῳ, καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν φησὶ, κατὰ Ἴναχον Ἄργους βασιλέα, Ἀμώσιος Αἰγυπτίων βασιλεύοντος, ἀποστῆναι Ἰουδαίους, ὧν ἡγεῖσθαι Μωσέα. μέμνηται δὲ καὶ Ἡρόδοτος τῆς ἀποστασίας ταύτης, καὶ Ἀμώσιος, ἐν τῇ δευτέρᾳ· τρόπῳ δέ τινι καὶ Ἰουδαίων αὐτῶν, ἐν τοῖς περιτεμνομένοις αὐτοὺς καταριθμῶν, καὶ Ἀσσυρίους τοὺς ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἀποκαλῶν, τάχα διὰ τὸν Ἀβραάμ. Πτολεμαῖός τε ὁ Μενδήσιος, τὰ Αἰγυπτίων ἀνέκαθεν ἱστορῶν, ἅπασι τούτοις συντρέχει· ὥστε οὐδ' ἐπίσημος ἐπὶ πλέον ἡ τῶν χρόνων παραλλαγή. σημειωτέον δὲ, ὡς ὅ, τί ποτε ἐξαίρετον Ἕλλησι δι' ἀρχαιότητα μυθεύεται, μετά γε Μωσέα τοῦθ' εὑρίσκεται, κατακλυσμοί τε, καὶ ἐκπυρώσεις, Προμηθεὺς, Ἰὼ, Εὐρώπη, Σπαρτοὶ, Κόρης ἁρπαγὴ, μυστήρια, νομοθεσίαι, Διονύσου πράξεις, Περσεὺς, ἆθλοι Ἡράκλειοι, Ἀργοναῦται, Κένταυροι, Μινώταυρος, τὰ περὶ Ἴλιον, Ἡρα-

fecti sunt. Apio vero Posidonii filius, idemque grammaticorum omnium curiosissimus, libro adversus Judæos, et historiarum quarto scribit, Inacho Argis regnante, Judæos duce Mose, ab Amosi Ægyptiorum rege defecisse. Cujus etiam defectionis, simulque Amosis, libro secundo Herodotus meminit: imo et ipsorum quoque Judæorum, quos in circumcisorum classem reponit, ac Palæstinæ Assyrios nominat ducta fortassis ex Abramo utriusque caussa. Quibus cum omnibus Ptolemæo quoque Mendesio, qui ab ultimis usque temporibus Ægyptiorum ducit historiam, ita convenit, ut inter ipsos nulla fere nisi levissima temporum differentia notari possit. Cæterum, hic observandum etiam est, quicquid paulo rarius ob vetustatem Græci fabulantur, id omne Mose posterius inveniri, diluvia, incendia, Prometheum, Io, Europam, *(Spartos) Proserpinæ raptum, mysteria, legum sanctiones, Bacchi gesta, Perseum, Argonautas, Centauros, Minotaurum, res Trojanas, Herculis certamina, Heraclidarum

κλειδῶν κάθοδος, Ἰώνων ἀποικία, καὶ Ὀλυμπιάδες. ἔδοξε δή μοι τῆς Ἀττικῆς βασιλείας τὸν προειρημένον ἐκτιθέναι χρόνον, παρατιθέναι μέλλοντι ταῖς Ἑβραϊκαῖς ἱστορίαις τὰς Ἑλληνικάς. ἐξέσται γὰρ τῷ βουλομένῳ, παρ' ἐμοῦ τὴν ἀρχὴν κομιζομένῳ, λογίζεσθαι τὸν ἀριθμὸν ὁμοίως ἐμοί.

Οὐκοῦν τῶν χιλίων καὶ εἴκοσι ἐτῶν, τῶν μέχρι πρώτης Ὀλυμπιάδος ἀπὸ Μωσέως τε καὶ Ὠγύγου, ἐκκειμένων, πρώτῳ μὲν ἔτει τὸ Πάσχα, καὶ τῶν Ἑβραίων ἔξοδος ἡ ἀπ' Αἰγύπτου, ἐν δὲ τῇ Ἀττικῇ ὁ ἐπὶ Ὠγύγου γίνεται κατακλυσμός· καὶ κατὰ λόγον. τῶν γὰρ Αἰγυπτίων ὀργῇ Θεοῦ χαλάζαις τε καὶ χειμῶσι μαστιζομένων, εἰκὸς ἦν μέρη τινὰ συμπάσχειν τῆς γῆς, ὅτι (for. ἔτι) τε Ἀθηναίους τῶν αὐτῶν Αἰγυπτίοις ἀπολαύειν εἰκὸς ἦν, ἀποίκους ἐκείνων ὑπονοουμένους, ὥς φασιν ἄλλοι τε, καὶ ἐν τῷ Τρικαρήνῳ Θεόπομπος. ὁ δὲ μεταξὺ χρόνος παραλέλειπται, ἐν ᾧ μηδὲν ἐξαίρετον Ἕλλησιν ἱστόρηται. μετὰ δὲ τέσσαρα καὶ ἐννενήκοντα ἔτη, ἦν

reditum, Ionum migrationem, et Olympiadas. Ac mihi quidem Græcas historias cum Hebraicis committere statuenti, ea potissimum Attici regni tempora describere visum est. Sic enim cuivis omnino liceat, qui modo principium ex meis ducere voluerit, eandem mecum in colligendo numero rationem inire.

Illorum igitur mille ac viginti annorum, quos ab Mose et Ogyge ad primam usque Olympiadem fluxisse diximus, anno primo, uti Hebræorum Pascha, et discessus ab Ægypto, sic Ogygium in Attica diluvium contigit. Et convenienter id quidem. Nam cum Ægyptios grandinibus, ac tempestatibus Dei præpotentis ira percelleret, fieri vix poterat, quin simul in quasdam terræ partes calamitatis inde aliquid redundaret. Ac præsertim Athenienses Ægyptiacæ cladis partem aliquam subire verisimilius erat, quos Ægyptiorum coloniam habitos esse, cum alii, tum vero Theopompus in Tricareno commemorat. Tempus inde medium prætermissum est, quod in eo nihil a Græcis memoria dignum referatur. Post annos vero quatuor et nonaginta, ut nonnulli tradunt, Prometheus extitit, quem, quod homines ad

Προμηθεὺς, ὥς τινες, ὃς πλάσσειν ἀνθρώπους ἐμυθεύετο· σοφὸς γὰρ ὢν, εἰς παιδείαν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἄγαν ἰδιωτείας μετέπλαττε. Hæc fere omnia ex Eusebio in lib. x. *Præparat. Evang.* cap. 10. p. 487. ed. Vigeri, reliqua Syncello debentur in *Chronograph.* pag. 63. et alibi.

disciplinæ cultum ab nimia simplicitate solerter ingenioseque traduxerit, homines propterea finxisse fabulantur.

XXIII.

Ex libro tertio.

Οὔ μοι δοκεῖ καλῶς ὁ Ἀφρικανὸς τῷ γ΄. λόγῳ τῶν ἱστορικῶν αὐτοῦ φάναι, τὴν Ἀργείων βασιλείαν τῷ σ΄. ἔτει τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας ἄρξασθαι ἐπὶ Ἀρείου πέμπτου βασιλέως Ἀσσυρίων. Hoc Georgius Syncellus habet pag. 125. *Chronograph.*

Interprete Goaro.

Non placet Africanus tertio historiarum libro scribens Argivorum regnum Assyriorum anno 200. Arii quinti regis tempore cœpisse.

XXIV.

Καλλιθυία Πείραντος ἐν Ἄργει πρῶτον ἱεράτευσε τῆς Ἥρας (for. τῇ Ἥρᾳ). Τούτοις τοῖς χρόνοις Ἄτλας ὁ Προμηθέως ἀδελφὸς ἄριστος ἀστρόλογος διέλαμπεν·

Interprete Goaro.

Callithya Pirantis filia, prima sacerdotio functa, et Junoni Argis sacra fecisse traditur. Temporibus istis Atlas peritissimus astrologus florebat, et ob disciplinæ præstantiam cælum sus-

ὡς ἐπιστήμης ἕνεκεν τὸν οὐρανὸν αὐτὸν φέρειν πεφήμισται. Εὐριπίδης δὲ τὸν Ἄτλαντα ὄρος εἶναί φησιν ὑπερνεφές. Οὗτος κατὰ τοὺς χρόνους Γοθονιὴλ ἤκμαζεν, ὡς μαρτυροῦσι πάντες οἱ ἐκ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου ἱστορικοὶ, ἐν οἷς καὶ Ἀφρικανός φησιν· Οἱ ἀπὸ τῆς Κουρητείας, τῆς νῦν Ἀκαρνανίας, Κουρῆτες καὶ Κορύβαντες Κνῶσσον ᾤκισαν, οἱ τὴν ἐν ὅπλοις εὔρυθμον κίνησιν εὑρόντες. Τούτοις τοῖς χρόνοις Σῦρος ἱστορεῖται γεγονέναι γηγενὴς, οὗ ἐπώνυμος ἡ Συρία· ἄλλοι δὲ, πρότερον ἔτεσιν ρ'. καὶ περὶ Προμηθέως δὲ καὶ Ἐπιμηθέως τὸ αὐτὸ διαφόρως ἱστοροῦσιν, καὶ Ἀτλάντος, Ἄργου τε (for. addend. τοῦ Πανόπτου) καὶ Ἰοῦς τῆς Προμηθέως θυγατρὸς, καὶ Πανόπτου (for. delend. καὶ Π.). οἱ μὲν γὰρ, ὅτι κατὰ Κέκροπα τὸν διφυῆ γεγόνασιν, οἱ δὲ, ὅτι πρότερον ἔτεσιν ξ'. ἄλλοι δὲ ϟ'. Hæc Georgius attulit pag. 149. *Chronograph.*

tinere affirmatus est. Euripides autem Atlantem nubibus montem altiorem esse testatur. Ille circa Gothoniel ætatem celebrabatur: prout cuncti partium nostrarum historici asserunt, inter quos Africanus hæc habet. Curetes, Curetia, nunc Acarnania, oriundi, alio nomine Corybantes vulgo dicti, Cnossum incoluerunt: et armatorum hominum ad numerum compositi motus inventores extiterunt. Sub idem tempus Syrus, a quo Syriæ factum nomen, e tellure ortus dicitur: alii annis centum priorem asserunt: Et de Prometheo quidem, de Epimetheo, de Atlante, Argo, et Io Promethei filia, et Panopto diversa evulgant: et isti quidem Cecropi gemina forma conspicuo tempore æqualem, illi annis sexaginta, nonnulli tandem nonaginta antiquiorem memorant.

XXV.

Ἑβδομηκοστῷ ἔτει τοῦ Ἀὼδ, φησὶν Ἀφρικανὸς, (for. addend. γεγενῆσθαι, vel simile quid) τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμόν. Hoc affert idem Georgius pag. 154.

Interprete Goaro.

Anno Aod 70. diluvium, quod sub Deucalione contigit, Africanus assignat.

XXVI.

Τοῦτον τὸν Ἀβιμέλεχ, καὶ τοὺς ο΄. ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἡ βίβλος τῶν Κριτῶν, [d] πρῶτον μὲν τοῦ Γεδεὼν υἱοὺς λέγει τρανῶς, ἔπειτα δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τοῦ Ἱεροβαὰλ, ὃς συνῴκησε τῷ Γεδεὼν περὶ τὰ τέλη αὐτοῦ, ὡς αὐτόθι γέγραπται. καὶ δοκεῖ πως ἄπορον εἶναι. Ἀφρικανὸς δὲ τοῦ Ἱεροβαὰλ αὐτοὺς λέγει πάντας. Hæc ipse Georgius pag. 159. Quæ sequuntur, extant in pag. 165. Ἀβδὼν κριτὴς ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ η΄. ἔτη. Ἀφρικανὸς ἔτη κ΄· φησὶν, οὐ καλῶς.

Interprete Goaro.

Abimelech istum et septuaginta ejus fratres, liber Judicum, primo quidem Gedeon filios manifeste nuncupat, postmodum fratris ejus Jerobaal, qui circa vitæ illius terminum vicinam sibi habitationem selegit, ut ibidem scribitur, licet hoc dubium omnino videatur: Africanus vero Jerobaal patrem omnium fuisse testatur.—Abdon judex judicavit Israel annis 8. scribit Africanus 20. verum errans.

XXVII.

Εὐσέβιος δὲ μόνος ὁ Καισαρεὺς τὰ τῶν πρεσβυτέρων (qui Josuam secuti sunt) οὐ παρέλαβεν· ὁ δὲ Ἀφρικανὸς ἔτη λ΄. αὐτοῖς ἀπένειμεν. ᾧ πλεῖστα ἐπεγκαλεῖ ὁ Εὐσέβιος ὡς μεγάλα, φησὶ,

Interprete Goaro.

Seniorum annos Eusebius Cæsariensis solus in numerum haud retulit: eisdem vero annos 30, assignavit Africanus, quem pluribus insequitur Eusebius, ceu lapsum in errorem, et negotium vires proprias

[d] Jud. cap. viii. fine, et ix. i.

διαμαρτάνοντι, καὶ τολμηροτάτῳ πράγματι ἐπικεχειρηκότι· πρὸς τούτοις ἄλλα οʹ. ἔτη, μʹ. μὲν τὰ τῆς ἀναρχίας, λʹ. δὲ τὰ τῆς εἰρήνης, οἴκοθεν παρεμβαλόντι, τὰ ὅλα ρʹ. ἀλλ' ὁ μὲν Ἀφρικανὸς περὶ τούτων ὡς διαφωνουμένων ἐν τέλει τοῦ εʹ. λόγου καθομολογεῖ. Hæc ipse Georgius pag. 174.

superans aggredi ausum: quodque demum annos 70. interregni nimirum 40. et triginta pacis, et universim centum annorum summam interposuerit, reum omnino traducit. Africanus certe de istis quasi plenam consensionem ad invicem non continentibus rationem reddit, et oppositionem fatetur ad libri v. calcem.

XXVIII.

Τὰ κατὰ Ἀφρικανὸν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τέλους τῶν Κριτῶν καὶ ἀρχῆς Ἡλεὶ τοῦ ἱερέως ἔτη ͵δσϟβʹ. κατὰ δὲ Εὐσέβιον τοῦ Παμφίλου ͵δμδʹ, κατὰ δὲ τὴν ἀκριβῆ καὶ εὐαγγελικὴν παράδοσιν καὶ τόδε τὸ χρονογράφιον ͵δτνβʹ. τὰ δὲ υνʹ. ἔτη τῶν Κριτῶν κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον ἀπὸ τοῦ ͵γϠβʹ. ἔτους τοῦ κόσμου ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἡλεὶ πληροῦται ἑνὸς ἔτους ὑπολειπομένου· ὅπερ Ἀφρικανὸς τὸν Σεμεϊγὰρ λέγει κρατῆσαι τὸν Ἰσραὴλ, τῆς γραφῆς οὐκ εἰπούσης χρόνον. Hæc ipse Georgius pag. 176.

Interprete Goaro.

Ab Adamo usque ad Judicum postremos fines, et ab Heli sacerdote potestatem in populum exercitam ex Africani computo anni colliguntur 4292. Eusebius Pamphili 4044. censet: ex fidelioris vero rationarii et evangelii norma chronographicum hocce laterculum 4350. numerandos decernit. Porro Judicum anni 450. a divino apostolo statuti ab anno conditi orbis 3902. ad annum Heli primum, si tamen unum, qui excedit, subtraxeris, explentur. Samgar in Israel Judicis officio functum scribit Africanus, Scriptura nullum ei potestatis spatium assignante.

XXVIII*.

Ἀπὸ Κέκροπος ἐπὶ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν συνάγονται μικροῦ δέοντα ἔτη υʹ. Leo Allatius in Notis ad S. Eustathii *Hexahem.* p. 29. hoc affert ex Africano in Chronico.

A Cecrope ad Ilii excidium colliguntur anni paulo minus 400.

XXIX.

De Sicyoniorum Regno.

Africanus quidem dixit sic tenere (κατασχεῖν in marg. posuit Scaliger) eis (scil. Sicyoniis) omnes annos mille VII. (1007) a minuitate autem eorum, (h. e. ab eorum defectu, seu fine) in primam Olympiadam anni CCCXXIX. Sicut numeratur (numerantur) ab initio Sicyoniorum regna (regni) in primam Olympiadam omnes anni mille CCCXXXVI. Vicesimo nono autem anno patriarchæ Jacob illum (sic) Sicyoniorum initiavit regnum sic:

I. Egialeus ann. LII.
II. Europs ann. XLV.
III. Telchus ann. XX.
IV. Amphus ann. XXV.

Anni autem Jacob XXVIII. Anni Isaac LXXXVIII. Anni Abraham CXIV. (mendose) Initiaverunt regna.

V. Thelxius ann. LII.
VI. Egydrus ann. XXXIV.
VII. Thurimachus ann. XLV.
VIII. Leucippus ann. LIII.

Anno quadragesimo tertio Leucippi, egressio Judæorum ex Ægypto.

IX. Mesapsus ann. XLVII.
X. Eratus ann. XVI. (Scal. ad marg. XLVI.)
XI. Plammeus XLVIII. Ellada (deest aliquid).
XII. Orthopolus ann. XLV. Marathus ann. XXX. Echirus ann. LV. Corax ann. XX. Epopeus ann. XXXV. Laomedus ann. XLIII. Inachus ann. XLV. Festus ann. L. Adrastus ann. IV. Polifidus ann. XXXI. Pelasgus ann. XX. Xeuxippus ann. XXXV. Polybus ann. XLV. (loco motus). Usque Xeuxippum tenuit (κατέσχε) Sicyoniorum regnum permanens annos quingentos (lego nongentos vid. not.) LXXXI. Post Xeuxippum autem reges quidem non fuerunt, sed præibant eis Sacerdotes Carnii ann. XXVIII. (for. XXVI. vid. not.) quem (Scal. ad marg. ὧν non ὃν) primus Sacerdos Archelaus annum I. Post hunc Automidus ann. I. Post hunc Methudutus ann. I. Post hunc Euneus ann. I. Post hunc Theonomus ann. I. Post hunc Amphycius ann. IX. Post hunc Charidus (Scal. ad marg.

Charidemus) ann. I. Osuch sustinens (ὃς οὐχ ὑποστὰς Scal. ad marg.) cibaria fugiit: a quo in prima Olympiada, ut fertur scriptura (ὡς γραφῇ φέρεται Scal. ad marg.) anni CCCXXVII. (supra, CCCXXIX.). Fiunt vero omnes (sic) Sicyoniorum regna ab Ægialeo, usque in prima Olympiada anni mille CCCXXXVI.

Hæc attulit Excerptor Eusebii, Africani aliorumque, homine Barbaro Latine vertente, quem edidit Scaliger in Eusebii *Temporum Thesauro*, pag. 75.

XXX.

Ἐὰν οὖν [e]κατὰ τὸν ἀπόστολον, (inquit Georgius Syncell.) τὰ τῶν Κριτῶν υν'. ἔτη, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἐρήμου μ'. ἔτη Μωϋσέως, Ἰησοῦ τε κζ', καὶ τῶν μετὰ Ἰησοῦν πρεσβυτέρων ιη', καὶ ἔτι Ἡλεὶ τοῦ ἱερέως κ', Σαμουὴλ κ', καὶ Σαοὺλ μ', Δαβὶδ τε μ', καὶ Σολομῶντος δ', συναριθμήσωμεν, ἔσται ὁ πᾶς ἀπὸ τῆς ἐξόδου χρόνος ἐπὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν ἐτῶν χνθ'. κατὰ δὲ Εὐσέβιον χ'. καὶ κατὰ Ἀφρικανὸν ὑπὲρ τὰ ψμ'. Hæc ipse Georgius pag. 175. *Chronographiæ* suæ.

Interprete Goaro.

Recensitis ergo ex apostoli decreto Judicum annis 450. aliisque 40. Moyse per desertum duce exactis, si Jesu rectore alios 27. sub Senioribus Jesum sequutis 18. sub Heli sacerdote 20. sub Samuele 20. alios regni Saul 40. David 40. et Salomonis tandem quatuor priores composuerimus: integrum a profectione ex Ægypto spatium ad templi instaurationem annis 659. secundum Eusebium 600. ex Africani mente supra 740. conflabitur.

XXXI.

Εἰσὶν οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως η'. ἔτους αὐτοῦ (Solomonis) ἔτη ͵δυοη'. κατὰ δὲ τὸν Ἀφρικανὸν ͵δυνζ'. κατὰ δὲ Εὐσέβιον ͵δρο'. Hæc Georgius pag. 181.

Ab Adamo igitur ad annum ejus (Solomonis) octavum anni numerantur 4478, secundum autem Africanum 4457, secundum Eusebium 4170.

[e] Act. xiii. 20.

XXXII.

Τούτοις τοῖς χρόνοις (inquit Georgius Syncellus) προεφήτευσεν (regnante Joas Israelis rege) Ὠσηὲ, Ἀμὼς, Ἰωνὰς, Ναοῦμ· ἥνικα καὶ Ἰωνᾶς ἐκπεμφθεὶς εἰς Νινευὶ, εἰς Θαρσεὶς φεύγει, καὶ ὑπὸ κήτους καταπωθεὶς τριήμερος ἀνεμεῖται. Θαρσεὶς δὲ Ῥόδον καὶ Κύπρον Ἀφρικανὸς λέγει εἶναι. Hæc Georgius pag. 201.

Interprete Goaro.

His temporibus Osee, Amos, Jonas, et Naum prophetæ clarebant. At ubi Jonas Ninivem mittitur, in Tharsis fugiens et a ceto devoratus, triduanus evomitur. Tharsis porro vocabulo Rhodum vel Cyprum intellectam jubet Africanus.

XXXIII.

Τοῦ Ἰσραὴλ ις′. ἐβασίλευσεν (inquit Georgius Syncellus) Φακεσίας υἱὸς Μαναὴμ ἔτη ι′. Ἀφρικανὸς δὲ, ἔτη β′. Hæc Georgius pag. 202.

Interprete Goaro.

Israel rex 16. Phacesias filius Manahem annis 10. ex Africani computo duobus.

XXXIV.

Εἰσὶ μέντοι τινὰ (inquit Georgius Syncellus) τῶν ἀντιγράφων (S. Scripturæ) κ′. ἔχοντα ἔτη τοῦ Φακέε, ὡς καὶ Ἀφρικανὸς καὶ Εὐσέβιος· καὶ ἕτερα, ιη′. Hoc Georgius ibidem.

Interprete Goaro.

Cæterum codices nonnulli, quos sequuntur Africanus et Eusebius annos 20. Phacee assignant, alii 18.

XXXV.

——Καὶ κατέσχεν ἡ βασιλεία Λακεδαιμονίων τὰ πάντα ἔτη τκε΄. ὡς Ἀφρικανὸς ὁ σοφώτατος συνεγράψατο. Hæc Joannes Malala in *Chronograph.* lib. iv. p. 111.

Interprete Edm. Chilmeado.

—Duravit igitur regnum Lacedæmoniorum per annos 325. sicut scriptum reliquit sapientissimus Africanus.

XXXVI.

Τὴν α΄. Ὀλυμπιάδα ὁ Ἀφρικανὸς κατὰ Ἰωαθὰμ Ἑβραίων τοῦ Ἰούδα βασιλέα συνάγει. Καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ κανὼν κατὰ τὸν αὐτὸν παρίστησιν. Γράφει δὲ ὁ Ἀφρικανὸς ὧδε πρὸς λέξιν.

Αἰσχύλος ὁ Ἀγαμήστορος ἦρξεν τῶν Ἀθηναίων διὰ βίου ἔτη κγ΄. ἐφ᾽ οὗ Ἰωαθὰμ ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ κανών, λέγει, ἐπὶ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος τὸν Ἰωαθὰμ βασιλέα Ἰούδα συνείληφεν. Hæc ex *Chronico Eusebiano* attulit *Chronici Paschalis*, seu *Alex.* Auctor pag. 104. ed. Ducangii, p. 193. ed. Dindorf.

Interprete Ducangio.

Primam Olympiadem Africanus ad tempora Joatham Hebræorum tribus Juda regis colligit. Noster etiam canon ad eandem tempestatem refert. Africanus porro hæc ad verbum scribit.

Æschylus Agamestoris filius Atheniensibus imperavit annis 24. (23.) quo regnante regnavit pariter Hierosolymis Joatham. Noster vero canon, inquit, I. Olymp. Joatham regem Juda comprehendit.

XXXVII.

Ex libris tertio et quarto.

——ἀναγραφῆναι δὲ πρώτην τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην (Olympiadem) ἡνίκα καὶ Κόρυβος (for. legend. ἣν ἐνίκα

——primam inscriptam fuisse (Olympiadem) decimam quartam, in qua cursu vicit Coroebus. Tunc regnabat Hierosolymæ an-

Κόροιβος) στάδιον. τότε ἐβασίλευσεν Ἀχὰζ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἔτος πρῶτον.

Εἶτα ἐν τῷ τετάρτῳ φησίν·

Ἦν δ' ἄρα τοῦ Ἀχὰζ βασιλείας ἔτος πρῶτον, ᾧ συντρέχειν ἀπεδείξαμεν τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα. Hæc Georgius Syncellus attulit pag. 197. *Chronograph.*

no primo Achazus.

Deinde in libro quarto ait:

Itaque is fuit Achazi regni annus primus, cum quo Olympiadem primam convenire demonstravimus.

XXXVIII.

Αὕτη πρώτη τοῦ Ἰσραὴλ αἰχμαλωσία (inquit Georgius Syncellus) πέφυκεν εἰς Ἀσσυρίους, ἥτις γέγονεν ἀρχομένῳ ϛʹ. ἔτει Ἐζεκίου, κοσμικῷ δὲ ἔτει ͵δψοʹ. πληρουμένῳ. διήρκεσε δὲ ἡ αὐτὴ τῶν δέκα φυλῶν βασιλεία ἐν Σαμαρείᾳ ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλέως αὐτῶν Ἱεροβοὰμ δούλου Σολομῶντος ἐν βασιλεῦσι ιηʹ. ἔτεσι δὲ σξʹ. (accuratius σνηʹ.) ἀπὸ γὰρ τοῦ κοσμικοῦ ͵δφιγʹ. ἀρξαμένη εἰς τὸ τεταγμένον ͵δψοαʹ. ἔληξεν. κατὰ δὲ Ἀφρικανὸν ͵δψνʹ. κατὰ δὲ Εὐσέβιον ͵δυνεʹ. Εὐσέβιος δὲ ὁ Καισαρεὺς σνʹ. ἔτη ἐπελογίσατο, καὶ ἄλλοι σμϛʹ. Hæc Georgius scribit pag. 204.

Interprete Goaro.

Hæc captivitas Israel prima et ad Assyrios migratio anno Ezeciæ 6. ineunte, communi vero mundi 4770. completo facta est. Stetit autem tribuum decem regnum per reges 18. sibi succedentes a Hieroboam Salomonis servo earum rege primo annis 260. A mundi siquidem 4513. initio ducto, præfato 4771. finem ultimum reperit: qui secundum Africanum 4750. contigit: prout autem scribit Eusebius 4555. Eusebius quidem Cæsariensis annos 250. colligit, alii solos 246.

XXXIX.

Ἕως τοῦ ͵δωα΄. ἔτους ἐξ Ἀδὰμ οἱ Ἀθηναίων βασιλεῖς πρῶτοι ιζ΄. καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ διὰ βίου λεγόμενοι ἄρχοντες ιγ΄. ἔπειτα δεκαετεῖς ζ΄. ὁμοῦ πάντες λζ΄. κρατήσαντες τῆς Ἀθηναίων ἀρχῆς ἀπὸ τοῦ ͵γϡμε΄. κοσμικοῦ ἔτους ἐπαύσαντο· διαρκέσαντες ἐπὶ ἔτη ὅλα ͵ωνϛ΄. μετὰ τούτους ἄρχοντες ἐνιαυσιαῖοι ᾑρέθησαν ἐξ εὐπατρίδων· ἐννέα τε ἀρχόντων Ἀθήνῃσιν ἀρχὴ κατεστάθη· ἡ δὲ τῶν ἐνιαυσιαίων ἤρχθη τῷ ͵δωα΄. ἔτει τοῦ κόσμου, Κρέοντος πρώτου ἄρχοντος ἡγησαμένου ἐπὶ τῆς ιθ΄. Ὀλυμπιάδος, οἱ δὲ ἐπὶ κε΄. ἀφ' οὗ ἐπὶ σν΄. Ὀλυμπιάδα ἄρχοντες ϡγ΄. (ϡκγ΄. Goarus ad marg.) μέχρι Φιλήνου, καθ' ὃν ὑπάτευον Γράτος Σαβινιανὸς Ῥωμαίων καὶ Σέλευκος, ἀπὸ τῶν περὶ Βροῦτον μετὰ τοὺς βασιλεῖς ὑπατευσάντων ψκε΄. καταριθμούμενοι, ἐπὶ τὸ ͵εψκγ΄. ἔτος τοῦ κόσμου, κατὰ τὸν Ἀφρικανόν, ὅπερ ἦν Ἀντωνίνου, τοῦ καὶ Αὐείτου, Ῥωμαίων βασιλέως ἔτος γ΄. Hæc attulit Georgius Syncell. pag. 212.

Interprete Goaro.

Ad annum 4801. ab Adam creato, Atheniensium reges primi fuere 17. in quorum locum magistratus tota vita prorogati 13. quibus decennales septem suffecti: quorum omnium summa est 37. imperium Atheniensium gesserunt a communi mundi anno 3945 extincti sunt tandem postquam integros annos 856. stetit eorum potestas. Iis sublatis annui magistratus excogitati sunt, et ex patriciis assumpti: novemque magistratuum potestas stabilita. Annuorum porro magistratuum imperium visum est primum anno mundi 4801. Creonte primo principe instituto circa 19. et ut aliis placet circa 25. Olympiadem: a quo ad 250. Olympiadem et Philenum magistratum, alii medii 923. numerantur. Hujus Phileni tempore consulatum Romæ gerebant Gratus Severianus et Seleucus, ex iis qui circa Bruti ætatem regibus exactis, creati sunt consules 725. numero usque ad vulgarem mundi annum 5723. ut author est Africanus, qui Antonini Augusti fuit annus tertius.

XL.

Ἱστορεῖται παρὰ Ἀφρικανῷ, ὅτι ἐν τῷ λέγειν τὴν ᾠδὴν τὸν Μανάσση, τὰ δεσμὰ διεῤῥάγη σιδηρᾶ ὄντα, καὶ ἔφυγεν. Hoc refert Joannes Monachus in *Sacr. Parallel.* lit. ε΄. tit. 7. p. 463. ed. Lequien *Op. S. Joan. Damasc.*

Apud Africanum traditur, Manassæ, dum canticum recitaverit, vincula ferrea disrupta fuisse, eumque effugisse.

XLI.

Ἀφρικανὸς ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Σεδεκίου τὰ ο΄. ἔτη ἀριθμεῖ τῆς αἰχμαλωσίας. Ita Georgius refert Syncellus in *Chronograph.* pag. 219.

Interprete Goaro.

A Sedeciæ anno primo septuaginta captivitatis annos Africanus numerare exorditur.

XLII.

——ταῦτα καὶ ὁ Ἀφρικανὸς, μαρτυρῶν, ὅτι ἐκ τῆς β΄. αἰχμαλωσίας Ἰούδα ἦν ὅ, τε Δανιὴλ, καὶ οἱ τρεῖς παῖδες. Hoc ejusdem Georgii est pag. 223.

Interprete Goaro.

Hæc Africanus, secunda Judæ captivitate Danielem et socios pueros fuisse delatos testatus.

XLIII.

——μεθ' ὃν (Cyrum) Καμβύσης παῖς κρατεῖ Περσῶν ἔτη η΄. τοῦτον οἴονταί τινες εἶναι Ναβουχοδονόσορ δεύτερον, τὸν κατὰ Ὀλοφέρνην καὶ τὴν Ἰουδὴθ, ὡς καὶ Ἀφρικανός. Hæc scribit Georgius pag. 236.

Interprete Goaro.

Successor (Cyri) Cambyses Persarum excepit regnum, et tenuit annis octo. Hunc Nabuchodonosor nomine secundum Holopherni Judithque æqualem nonnulli cum Africano arbitrantur.

XLIV.

Ἀφρικανοῦ περὶ τοῦ Ἔσδρα.

Συγχωρήσαντος Ἀρταξέρξου, τοὺς ὑπολοίπους τῆς Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας ἤθροισεν Ἔσδρας, τάτε λείψανα τῶν σκευῶν τοῦ ναοῦ ἦλθεν ἔχων εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸν νόμον ἐδίδασκε. [f]ὡς δὲ ἐπύθετο κατ' ἐπιγαμίας αὐτοὺς ἀναμεμίχθαι τοῖς ἔθνεσιν, ἠνάγκαζε τοὺς οὐχ ὁμοεθνεῖς ἔχοντας ἐξεῶσαι ἕκαστον τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ. οἱ δ' ὑπήκουον, καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπειγομένου τὸ ἔργον ἐπετελεῖτο. Hæc attulit idem Georgius pag. 248.

Eodem Goaro Interprete.

Esdras, Artaxerxe permittente, captivitatis reliquias collegit, et quæ supererant, sacris vasis in Hierusalem illatis, legem publice docebat. Ut vero rescivit Judæos cum Gentilibus miscuisse connubia, viros alienigenis uxoribus junctos ad divortium ineundum impulit. Illi jussis faciles sub veris initium, (hyeme urgente) obsequium animi opere probatum voluerunt.

XLV.

Ἀφρικανοῦ. Ὀλυμπιὰς πζ'. ὁ Πελοποννησιων καὶ Ἀθηναίων πόλεμος ἑπτακαιεικοσαετὴς, ὃν Θουκυδίδης συνέγραψεν, δι' Ἀσπασίας πόρνας δύο, καὶ στήλας κατὰ Μεγαρεων ἀστυγειτόνων, Ἀθηναίοις συνέστη. Hoc posuit Georgius pag. 257.

Ex Africano. Olympias 87. Peloponnesiorum et Atheniensium bellum annorum 27. de quo scripsit Thucydides, Aspasiarum duorum scortorum causa, et ob decreta in Megarenses urbi vicinos, Atheniensibus conflatum est.

[f] Ezr. capp. ix. et x.

XLVI.

'Αφρικανὸς ἔτη ια΄. (for. λα΄.) μόνα τοῦ Φιλομήτορος λέγει. Hoc scripsit idem Georgius pag. 289.

Interprete Goaro.

Annos 11. (31.) solos Philometori assignat Africanus.

XLVII.

Refert idem Georgius in ead. pag. Joannem Hyrcanum Simonis filium, Judæorum pontificatu annos 27. potitum esse, secundum Africanum. (κατὰ 'Αφρικανόν).

XLVIII.

—— καὶ μάλιστα 'Αντιπάτρῳ τινὶ, (obvenit mœror propter exutum regno Hyrcanum) 'Ηρώδου πατρὶ, τοῦ βασιλεύσαντος ἔπειτα 'Ιουδαίων, ὃς ἦν ἀλλόφυλος, 'Ιδουμαῖος, κατὰ 'Ιώσηππον, κατὰ δὲ 'Αφρικανὸν, 'Ασκαλωνίτης, υἱός τινος ἱεροδούλου καλουμένου 'Ηρώδου τῷ (for. τοῦ) περὶ τὸν νεὼν τοῦ 'Απόλλωνος τεταγμένῳ (for. τεταγμένου) ἐν 'Ασκάλωνι. τοῦτον 'Ιδουμαῖοι λῃσταὶ τὸν 'Αντίπατρον εἶχον αἰχμαλωτίσαντες ἐν αὐτοῖς λῃστεύοντα, λαβεῖν ἐλπίζοντες ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ 'Ηρώδου λύτρα. διὰ δὲ τὸ πτωχὸν εἶναι τὸν αὐτοῦ πατέρα, καὶ λύτρα δοῦναι ἀπορεῖν, ἐχρόνισε

Interprete Goaro.

—præ cæteris Antipater Herodis deinde Judæorum regis pater torquebatur: qui cum ex aliena Idumæorum stirpe traheret originem, ut author est Josephus, ex Africani vero dictis, patriam habebat Ascalonem, patrem vero nomine Herodem, ex eorum grege qui Apollinis fano Ascalone serviebant, ædit“um. Istum Antipatrum prædonum latrociniis assuetum, prædas ex suis agentem captivum tenuerant Idumæi magno pecuniarum pondere libertatis restituendæ causa a patre expectata: patre vero rei familiaris angustia presso, nec libertatis pretium pendente, interim Antipater latrocinia diutius ex-

συλληστεύων, καὶ τοῖς αὐτῶν ἐντρεφόμενος ἤθεσι. οὗτος ὕστερον Ὑρκανῷ φιλωθεὶς, πλούτῳ καὶ δόξῃ τῶν πολλῶν προεῖχεν ἐντρεχείας χάριν καὶ τῆς περὶ τὰ κοινὰ πράγματα δεινότητος. Hæc affert idem Georgius pag. 296.

ercuit, et Idumæorum sese ex toto assuefecit moribus. Hic de Hyrcano bene meritus, divitiis et honoribus, ob eam qua utebatur in rebus agendis vigilantiam et dexteritatem auctus est.

XLIX.

ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ, περὶ τῶν Ὑρκανῷ καὶ Ἀντιγόνῳ συμβάντων, καὶ περὶ Ἡρώδου, τοῦ τε Σεβαστοῦ, καὶ Ἀντωνίου, καὶ Κλεοπάτρας, ὡς ἐν ἐπιτόμῳ.

Ὀκταουΐος ὁ Σεβαστὸς, ὃν Αὔγουστον καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι, θετὸς ὢν υἱὸς αὐτοῦ (Caii Cæsaris), ἀπὸ Ἀπολλωνιάδος τῆς Ἠπείρου ἔνθα ἐπαιδεύετο, εἰς Ῥώμην ἐπανελθὼν, τῶν ἐν τέλει τῆς ἡγεμονίας εἴχετο. Ἀντώνιος δὲ ὕστερον τὴν τῆς Ἀσίας καὶ ἐπέκεινα ἀρχὴν ἔλαχεν· ἐπὶ τούτου, Ἡρώδου κατηγόρουν Ἰουδαῖοι· ὁ δὲ τοὺς πρέσβεις ἀποκτείνας, Ἡρώδην ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κατῆξεν ἀρχήν. ὕστερον δὲ ἅμα Ὑρκανῷ καὶ Φασαήλῳ τῷ ἀδελφῷ ἐξεώθη, καὶ προσφυγὼν Ἀντωνίῳ, κατῆλθε,

Interprete Goaro.

Ex Africano: De iis quæ Hyrcano et Antigono acciderunt: et de Herode, Augusto, Antonio, et Cleopatra summatim.

Octavius, (Σεβαστὸς Græcis, Augustus Romanis dictus, Caii filius adoptivus, Apolloniade Epiri urbe, in qua studiorum causa morabatur, Romam reversus in civitatis proceres invasit imperium. Antonius postmodum Asiam vicinaque loca regenda obtinuit. Ad ejus judicium Herodem reum egere Judæi, quorum legatis morte multatis, regnum restituit Herodi: qui demum cum Hyrcano et Phasaelo fratre ejectus ad Antonium fuga se recepit: Judæis redeuntem non admittentibus cru-

μὴ δεχομένων δὲ αὐτὸν Ἰουδαίων, μαχὴ γίνεται καρτερα. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Ἀντίγονον κατιόντα ἐκδιώκει μαχῇ· Ἀντίγονος δὲ προσφυγὼν Ἡρώδῃ (cor. Ὀρώδῃ) τῷ τῶν Πάρθων βασιλεῖ διὰ Πακόρου τοῦ υἱοῦ κατῆλθεν ἐπὶ χρυσοῦ ταλάντοις χιλίοις. καὶ ὁ μὲν Ἡρώδης φεύγει· Φασάηλος δὲ ἐν τῇ μαχῇ ἀναιρεῖται· Ὑρκανὸς δὲ Ἀντιγόνῳ παρεδόθη ζῶν· ὁ δὲ Πάρθοις αὐτὸν ἔδωκεν ἄγειν, ἀποτεμὼν αὐτοῦ τὰ ὦτα, ὡς μηκέτι ἱερῷτο· ᾐδέσθη γὰρ αὐτὸν ὡς οἰκεῖον ἀποκτεῖναι. Ἡρώδης δὲ ἐκπεσὼν, τὸ μὲν πρῶτον Μαλίχῳ τῷ τῶν Ἀράβων βασιλεῖ προσφεύγει· ὡς δ' οὐ προσήκατο αὐτὸν φόβῳ τῶν Πάρθων, εἰς Ἀλεξάνδρειαν παρὰ Κλεοπάτραν ἀπῆλθεν. Ἦν Ὀλυμπιὰς ρπέ.

Κλεοπάτρα τὸν συμβασιλεύσαντα αὐτῇ ἀδελφὸν ἀποκτείνασα, πρὸς ἀπολογίαν ὑπ' Ἀντωνίου εἰς Κιλικίαν μεταπεμφθεῖσα, τὴν τῆς ἀρχῆς ἐπιμέλειαν ἐπέτρεψεν Ἡρώδῃ· καὶ ὡς οὐδὲν ἠξίου πιστεύεσθαι, ἔστ' ἂν καταχθῇ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀρχὴν, ἔχουσα αὐτὸν ᾔει παρὰ Ἀντώνιον. ὡς δ' ἑαλώκει τῆς γυναικὸς ἔρωτι, τὸν

entum committitur prælium, et posthac haud diu superior factus fugat Antigonum. Hic Parthorum regem adit, aurique talenta mille pollicitus, Pacori ejus filii auxiliis regnum recuperat. Herodes versa belli vice in fugam agitur: Phasaelus occumbit in certamine: Hyrcanus Antigono vivus traditur: hic mutilatis ejus auribus ne sacerdotio fungeretur amplius (consanguineum enim perimere veritus est) Parthorum potestati captivum tradit. Herodes amisso regno primum quidem ad Malichum Arabum principem se confert, a quo Parthorum metu repulsus Alexandriam ad Cleopatram tendit. Numerabatur tunc Olympias 185.

Cleopatra fratre regni consorte occiso ad causam dicendam ab Antonio in Ciliciam vocata, regni curam commendat Herodi, qui ab ea nihil obtinuit quo reduceretur in regnum: eo subinde viæ comite ad Antonium proficiscitur. Ille mulieris captus illecebris Herodem ad Octavium misit: qui tum Antipatri Herodis parentis tum He-

Ἡρώδην ἀπέστειλεν εἰς Ῥώμην κατὰ τὸν Σεβαστὸν Ὀκταουΐον, ὃς διά τε τὸν Ἀντίπατρον τὸν Ἡρώδου πατέρα, καὶ δι᾽ αὐτὸν Ἡρώδην, διά τε τὸ ὑπὸ Πάρθων καθέστασθαι τὸν Ἀντίγονον βασιλέα, ἐπέστειλε τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ καὶ Συρίᾳ στρατηγοῖς, κατάγειν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. καὶ ἅμα Σωσίῳ διεπολέμει πρὸς τὸν Ἀντίγονον χρόνῳ πολλῷ, καὶ παντοίαις μάχαις. τότε καὶ Ἰώσηππος ἀδελφὸς Ἡρώδου ἀποθνήσκει στρατηγῶν. Ἡρώδου δὲ πρὸς Ἀντώνιον ἐλθόντος ....

....

τρία ἔτη τὸν Ἀντίγονον ἐξεπολιόρκησαν καὶ ζῶντα ἀπεκόμισαν Ἀντωνίῳ. Ἀντώνιος δὲ Ἡρώδην μὲν καὶ αὐτὸς ἀνηγόρευσεν βασιλέα· προσέθηκε δὲ αὐτῷ πόλεις Ἵππον, Γάδαρα, Γάζαν, Ἰόππην, Ἀνθηδόνα· καὶ τῆς Ἀραβίας, τόν τε Τράχωνα, καὶ τὴν Αὐρανῖτιν, καὶ Σακίαν, καὶ Γαυλάνην· πρὸς δὲ, καὶ τῆς Συρίας ἐπιτροπήν. Ἡρώδης ὑπὸ τῆς συγκλήτου καὶ Ὀκταουΐου τοῦ Σεβαστοῦ βασιλεὺς Ἰουδαίων ἀνηγορεύθη, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη λδ´. Ἀντώνιος ἐπὶ Πάρθους στρατεύειν μέλλων

rodis ipsius memor, et quod denique Parthorum armis regnum obtineret Antigonus, datis ad Syriæ Palæstinæque Duces litteris ut Herodem in regnum reponant, mandat. Exinde Sosio junctus Herodes, variis præliis ac non exiguo temporis intervallo, cum Antigono armis decertabat. Per id tempus Josephus Herodis frater unus e copiarum ductoribus occumbit in prælio. Herode ad Antonium profecto ....

....

.... annos tres obsidionem protraxerunt, et ad Antonium demum deduxere vivum: Antonius ipse Herodem renunciavit regem, ac insuper urbes alias gubernandas demandavit Hippum, Gadara, Gazam, Ioppen, Anthedonem, et Arabiæ partem, Trachonitim, et Auranitim, Saciam, et Gaulanem, ipsamque postremo Syriam procurandam commisit. Herodes a senatu et Octavio Augusto rex declaratus annis triginta quatuor regnavit. Antonius in Parthos expeditione suscepta, Judæorum regem Antigonum interfecit, et Arabiam

᾿Αντίγονον τὸν ᾿Ιουδαίων ἀπέκτεινεν βασιλέα, καὶ ᾿Αραβίαν Κλεοπάτρᾳ παρέδωκεν· διαβάς τε ἐπὶ Πάρθους, ἔπταισε μεγάλως, τὸ πλεῖστον ἀποβαλὼν τοῦ στρατοῦ. ῏Ην ᾿Ολυμπιὰς ρπϛ΄.

῾Ο Σεβαστὸς ᾿Οκταούϊος τὴν ἐξ ᾿Ιταλίας καὶ πάσης ἑσπέρας δύναμιν ἐπ᾿ ᾿Αντώνιον ἦγεν, οὐ βουλόμενον εἰς ῾Ρώμην ἐπανελθεῖν, δέει τῶν ἐν Πάρθοις ἐπταισμένων, καὶ Κλεοπάτρας ἔρωτι. ᾿Αντώνιος δὲ αὐτῷ, τὴν ἐκ τῆς ᾿Ασίας ἔχων δύναμιν, ὑπηντίαζεν. ὁ δὲ ῾Ηρώδης οἷα δεινὸς, καὶ τῶν ἰσχυόντων θεραπευτὴς, διπλᾶς ἐξέπεμψεν ἐπιστολὰς, καὶ νηῒ τὸν (for. legend. *νηϊτὸν*) *στρατὸν, ἐντειλάμενος τοῖς ἡγουμένοις καραδοκεῖν τὰ ἀποβησόμενα. ὡς δὲ ἐκρίθη τε ἡ νίκη, καὶ δυσὶ ναυμαχίαις ἡττηθεὶς ὁ ᾿Αντώνιος ἔφυγεν εἰς Αἴγυπτον, ἅμα τῇ Κλεοπάτρᾳ, οἱ κομίζοντες ἀπέδοσαν τὰς πρὸς τὸν Σεβαστὸν ἐπιστολάς· ἃς πρὸς ᾿Αντώνιον εἶχον ἀποκρύψαντες. ἐπιπίπτει δὲ ῾Ηρώδῃ ......* (for. excidit *ταῦτα*, vel *τοῦτο*). *Κλεοπάτρα ἐν τῷ μεσαιολίῳ* (*μαυσωλαίῳ* corrigit Goarus) *ἑαυτὴν διεχρήσατο, ἀσπίδι τῷ θηρίῳ καθ᾿*

Cleopatræ commendavit: et in Parthos progressus exercitus parte amissa, non leviter peccasse compertus est. Erat tunc Olympias 186.

Cunctas ex Italia occiduisque regionibus copias contractas Augustus Octavius eduxit in Antonium metu delicti, dum in Parthos præliaretur, admissi, et Cleopatræ illecebris detentum, ac Romam se conferre detrectantem: cui collectis Asiaticis viribus Antonius obviam profectus est. Herodes porro velut astutia pollens, ac potentiorum obsequio addici consuetus datis epistolis duplicibus, et auxiliariis copiis mari transmissis, duces ut prius eventum belli, quam confligerent, præstolarentur, admonuit. Adjudicata Augusto victoria Antonius præliis duobus fusus, in Ægyptum fugiens cum Cleopatra reversus est. Tunc occultatis, quæ ad Antonium, litteras ad Augustum missas qui deferebant duces reddidere. Impetit Herodem ...... sepulchrali Mausolæo inclusa Cleopatra aspide fera tanquam mortis telo usa seipsam confecit. Eodem tempore Cleopatræ filios Solem Lunamque ab ea vocatos in The-

ἑαυτῆς ὅπλῳ χρησαμένη. τότε Κλεοπάτρας υἱοὺς, Ἥλιον καὶ Σελήνην, ἐπὶ Θηβαΐδα φεύγοντας συνέλαβεν ὁ Σέβαστός. Νικόπολις ἡ κατὰ Ἀκτίαν ἐκτίσθη, καὶ Ἀκτία ὁ ἀγὼν ἐτέθη. Ἀλεξανδρείας εἰλημμένης πρῶτος ἡγεμὼν Αἰγύπτου πέμπεται Γάλλος Κορνήλιος, ὃς τῶν ἀποστάντων Αἰγυπτίων καθεῖλε τὰς πόλεις. μέχρι τοῦδε οἱ Λαγίδαι· καὶ σύμπας τῆς Μακεδονικῆς ἡγεμονίας χρόνος μετὰ ἔτη τʹ. τῆς Περσῶν καθαιρέσεως δυοῖν δέοντα. (legendum videtur μετὰ τὴν Περσῶν καθαίρεσιν ἔτη τʹ. deleto δυοῖν δέοντα. Vid. notam). συνάγονται τοίνυν οἱ χρόνοι ἀπὸ μὲν τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς καὶ (ἕως pro καὶ Goarus ad marg. reposuit) καταλύσεως κατὰ Πτολεμαίους καὶ τὴν τελευταίαν Κλεοπάτραν, ὃ γίνεται τῆς Ῥωμαίων μοναρχικῆς ἡγεμονίας ἔτος ιδʹ. Ὀλυμπιάδος δὲ ρπζʹ. ἔτος δʹ. Τὰ σύμπαντα ἔτη ἀπὸ Ἀδὰμ ͵ευοβʹ.

Μετὰ Ἀλεξανδρείας ἅλωσιν Ὀλυμπίας ἤχθη ρπηʹ.

Ἡρώδης ἐπικτίσας τὴν Γαβινίων πόλιν, τήν ποτε Σαμάρειαν, Σεβαστὴν αὐτὴν προσηγόρευσεν· τὸ δὲ ἐπίνειον αὐτῆς τοῦ Στράτωνος πυργον πολίσας, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Καισάρειαν ἐκάλεσεν· ἐφ᾽ ἑκατέρᾳ ναὸν ἐγείρας

baidem fugientes Augustus cepit. Nicopolis ad Actiacum sinum construitur; et Actiacus ludus institutus. Alexandria capta primus Ægypti dux Augustalis Cornelius Gallus missus est, qui Ægyptiorum ad perduellionem deflectentium urbes subvertit. Hucusque Lagidæ duraverunt, unaque Macedonii imperii series stetit post destructum Persarum regnum annos duobus minus trecentos. Omne igitur temporis spatium ab instituto Macedonum imperio ad Ægyptiaci regni finem, ad Cleopatram nimirum Ptolemæorum postremam concluditur: quod Romanorum monarchiæ et imperii anno undecimo contigit, Olympiadis vero 187. anno quarto. Annorum summa ab Adam creato est 5472.

Post Alexandriam captam cœpit Olympias 188.

Herodes Gabiniorum urbem, Samariam olim dictam a se reparatam appellavit Sebasten: ejus quoque navale, Stratonis olim turrim nuncupatum in urbis formam instauratum, Cæsaream vocavit, et in utraque

Ὀκταουΐῳ. ὕστερον δὲ καὶ Ἀντιπατρίδα κτίζει ἐν τῷ Λυδῷ πεδίῳ ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς (for. addend. *προσαγορευθεῖσαν*)· *καὶ τοὺς περὶ τὴν Σεβαστὴν οἰκοῦντας, ὧν ἀφείλατο τὴν γῆν, ἐγκατῴκισεν ἐν αὐτῇ. ἔκτισεν δὲ καὶ ἑτέρας πόλεις· καὶ τοῖς μὲν Ἰουδαίοις βαρὺς ἦν, τοῖς δὲ ἄλλοις ἔθνεσι δεξιώτατος. Ἦν Ὀλυμπιὰς ρπθʹ. ἥτις πρὸ ϛʹ. καλενδῶν Μαρτίων κατὰ Ἀντιοχεῖς κδʹ.* (addendum esse *ἔτει* censet Scaliger) *ἤχθη, δι' ἧς ἐπὶ τῶν ἰδίων ὁρίων ἔστη ὁ ἐνιαυτός.* Hæc affert Georgius Syncellus in *Chronograph.* p. 307.

templum Octavio consecrandum erexit: Postremam omnium de patris nomine Antipatridem in Lydo campo condidit; Sebastesque accolas, quorum agros occupavit, fecit hujus incolas. Alias quoque urbes construxit: ac Judæis quidem onerosum, nationibus vero reliquis urbanum et amœnum sese exhibuit. Olympias agebatur 189. quæ bisextum diem 6. sexto Cal. Mart. anno juxta Antioch. æram 24. apte restitutum accepit, cujus beneficio certis ac propriis sibi terminis annus cœpit consistere.

XLIX.*

Ex Libro Quinto.

Περὶ τούτων οὖν τῶν τριῶν βασιλέων (Ochozia, Joas, Azaria) *φησὶν* Ὁ ἈΦΡΙΚΑΝΟΣ *ἐν πέμπτῳ βιβλίῳ τῶν Χρονικῶν αὐτοῦ, ὅτι διὰ τὴν ἄγαν δυσσέβειαν αὐτῶν παρέδραμε τούτους ὁ Εὐαγγελιστής· ἔθος γάρ, φησὶ* (Africanus), *τῇ γραφῇ τοὺς οὐκ ἀξίους μνήμης παραλιμπάνειν, τὸν Συμεὼν, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἀλλαχόθεν πολλοί.* (for. *ἀλλαχόθι πολλούς.*)

Memorat hæc Africani verba S. Joannes Chrysost. allatus in *Catena in S. Matthæi Evang.* a cl. Cramer. edita, pag. 9.

De tribus autem his regibus (Ochozia, Joas, Azaria) Africanus ait in quarto libro Chronicorum suorum, ob nimiam impietatem ipsorum, eos præteriit Evangelista (*Mat.* i. 9.), mos enim Scripturæ est, indignos memoria omittere, ut Symeonem, et alias aliter alibi multos.

L.

Ex Libro Quinto.

ʼΑΦΡΙΚΑΝΟΥ, *περὶ τῶν κατὰ τὸ σωτήριον πάθος, καὶ τὴν ζωοποιὸν ἀνάστασιν.*

(ET DE SEPTUAGINTA DANIELIS HEBDOMADIS.)

—Τὸ δὲ (for. Τόδε) *καθ' ἕκαστον τῶν πράξεων αὐτοῦ,* (Christi) *καὶ θεραπειῶν σωμάτων καὶ ψυχῶν, καὶ τῶν τῆς γνώσεως ἀποκρύφων, ἀναστάσεώς τε τῆς ἐκ νεκρῶν, αὐταρκεστάτως πρὸ ἡμῶν μαθηταῖς τε καὶ ἀποστόλοις αὐτοῦ δεδήλωται.* Καθ' *ὅλου τοῦ κοσμοῦ σκότος ἐπήγετο φοβερώτατον· σεισμῷ τε αἱ πέτραι διεῤῥήγνυντο, καὶ τὰ πολλὰ τῆς* Ἰουδαίας *καὶ τῆς λοιπῆς γῆς κατεῤῥίφθη. τοῦτο τὸ σκότος ἔκλειψιν τοῦ ἡλίου* Θάλλος *ἀποκαλεῖ ἐν τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἀλόγως.* Ἑβραῖοι *γὰρ ἄγουσι τὸ πάσχα κατὰ σελήνης ιδ'. πρὸ δὲ τῆς μιᾶς τοῦ πάσχα τὰ περὶ τὸν* Σωτῆρα *συνέβη. ἔκλειψις δὲ ἡλίου σελήνης ὑπελθούσης τὸν ἥλιον γίνεται· ἀδύνατον δὲ ἐν ἄλλῳ χρόνῳ, πλὴν ἐν τῷ μεταξὺ*

Interprete Goaro.

Ex Africano: De iis quæ in salutari Christi Passione, et vivifica Resurrectione contigerunt.

Gesta sane illius singula, corporum animarumque curationes, prædicationis resurrectionisque a mortuis recondita quæque secreta discipulis apostolisque illius nobis antiquioribus satis innotuere. Horribiles tenebræ orbi universo incubuere: petræ terræ motu discissæ, pluraque per Judæam et regiones reliquas, ædes in solum dejectæ sunt. Tenebras hujusmodi solis defectum vocat Thallus historiarum libro tertio, et me quidem judice, nullo fundamento. Hebræi quippe luna 14. pascha celebrant: At certe paschalem solemnitatem die præeunte quæ passionem spectant a Salvatore tolerata fuere: solis vero defectus nonnisi luna solem subeunte cernitur. Verum cum non alio

νουμηνίας καὶ τῆς πρὸ αὐτῆς κατὰ τὴν σύνοδον αὐτὴν ἀποβῆναι. πῶς οὖν ἔκλειψις νομισθείη κατὰ διάμετρον σχεδὸν ὑπαρχούσης τῆς σελήνης ἡλίῳ; ἔστω δὴ, συναρπαζέτω τοὺς πολλοὺς τὸ γεγενημένον, καὶ τὸ κοσμικὸν τέρας ἡλίου ἔκλειψις ὑπονοείσθω ἔκ γε τῆς κατὰ τὴν ὄψιν πλάνης. [Φλέγων ἱστορεῖ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος ἐν πανσελήνῳ ἔκλειψιν ἡλίου γεγονέναι τελείαν, ἀπὸ ὥρας ἕκτης μέχρις ἐννάτης. δῆλον ὡς ταύτην.] Τίς δὲ ἡ κοινωνία [g] *σεισμῷ καὶ ἐκλείψει, πέτραις ῥηγνυμέναις, καὶ ἀναστάσει νεκρῶν, τοσαύτῃ τε κινήσει κοσμικῇ; ἐν γοῦν τῷ μακρῷ χρόνῳ τοιοῦτόν τι συμβὰν οὐ μνημονεύεται. ἀλλ' ἦν σκότος θεοποίητον, διότι τὸν Κύριον συνέβη παθεῖν.*

Καὶ λόγος αἱρεῖ ὅτι ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες εἰς τοῦτον συναιροῦνται τὸν χρόνον, ἐν τῷ Δανιὴλ . . . .

Ἡ μὲν οὖν περικοπὴ οὕτω πως ἔχουσα (scil. capitulum

temporis momento præterquam eo quod lunæ veteris diem ultimum et renovandæ primum contingit, in ipso nimirum utriusque syderis congressu eclipsim ingruere observemus, qua ratione censebitur eclipsis sole oppositam lunæ cæli partem tenente? Esto tamen. rapiat post se quos volet, et inter alia toti orbi manifesta unum hoc solis deficientis ex oculorum judicio portentum numeretur: Sane luna toto orbe radiante ab hora diei 6. ad 9. usque integram solis eclipsim Tiberio Cæsare imperante contigisse narrat Phlegon: eam utique de qua nobis sermo. Verumenimvero quæ tanta est cum terræ motu et eclipsi diruptis saxis et resurrectioni mortuorum tantæque creaturarum omnium perturbationi societas? Certe longa retro annorum serie simile quid nulla reperimus accidisse memoria. Erunt itaque novum Dei opus illæ tenebræ ipso mundi Domino patiente exortæ.

Septuaginta vero hebdomades a Daniele memoratas hoc tempore complendas, et terminum attigisse ratio convincit ....
....

Interprete Donato Veronensi.

Ipsa quidem particula, inquit, quæ fere sic se habet, tum mul-

g Mat. xxvi. 51, 45.

Danielis de LXX. hebdomadis, quod ante hæc adduxerat Africanus) πολλά τε καὶ παράδοξα σημαίνει. νῦν δὲ ὧν χρεία περί τε τοὺς χρόνους καὶ τὰ τούτοις συντείνοντα τὸν λόγον ποιησόμεθα. ὅτι μὲν οὖν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας λέγεται ταῦτα, μετὰ ἑβδομάδας ἑβδομήκοντα μέλλοντος ἐπιφαίνεσθαι, δῆλον· ἐπὶ γὰρ τοῦ Σωτῆρος, ἢ ἀπὸ τούτου, τά τε παραπτώματα παλαιοῦται, καὶ αἱ ἁμαρτίαι συντελοῦνται διὰ τὴν ἄφεσιν· αἵ τε ἀνομίαι ἐξιλασμῷ μετὰ τῶν ἀδικιῶν ἐξαλείφονται, δικαιοσύνη τε αἰώνιος καταγγέλλεται παρὰ τὴν ἐκ τοῦ νόμου· ὁράσεις τε καὶ [h]προφητεῖαι μέχρις Ἰωάννου, [i]χρίεται δὲ ἅγιος ἁγίων. πρὸ γὰρ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας οὐκ ὄντα ταῦτα προσεδοκᾶτο μόνον. ἄρξασθαι δὲ τῶν ἀριθμῶν, τουτέστι τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων, ἅ ἐστιν ἔτη τετρακόσια ἐννενήκοντα, ὁ Ἄγγελος ὑποτίθεται· [k]ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλήμ. συνέβη δὲ ταῦτα ἐπὶ Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλεύοντος εἰκοστῷ ἔτει. Νεεμίας γὰρ ὁ τούτου οἰνοχόος δεηθεὶς

ta tum admirabilia significat: attamen nunc de iis dumtaxat quæ nobis ad rationem temporum, et eorum quæ ad tempora pertinent conductura sint, verba faciemus. Quod igitur hæc de adventu Christi dicantur, qui post hebdomadas LXX. ab hominibus esset videndus, neutiquam dubium est: tempore enim Salvatoris nostri aut ex illo ipso, et antiquantur delicta, et peccata consummantur: per remissionem autem, iniquitates cum injustitiis expiatione delentur, justitiaque sempiterna denuntiatur, præter eam quæ ex lege acquirebatur. Visiones autem et prophetiæ usque ad Joannem, et sanctus sanctorum ungitur: nam cum ante Salvatoris nostri adventum hæc non essent, expectabantur tamen. Numeri vero initium accipere, hoc est LXX. hebdomadarum, qui sunt anni quadringenti nonaginta, Angelus præcipit ab exitu sermonis ut respondeatur, et ædificetur Hierusalem. Porro hæc contigerunt regni Artaxerxis qui Persarum rex fuit anno vicesimo: hujus enim pincerna Neemias

[h] Luc. xvi. 16. [i] Dan. ix. 24. [k] Dan. v. 25.

ἀποκρίσεώς τε ἔτυχεν, οἰκοδομηθῆναι Ἱερουσαλὴμ, καὶ λόγος ἐξῆλθε κελεύων ταῦτα· μέχρι μὲν γὰρ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἡ πόλις ἠρήμωτο. Κύρου γὰρ μετὰ τὴν ἑβδομηκονταετίαν τῆς αἰχμαλωσίας τῶν βουλομένων ἕκαστον ἑκουσιαστὶ καταπέμψαντος, οἱ μετὰ Ἰησοῦ τοῦ μεγάλου ἱερέως καὶ Ζοροβάβελ κατελθόντες, καὶ οἱ ἐπὶ τούτοις ἅμα Ἔσρᾳ, τὸν νεὼν οἰκοδομεῖν ἐκωλύοντο τὰ πρῶτα, καὶ τεῖχος τῇ πόλει περιβάλλειν, ὡς οὐ κεκελευσμένου τούτου. ἔμεινεν οὖν (for. addend. οὕτως) ἕως Νεεμίου καὶ βασιλείας Ἀρταξέρξου εἰκοσαετοῦς, καὶ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἔτους πεντεκαιδεκάτου καὶ ἑκατοστοῦ· ἀπὸ δὲ τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλὴμ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε ἔτη γίνεται· καὶ τότε βασιλεὺς Ἀρταξέρξης ἐκέλευσεν οἰκοδομηθῆναι τὴν πόλιν. Νεεμίας δὲ καταπεμφθεὶς τοῦ ἔργου προέστη, ἡ δὲ ᾠκοδομήθη πλατεῖα καὶ περίτειχος, ὡς προεφητεύθη· κᾀκεῖθεν ἀριθμοῦσιν ἡμῖν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες εἰς τὸν Χριστὸν συντελοῦνται.

Εἰ γὰρ ἄλλοθέν ποθεν ἀριθμεῖν ἀρξαίμεθα, καὶ οὐκ ἐντεῦθεν, οὔτε ὁ χρόνος συνδραμεῖται, καὶ πλεῖστα ἄτο-

cum eum ipsum rogasset, responsum accepit, ut ædificaretur Hierusalem. Et sermo exivit quo ipsum hoc jubebatur: nam ad illud usque tempus civitas deserta manserat. Cum enim Cyrus post septuagenariam servitutem volentem unumquemque voluntarie emisisset, qui cum Jesu magno sacerdote et Zorobabel, quique post hos ipsos cum Esdra descenderant, ædificare templum et murum civitati circundare initio prohibebantur, tanquam hoc imperatum non esset. Mansit igitur usque ad Neemiam et regnum Artaxerxis, annumque imperii Persarum centesimum et quintum decimum: cum vero a capta Hierusalem annus centesimus atque octogesimus ageretur, tum rex Artaxerxes jussit ædificari civitatem, et Neemias unus eorum qui emissi fuerant, operi præfuit: et platea et muri ambitus ædificata sunt, sicut futurum prophetia significaverat. Inde igitur nobis numerare incipientibus, LXX. hebdomades in Christum terminantur.

Nam si ab alio quovis tempore numerandi initium fecerimus, neque tempus ipsum con-

πα ἀπαντήσει. ἐάν τε γὰρ ἀπὸ Κύρου καὶ τῆς πρώτης καταπομπῆς τὴν ἀρχὴν ποιησώμεθα τῆς ἀριθμήσεως τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων, εἰς ἔτη ἑκατὸν καὶ προσέτι περισσεύει· πλείων δὲ χρόνος, εἰ ἀφ' ἧς ἡμέρας τῷ Δανιὴλ ὁ Ἄγγελος προεφήτευσε· πολλῷ δὲ πλείων, εἰ ἀπ' ἀρχῆς τῆς αἰχμαλωσίας. εὑρίσκομεν γὰρ τὴν Περσῶν βασιλείαν ἔτεσι διακοσίοις τριάκοντα περιγραφομένην, τήν τε Μακεδόνων εἰς ἔτη τριακόσια [ἑβδομήκοντα delend.] παρατείνουσαν, κᾀκεῖθεν ἐπὶ τὸ Τιβερίου Καίσαρος ἑκκαιδέκατον ἔτος εἰς (for. εἰσὶ) ἔτη ἑξήκοντα. (Legitur apud S. Hieronymum interpretem; atque exinde usque ad annum *quintum* decimum Tiberii Cæsaris, *quando passus est Christus,* numerantur anni sexaginta, *qui simul faciunt annos quingentos nonaginta, ita ut centum supersint anni.*)

Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου αἱ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες εἰς τὸν ἐπὶ Χριστοῦ συντελοῦνται χρόνον κατὰ τοὺς Ἰουδαίων ἀριθμούς. ἀπὸ γὰρ Νεεμίου, ὃς ὑπὸ Ἀρταξέρξου τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνοικοδομήσων ἐπέμφθη, ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ καὶ ἑκατοστῷ τῆς Περσῶν βασιλείας, αὐτοῦ δὲ Ἀρταξέρξου βασιλείας εἰκοστῷ ἔτει, καὶ Ὀλυμπιάδος ὀγδοη-

veniet, et multa incommoda subire necesse erit. Sive enim a Cyro, primaque emissione, septuaginta hebdomadas numerare cœperimus, anni centum et amplius supererunt, sive ab eo die quo Angelus ipsi Daniel oraculum reddidit, etiam major fiet annorum numerus. Multo autem major si ab initio captæ urbis. Invenimus enim regnum Persarum intra annos cc. atque xxx. contineri. Deinde Macedonum ad annorum numerum continuari trecentorum et septuaginta. Inde vero ad Tiberii Cæsaris annum sextumdecimum, annos sexaginta.

Ab Artaxerxe autem septuaginta hebdomades ad Christi tempus perveniunt, si Judæorum numeros sequimur. Siquidem a Neemia, qui ut ædificaret Hierusalem est missus, anno regni Persarum centesimo et quintodecimo, qui fuit ipsius regni Artaxerxis vicesimus, atque idem octogesimæ tertiæ Olympiadis quartus, ad illud tempus qui fuit Olympiadis ducentesimæ secundæ annus secundus, imperii autem Tiberii Cæsaris

κοστῆς τρίτης ἔτει τετάρτῳ, ἐπὶ τοῦτον τὸν χρόνον ὃς ἦν Ὀλυμπιάδος διακοσιοστῆς δευτέρας ἔτος δεύτερον, Τιβερίου δὲ Καίσαρος ἡγεμονίας ἔτος ἑκκαιδέκατον, ἔτη συνάγεται τετρακόσια ἑβδομήκοντα πέντε. ἅπερ Ἑβραϊκὰ τετρακόσια ἐννενήκοντα ἔτη γίνεται, κατὰ τὸν σεληνιαῖον δρόμον τοὺς ἐνιαυτοὺς ἐκείνων ἐξαριθμουμένων, ὅς ἐστιν, ὡς πρόχειρον εἰπεῖν, ἡμερῶν τριακοσίων πεντήκοντα τεσσάρων· τοῦ ἡλιακοῦ κύκλου ὑπάρχοντος ἡμερῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε, τετάρτου, τὴν γὰρ κατὰ σελήνην δωδεκάμηνον παραλλάσσει ἡμέραις ἕνδεκα καὶ τετάρτῳ. διὰ τοῦτο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἰουδαῖοι τρεῖς μῆνας ἐμβολίμους ἔτεσιν ὀκτὼ παρεμβάλλουσιν· ὀκτάκις γὰρ τὰ ἕνδεκα καὶ τέταρτον ποιεῖ τρίμηνον. τὰ τοίνυν τετρακόσια ἑβδομήκοντα πέντε ἔτη, ὀκταετηρίδες γίνονται πεντήκοντα ἐννέα, καὶ μῆνεις τρεῖς (cor. *ἔτη τρία* vid. notam). *ὡς* (for. *τοῦ*) *τριμήνου δὲ ἐμβολίμου τῇ ὀκταετίᾳ γινομένης* (cor. *γινομένου*) *ἔτη πεντεκαίδεκα, ὀλίγων ἡμερῶν ἀποδεόντων, γίγνονται. ταῦτα δὲ πρὸς* (for. *εἰ προσθῇς* vid. not.) *τοῖς τετρακοσίοις ἑβδομήκοντα πέντε ἔτεσιν, αἱ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συντελοῦνται.*

sextusdecimus, anni numerantur quadringenti septuaginta quinque, qui Hebraica ratione fiunt quadringenti nonaginta: utpote, cum illi ad cursum lunæ annos computare consueverint, ut hac ratione annus sit; quod dictu facile est, dierum trecentorum quinquaginta quatuor. Cum tamen solaris cursus dies conficiat trecentos sexaginta quinque cum unius diei parte quarta. Ex quo apparet lunares cursus duodecim, ab uno solari cursu, undecim diebus et quarta unius diei superari. Idcirco et Græci et Judæi ternos intercalares menses octavo cuique anno adjiciunt. Etenim si undenos cum unius parte quarta octies repetiveris, trium mensium spatium conficies. Quadringenti igitur septuaginta quinque anni, octennia reddunt quinquaginta novem et annos præterea tres. Cum vero octavo cuique anno terni intercalentur menses, conficitur annorum xv. summa, paucis detractis diebus. Quos si ad quadringentos septuaginta quinque

Μὴ δή τις ἡμᾶς τῶν (for. legend. τῷ τῶν) κατ' ἀστρονομίαν ἀριθμῶν ἀπείρους εἶναι νομιζέτω τξε΄. ἡμερῶν καὶ τετάρτου μορίου προτεταχέναι αὐτήν. (for. legend. ἐνιαυτὸν pro αὐτήν.) οὐδὲ γὰρ ἀγνοίᾳ τ' ἀληθοῦς, διὰ δὲ τὴν λεπτολογίαν τὸ ψηφιζόμενον συνετέμομεν. τοῖς δε ἐπ' ἀκριβὲς πάντα πειρωμένοις ἐξετάζειν, καὶ τοῦθ' ὡς ἐν γραφῇ παρακείσθω. τὸ μὲν ἔτος ἐπίπαν ἕκαστον ἐστὶν ἡμερῶν τξε΄. καί, ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς ἐννεακαιδέκατον διαιρεθείσης, μέρη τούτων τὰ ε΄. (for. legend. εἰς ἐννεακαιδέκατα διαιρεθείσης μέρη, τούτων τῶν ε΄.). μεταξὺ δὲ τοῦ λέγειν τὸν ἐνιαυτὸν ἡμερῶν τξε΄. καὶ τετραμορίου (for. delend. καὶ τετραμορίου) καὶ τῶν ἀπὸ ιθ΄. τῆς νυχθημέρου μερῶν ε΄ . . . . . . εἰς τὰ νοε΄. . . . ἡμέραι τὸ παράλληλον εἰσὶν ϛ΄. καὶ τετραμόριον. ἔτι γε μὴν τὸν τῆς σελήνης μῆνα κατὰ τὴν ἀκριβῆ λεπτολογίαν εὑρίσκομεν κθ΄. (for. ἡμερῶν addend.) καὶ ἡμισείας, ἡμέρας καὶ νυκτὸς διαιρεθείσης εἰς μέρη σε΄. τούτων τὰ ο΄. καὶ

addideris, hebdomadas LXX. conficies.

Interprete Goaro.

Nemo itaque nos ceu præceptis astronomiæ parum imbutos arguat, qui annum diebus 365. et quadrante componi jam statuimus: non ex veritatis quippe inscitia, quinimmo exquisitas potius astronomiæ minutias sectati relatam summam in hunc modum subduximus: accuratiorem vero omnium notitiam consequi cupidis, quod sequitur etiam tanquam in tabula repræsentetur. Annorum unusquisque dierum omnino 365. numerum intercipit: diei vero et noctis spatio per decemnovennale distributo quinariam ejus partem dividentem esse percipimus. Interim vero cum annum diebus 365. et quadrante componi, et ex decemnovennalis quotientis partibus quinque . . . . . post annos 475. dies sex cum quadrante ex æquo respondentes emergunt. Insuper vero mensem lunarem dies 29. et medium ad numerandi exquisitiorem peritiam includere reperimus: dieique ac noctis intervallo in partes 215. distributo harum 71. cum media . . . . quæ nonagesima quarta tria conficiunt habemus. Et hæc brevi temporis spatio colliguntur.

ἥμισυ . . . . . . ἃ γίνεται ἐννενηκοστοτέταρτα τρία, καὶ ταῦτα παρ' ὀλίγον χρόνον καταγίνεται.

Συμβαίνει δὲ τῶν (for. τὸ) ἀπὸ Ἀρταξέρξου βασιλείας ἔτους κ', ὡς ἐν τῷ Ἔσδρᾳ παρ' Ἑβραίοις, ὅπερ καθ' Ἕλληνας ἦν Ὀλυμπιάδος ὀγδοηκοστῆς (addend. τρίτης) τέταρτον ἔτος, μέχρις ἕκτου καὶ δεκάτου Τιβερίου Καίσαρος, ὅπερ ἦν Ὀλυμπιάδος σβ'. ἔτος δεύτερον, ἐπισυνάγεσθαι τὰ προειρήμενα νοε'. ἃ γίνεται κατὰ Ἑβραίους ἔτη υϟ'. ὡς προείρηται. τοῦτ' ἔστιν ἑβδομάδες ο'. καθὰ προεφητεύθη τῷ Δανιὴλ ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ ἡ Χριστοῦ παρουσία. εἰ δέ τῳ δοκεῖ τὰ ιε'. ἔτη, τὰ Ἑβραϊκὰ, πλάνην ἐγγεννᾷν· μετ' ἐκεῖνα, εἰς ἡμᾶς ἔτη διακόσια ἐγγὺς, καὶ οὐδὲν ἐν μέσῳ παράδοξον ἱστόρηται. δύναται δὲ καὶ ἡ μία καὶ ἡμίσεια ἑβδομὰς, ἣν ἐπὶ συντελείᾳ (for. τῇ σ.) παραλαμβάνεσθαι δεῖν ὑπονοοῦμεν, παρηγορεῖν τὸν ἐπιζητούμενον τῶν ιε'. ἐτῶν καὶ κουφίζειν χρόνον. ὅτι τε συμβολικώτερον αἱ προφητεῖαι ἐξενενεγμέναι τυγχάνουσι, δῆλον.

Ὁπόσον δὲ ἐφ' ἡμῖν, ὄρθως, οἶμαι, τὴν γραφὴν ἐδεξάμεθα, ἐπεὶ καὶ συναιρεῖσθαί πως ἡγουμένη τῆς

Ab Artaxerxis autem imperii anno vigesimo (cujus Esdras Hebræis laudatus author testis est) qui Græcanicæ Olympiadis 84. quartus fuit, ad Tiberii Cæsaris annum decimum sextum, qui Olympiadis 202. anno 4. æqualis est; annos Julianos 475. supra memoratos, qui Hebræos 490. juxta præmissa, componunt, numerantur, id est hebdomades 70. post quas Christi adventus a Gabriele Danieli prænunciatus est. Hebraici vero anni quindecim aliis adjecti annorum saltem 10. errorem licet nonnemini videantur invehere: certe dubium hoc in medium nihil absurdi proferre indubius sum. At quam commode hebdomas una et altera media (quam ad numeri complementum assumendam conjicimus) de annis 15. quæstioni factæ medeatur, et terminum reddat breviorem uno verbo consummationem abbreviet, quod prophetiæ symbolis involutæ proferri soleant, omnino manifestum puto.

Sane quantum minerva dedit,

ὀπτασίας περικοπὴ δοκεῖ, ἧς ἡ ἀρχή· [l]Ἐν ἔτει τρίτῳ τῆς βασιλείας Βαλτάσαρ, ἔνθα περὶ τῆς καθαιρέσεως τῆς Περσῶν ἀρχῆς ὑφ᾽ Ἑλλήνων προδηλοῖ (for. προφητεύει), ἣν διὰ τοῦ κριοῦ καὶ τοῦ τράγου προδηλοῖ. [m]Ἡ θυσία, φησὶν, ἡ ἀρθεῖσα, καὶ τὰ ἅγια ἐρημωθήσεται εἰς καταπάτημα· ἅπερ εἰς ͵βτʹ. ἡμέρας περιγραφήσεται. εἰ γὰρ εἰς μῆνα τὴν ἡμέραν λογισαίμεθα, ὡς ἀλλαχοῦ κατὰ προφητείαν εἰς ἐνιαυτοὺς αἱ ἡμέραι παραλαμβάνονται, καὶ ἄλλως ἀλλαχόθι, ἀναλύσαντες ὁμοίως τοῖς πρὸ τούτου εἰς μῆνας τοὺς Ἑβραϊκοὺς, εὕροιμεν ἂν κʹ. (for. legend. ἐν ἔτει κʹ.) τῆς Ἀρταξέρξου βασιλείας ἀπὸ τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλὴμ συντελούμενον τὸν χρόνον. ἔτη γὰρ συνάγονται ρπεʹ. καὶ ἐνιαυτὸς εἷς ἐν ᾧ τὴν πόλιν ἐτείχισεν ὁ Νεεμίας. τοὺς οὖν ρπϛʹ. ἐνιαυτοὺς, μῆνας εὑρίσκομεν ͵βτʹ. Ἑβραϊκούς· τῆς ὀκταετίας ἀκολούθως τοὺς πρὸς τούτοις (for. legend. τοῖς πρὸ τούτου) ἐμβολίμους τρεῖς μῆνας προσλαμβανούσης. ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου ὅθεν ὁ λόγος ἐξῆλθεν οἰκοδομηθῆναι Ἱερου-

scripturam recte me percepisse arbitror: quandoquidem ipsum de visione dictum præcedens calculos omnes in summam redigere videtur, cujus verbis primis ait. *In anno tertio regni Baltasar:* quibus de regni Persarum, Græcorum armis excidio (quorum regnum utrumque arietis et hirci figura designat) vaticinatur: *Sacrificium*, inquit, *tolletur, et sancta in conculcationem deserta fient, quæ diebus* 2300. *circumscribentur.* Die namque in mensem a nobis reputato, prout prophetarum locis aliis dies annorum vice, et iterum alibi diversa ab his ratione sumuntur, diebus pariter superius memoratis in menses redactis, a capta Hierusalem ad Artaxerxis annum vigesimum summam omnem consummatam observavimus. Anni siquidem colliguntur 185. quibus alter, quo Neemias urbi murum circumposuit, addendus. Hebraicos itaque menses 2300. annos computamus 186. quorum octoerides singulæ menses tres incalares ad sese ordine derivant. Cæterum ab Artaxerxis tempore quo de reparandis ædibus Hie-

l Dan. viii. 1.

m Dan. viii. 19.

σαλὴμ, ο΄. ἑβδομάδες συντελοῦνται. ἰδίᾳ δὲ περὶ τούτων καὶ ἀκριβέστερον ἐν τῷ περὶ ἑβδομάδων καὶ τῆσδε τῆς προφητείας ἀπεδείξαμεν. θαυμάζω δὲ Ἰουδαίων μὲν μήπω φασκόντων ἐληλυθέναι τὸν Κύριον· τοὺς (for. *τῶν*) *ἀπὸ Μαρκίωνος δὲ, ὑπὸ τῶν προφητειῶν μὴ προηγορεῦσθαι, οὕτω γύμνως ὑπ' ὄψιν τῶν γραφῶν δεικνυουσῶν.*

Καὶ μετ' ὀλίγα·

Συνάγονται δὲ τοίνυν οἱ χρόνοι ἐπὶ τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν ἀπὸ Ἀδὰμ, καὶ τῆς ἀναστάσεως (for. *καὶ τὴν ἀνάστασιν* vid. notam) *ἔτη ͵εφλα΄, ἀφ' οὗ χρόνου ἐπὶ Ὀλυμπιάδα σν΄. ἔτη ρϟβ΄, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν ἀποδέδεικται.* Hæc partim extant apud Georgium Syncellum pag. 322. *Chronograph.* partim vero apud Eusebium *Demonstr. Evang.* lib. viii. pag. 389. ed. Gr. et Lat. Paris.

rusalem edictum promulgatum est hebdomades 70. complentur. De his vero accuratiorem tractatum de hebdomadum et præfata prophetia opusculo privatim exposuimus. Judæos autem Dominum nondum venisse, Marcionis quoque discipulos nusquam ejus adventum prophetiis enunciatum asserentes non possum non mirari.

Et post pauca:

Anni itaque ab Adam condito ad Christi adventum et ejus resurrectionem 5531. colliguntur: a qua temporis epocha ad Olympiadem 250. anni 192. ut in præcedentibus declaratum est, intercurrunt.

LI.

Ὁ μὲν οὖν Ἀφρικανὸς συμφώνως τῇ ἀποστολικῇ παραδόσει τῷ εφ΄. ἔτει τὴν θείαν χρονολογήσας σάρκωσιν, περὶ τὸ πάθος καὶ τὴν σωτήριον ἀνάστασιν δυσὶν ἔτεσι διήμαρτεν, κατὰ τὸ ͵εφλα΄. ἔτος τοῦ κόσμου ταύτην συναγαγών. Hæc Georgius scribit Syncellus pag. 326.

Interprete Goaro.

Africanus itaque apostolicæ traditioni concors divinæ incarnat. anno in mundi 5500. relato, circa passionem et salutis conciliatricem resurrect. eandem in mundi 5531. colligens, 2. annis a vero aberravit.

LII.

Ἀφρικανὸς δέ φησιν ὁ χρονογράφος, ὅτι ἐπὶ τούτου (sc. tempore Commodi Imp.) Κλήμης ὁ στρωματεὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐγνωρίζετο. Hoc scribit Cedrenus in *Historiarum Compendio* pag. 251. ed. Paris.

Interprete Xylandro.

Africanus in Annalibus autor est, sub hoc Clementem Stromateum Alexandriæ floruisse.

LIII.

Ἀφρικανὸς Ἄβγαρον φησὶν ἱερὸν ἄνδρα, τοῦ πρώην Ἀβγάρου ὁμώνυμον, βασιλεύειν Ἐδέσσης κατὰ τούτους τοὺς χρόνους. (post sæc. tertii initia.) Hoc posuit Georgius Syncellus pag. 359. *Chronograph.*

Abgarum, virum sacrosanctum, prioris Abgari cognominem, Edessæ his temporibus regnare, ait Africanus.

LIV.

Τοῦ δ' αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ (inquit Eusebius lib. vi. *Hist. Eccl.* cap. 31.) καὶ ἄλλα τὸν ἀριθμὸν πέντε χρονογραφιῶν ἦλθεν εἰς ἡμᾶς ἐπ' ἀκριβὲς πεπονημένα σπουδάσματα· ἐν οἷς φησὶν ἑαυτὸν πορείαν στείλασθαι ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, διὰ πολλὴν τοῦ Ἡρακλᾶ φήμην.

Interprete Valesio.

Ejusdem Africani quinque de Chronographia libri accuratissime compositi ad nos etiam pervenerunt. In quibus se Alexandriam profectum esse testatur, ob maximam omnium famam atque existimationem de Heracla.

LV.

Ex Libro Quinto.

Ἡμεῖς γὰρ οἱ κᾀκείνων τῶν ῥημάτων τὸ μέτρον ἐπιστάμενοι, καὶ τῆς πίστεως οὐκ ἀγνοοῦντες τὴν χάριν, εὐχαριστοῦμεν τῷ παρασχομένῳ [n]τοῖς ἰδίοις ἡμῖν Πατρὶ τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· ᾧ ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλωσύνη, σὺν Ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Hæc laudat S. Basilius M. *De Spiritu Sancto,* cap. penult. §. 73. pag. 61. ed. Benedictin.

Nos enim qui et illorum verborum modum cognoscimus, neque ignoramus fidei gratiam, gratias agimus Patri, qui nobis propriis suis præbuit universorum servatorem ac Dominum nostrum Jesum Christum, cui gloria et majestas cum Sancto Spiritu in sæcula.

n Joan. xiii. 1.

LVI.

Ad finem Codicis MS. Chronici Eusebiani, qui in Collegio Mertonensi Oxonii servatur, hæc subjuncta leguntur. Hen. Dodwellus edidit.

ITEM SECUNDUM AFRICANUM,

Qui de temporibus et historiis Hebræorum et Græcorum et Persarum et Macedonum cum Alexandrinorum (for. ut infra, Alexandrinis), itemque Romanorum V. libris omnia complexus est. Ab Adam usque ad Cataclysmum Noe anni I̅ICCXLII. Item a Cataclysmo (addit Noe *Vallarsius*) usque ad Abraham et transmigrationem in terram Chanaan anni MXV. Habitatio omnis generis Israhel in terra Chanaan et in terra Ægypti anni CCCCXXX. Moyses in heremo anni XL. Hiesus Nave et qui post ipsum Presbyteri an. LV. Judicum, et sine principibus, et pacis tempore, anni CCCCXC. Sacerdotum et Judicum anni XC. Regum Hebræorum anni CCCCXC. Captivitatis et destructionis Hierusalem anni LXX. Persarum regnum (regum *Pontacus* et *Vallarsius*) anni CCXXX. Macedonum principatus cum Alexandrinis et Ptolemæis anni CCC. Et imperium Romanorum usque ad Salvatorem et resurrectionem ejus anni LXXIV. In se omnes anni in tempus supra scriptum anni V̅DCCXXVI. (V̅DXXVI.). Exinde ad imperium Alexandri, hoc est, Moricaviti, (*for.* Marci Aviti, vid. not.) qui, (et addit *Vallarsius Op. S. Hieronymi editor.*) Antoninus cognominatus est, anni CLXXXIV. Edidit hæc Henricus Dodwellus in *Dissert. de Rom. Pontif. Successione*, cap. vii. p. 98. *Pearsonii Operibus Posthum.* subjuncta. Postea ex Parmensi MS. Vallarsius edidit.

ANNOTATIONES

IN AFRICANI RELIQUIAS.

ANNOTATIONES

IN JULII AFRICANI AD ORIGENEM EPISTOLAM.

MONITUM.

Desumptum ex Caroli Delarue Monachi Benedictini Admonitione in Epistolam Africani de Susannæ Historia ad Origenem, atque in Origenis ad Africanum Responsum.

Hisce duabus scriptiunculis nihil fere est apud Veteres celebratius. Eusebius lib. vi. Hist. Eccl. cap. 31. ait: ἐπιστολὴ τούτου (Ἀφρικανοῦ) Ὠριγένει γραφεῖσα φέρεται, ἀποροῦντος ὡς ἂν νόθου καὶ πεπλασμένης οὔσης τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας· πρὸς ἣν Ὠριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα. *Hujus* (Africani) *exstat epistola ad Origenem scripta, in qua historiam Susannæ, quæ in Danielis libro legitur, spuriam et commentitiam esse suspicatur. Ad quam epistolam Origenes copiosissime respondit.* Rufinus in sua versione hæc pro more suo sic παραφράζει. *Per idem tempus erat etiam Africanus, vir in Scripturis ecclesiasticis nobilis. Hujus epistola fertur ad Origenem scripta, objicientis ei vel proponentis, quod historia Susannæ, quæ in Daniele scripta est, ficta videatur et aliena a scriptura prophetica. Cui Origenes magnificentissime rescribens,*

asserit nequaquam Judæorum commentis et fraudibus auscultandum ; sed hoc solum pro vero habendum in scripturis divinis, quod LXX Interpretes transtulissent : nam id esse solum, quod auctoritate Apostolica confirmatum sit. Ubi obiter notes Hieronymum non oblique perstringi qui Præfatione in Danielem ex Judæi persona loquens, Susannæ historiam commentum seu *fabulam* vocarat. Eusebio addendus est mox præfatus Hieronymus qui libro de Scriptor. Eccles. in Julio Africano ait : *Hujus est epistola ad Origenem super quæstione Susannæ, eo quod dicat in Hebræo hanc fabulam non haberi, nec convenire cum Hebraïca etymologia ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, contra quem doctam epistolam scribit Origenes.* His consentit Photius in Biblioth. cod. 34. Οὗτος (Ἀφρικανὸς) καὶ πρὸς Ὠριγένην γράφει περὶ τοῦ κατὰ Σωσάνναν διηγήματος, ὡς οὐκ ἦν αὐτὸ ἐν τοῖς Ἑβραϊκοῖς ἀνεγνωσμένον, καὶ ὡς οὐκ ἀκόλουθον τῇ Ἑβραϊκῇ ἐτυμολογίᾳ, οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, ἃ καὶ ἐπιλαβόμενος Ὠριγένης ἀντέγραψεν. Suidas in voce Ἀφρικανὸς, ait : κατὰ τούτου ἔγραψεν Ὠριγένης, ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου, τοῦ εἰς τὸν Δανιήλ. Idem in voce Σωσάννα. ὅτι κατὰ τοῦ Ἀφρικανοῦ Σεξτοῦ ἔγραψεν Ὠριγένης, ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου, τοῦ εἰς τὸν Δανιήλ. Bene quidem, nisi quod Julium Africanum cum Africano Sexto confundit, uti Josephus Scaliger nos monet in Animadv. Euseb. ad an. MMCCXXXVII. Freculphus in Chronic. tom. ii. lib. iii. cap. 8. *Hujus* (Africani) *est epistola ad Adamantium super quæstione Susannæ, eo quod dicat eam in Hebraïco fabulam haberi* (lege, *non haberi*) *nec convenire cum Hebraïco ; contra quam, epistolam doctam scripsit Adamantius.* Nicephorus Callistus lib. v. Hist. Eccl. cap. 21. Οὗτος δὲ (Ἀφρικανὸς) ἐπιστολὴν σχεδιάσας ἔπεμπεν Ὠριγένει, τὴν κατὰ Σωσάνναν παρὰ τῷ Δανιὴλ ἱστορίαν, ὡς ἂν νόθον τῆς γραφῆς ἀποσειόμενος σύγγραμμα· πρὸς ἣν Ὠριγένης ἀντιγράφων, δείκνυσι μὴ νόθον εἶναι, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον γνήσιον τῇ γραφῇ, καὶ πληρεστάτην πραγματευόμενον λυσιτέλειαν. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætat. 6. cap. 10. *Gordianus*, inquit, *imperavit annis sex. Hoc tempore Africanus Historicus fuit, qui scripsit ad Origenem unam epistolam de historia Susannæ.* Eam quoque inter opera Julii Africani refert Trithemius lib. de Scriptor. Eccles. *Ad Ori-*

genem, inquit, *de Susanna liber unus.* Denique utraque hæc epistola tam unanimi veterum testimonio asserta, pluribus insuper hodieque consignata reperitur MSS. codicibus, quorum duo præsertim venerandam præ se ferunt antiquitatem. Alter enim e Bibliotheca Coisliniana num. xxi. undecimo Ecclesiæ sæculo est exaratus; alter vero e Bibliotheca Regia num. 1892. scriptus est decimo tertio sæculo.

Certum est Origenem Nicomediæ hanc suam ad Africanum epistolam scripsisse; cumque bis in Græciam iter instituerit, primum anno 228. secundum autem duodecim post annos, alterutro itinere Nicomediam petiisse, et inde epistolam dedisse videtur. Huetius secundo itineri id tribuit. Certe in hac epistola Africano narrat Origenes, se ingenti labore Hebraïci textus et LXX Interpretum varias lectiones, facta utriusque collatione collegisse, eaque de causa varias omnes editiones examinavisse. Quod si Hexapla sua indicare voluit quibus edendis manum admovit postquam sextam editionem, Epiphanio teste, anno Alexandri Severi septimo, id est Christi 228. reperit, non potuisse videtur hoc eodem anno tam arduum tamque immensum opus Hexaplorum concinnasse et edidisse. Melius ergo epistola ad Africanum ad secundum in Græciam iter remittitur. Tillemontius non censet in hac epistola Hexapla indicari, sed Tetrapla quæ opinatur adornari potuisse ante annum 228. At vero in hac epistola de LXX. cum obelis et asteriscis editione loquitur Origenes num. 4. καὶ ἄλλα δέ ἐστιν, inquit, εὑρεῖν ἐν τῇ γενέσει οἷς σημεῖα παρεθήκαμεν, τοὺς καλουμένους παρ' Ἕλλησιν ὀβελοὺς, ἵν' ἡμῖν γνώριμον ᾖ τὸ τοιοῦτον· ὡς πάλιν ἀστερίσκους, τοῖς κειμένοις μὲν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, παρ' ἡμῖν δὲ μὴ εὑρισκομένοις. *Alia quoque in Genesi reperire est, quibus signa apposuimus, verua a Græcis dicta, ut nobis ejusmodi loca innotescant: sicut rursus obeliscos, iis quæ in Hebræo quidem exstant, apud nos autem non inveniuntur.* Quod autem in Tetraplis editionem LXX. non emendaverit Origenes, sed iis manum medicam obelorum et astericorum usu postea admoverit, nempe cum Hexapla et Octapla adornaret, invicte probat R. P. Domnus Bernardus de Montfaucon in Præliminaribus suis ad Hexapla pag. 10. et pag. 38. Non ergo solum post Tetraplorum, sed etiam post Hexaplorum editionem et ad secundum Origenis iter in Græciam epistola ad Afri-

canum remittitur. Quod autem objicit sibi Tillemontius ex epistola Africani, ubi Origenem ille filium appellat, non tanti esse momenti videtur; nam verisimile est ideo filium Origenem fuisse nuncupatum, quia longe minor ætate erat: quæ ratio tam in primo, quam in secundo ejus itinere par haud dubie erat. Nec desunt exempla quibus id confirmetur: Eusebius enim Vercellensis Dionysium Mediolanensem episcopum, ætate jam maturum dignitateque conspicuum, se tamen juniorem, filium compellare solebat. Hæc DELARUÆUS; tum confutare pergit Wetstenium Origenianæ epistolæ primum editorem, qui censuerat, non eo spectare Origenis argumenta, ut ἀποκοπὴ *Susannæ* pro canonica, θεοπνεύστῳ, veraque et genuina libri Danielis parte recipiatur, sed tantum ut pro vera utilique, ac proinde inter pios et sacros libros legenda historia habeatur.

Idem Carolus Delarue in Præfatione ad Origenis Opera *anno* 1733. *Parisiis ab eo edita* tom. I. pag. vi.

Quod ad varias spectat ἀμοιβαίων Africani et Origenis epistolarum editiones; utramque primus Latine tantum edidit Leo Castrius hispanus, præfixitque suis in Isaiam prophetam commentariis Salmanticæ vulgatis anno 1570. Utramque deinde Gilbertus Genebrardus anno 1574. editionis suæ (Origenis) tomo secundo inseruit, Gentiano Herveto Aurelianensi, et canonico Rhemensi interprete ex codice manuscripto Guillelmi Sirleti cardinalis. Postea Africani ad Origenem epistola integra cum initio responsi Origenis ad Africanum Græce dumtaxat edita est Augustæ Vindelicorum anno 1602. cura Davidis Hœschelii post Adriani Isagogen sacrarum Scripturarum, et Hesychii presbyteri Jerosolymitani στιχηρὸν in Esaiam et duodecim Prophetas. Responsi Origenis ad Africanum fragmentum alterum Græce item edidit Patricius Junius Londini anno 1637. post catenam Græcorum Patrum in Job. Denique utramque epistolam simul Græce et Latine una cum Dialogo contra Marcionitas, et Origenis exhortatione ad Martyrium Basileæ anno 1674. in lucem edidit Joannes Rodolphus Wetsthenius, oratoriæ artis in ejusdem urbis academia professor. DELARUE.

Quæ supra allata sunt Carolo Delarue debentur. Utile

autem, superfluum enim haudquaquam erit, si de fontibus textus epistolæ hujus, quam editurus sum, plus aliquid hic subjungam. Primum in hoc genere sistit se Leonis Castri Versio Latina, deinde Cardinalis Sirleti Codex MStus Græcus, ex quo priorem quidem interpretationem suam confecit Gentianus Hervetus ad Genebrardum Origenis editorem transmissam; nam postea secundam versionem multis locis variantem idem vir doctus composuit, itidem a Genebrardo in editione sua Latina Origenis repositam. In hac autem posteriore Versione contexenda aliis quibusdam scriptis usum fuisse dicerem Hervetum. Sequitur Hœschelii editio Græci contextus, ex codice A. Schotti desumpta. Post edidit textum ex MSto patris sui Wetstenius. Novissime Delaruæus duobus usus est codicibus Coisliniano atque Regio. Nunc denique mihi in consilium adhibere licuit alia duo non vetustissima scripta, unum Bodleianum, alterum apud Cantabrigienses in Collegio SS. Trinitatis servatum, quod quidem mihi utendum benevole transcripsit vir eleganti ingenio Henricus Kett, Oxoniensis, qui alia præterea ad promovendum hocce opus prius contulerat. Neque in hac parte negligenda erant Africani verba, quæ Origenes in *Responso* repetivit. Utramque autem epistolam, tam illam Origenis, quam hanc, de qua agimus, Africani typis excudendam curavit post exemplar Delaruanum, una cum ejusdem editoris annotationibus, Gallandius in tomo ii. *Bibliothecæ* suæ *PP.*

P. 225. l. 8. Χαῖρε Κύριέ μου καὶ υἱέ] *Have, mi Domine, fili carissime.* Ita pridem scripserat Marcus Cornelius Fronto Arrium Antoninum compellans in Epistola ad eundem. *Reliquiar. Frontonis,* edit. Niebuhr. p. 218.

Ibid. πάντα τιμιώτατε] Hoc ex *Hœschelii editione* quæ princeps est, pro πάντων τ. restitui; *MSS. Bodl.* et *Coll. Trin. Cantabrigiæ* firmantibus, quibuscum consentit *Herveti Versio Posterior.* In hunc vero modum Acacius et Paulus Epiphanium compellant, τῷ Κυρίῳ μου καὶ τιμιωτάτῳ κατὰ πάντα, εὐλαβεστάτῳ πατρὶ Ἐπιφανίῳ ἐπισκόπῳ. Epistolâ *Panario S. Epiphanii* præmissâ. Latini formulam in epistolis imitati sunt. Hoc vero obiter referendum est, *Leonis Castrii Interpretationem* inscriptionem epistolæ Africani non præstare.

Ibid. l. 10. τὸν ἀγνώμονα] Sixtus Senensis videtur legisse

εὐγνώμονα: vertit enim lib. v. Bibl. annot. 205. *cum haberes disputationem cum amico illo tuo.* Fortassis autem non verbum e verbo reddidit, sed ad mentem Origenis qui in responsione ad Africanum, eum quicum disputavit, vocat Bassum amicum suum: ἔφασκες ὅτι ἡνίκα διελεγόμην τῷ ἑταίρῳ ἡμῶν Βάσσῳ. Omnes MSS. aperte habent non εὐγνώμονα, sed ἀγνώμονα. Tillemontius conjicit non esse Bassi alterum nomen, sed merum ἐπίθετον, quo vel stultus vel ingratus vocatur, quod non diu post habitam hancce disputationem a veritate et ab Origenis amicitia desciverit. Sed si a veritate et ab Origenis amicitia desciverat Bassus, ideoque ἀγνώμων dicitur ab Africano, cur illum Origenes in responsione vocat amicum suum? Quam ob rem alii quibus non fit verisimile hæreticum hominem amici nomine ab Origene vocari, responsionis ejus verba τῷ ἑταίρῳ ἡμῶν Βάσσῳ mutant in ista: τῷ ἑτερογνώμονι Βάσσῳ. Alii sive legatur ἀγνώμονα, sive εὐγνώμονα, Bassi nomen alterum esse arbitrantur. Quis vero Bassus iste fuerit, certo nequit affirmari. Origenes in Epistola *ad quosdam charos suos in Alexandria* hæc habet: *Quidam auctor hæreseos cum sub præsentia multorum habita inter nos fuisset disputatio, et descriptum accipiens ab his qui descripserant codicem, quæ voluit, addidit, et quæ noluit, abstulit, et quod ei visum est, permutavit: circumferens tanquam ex nomine nostro, insultans, et ostendens ea quæ ipse conscripsit. Pro quibus indignantes fratres qui in Palæstina sunt, miserunt ad me Athenas hominem qui acciperet a me ipsum authenticum exemplar.* Atqui disputatio Origenis cum Basso habita etiam fuisse videtur in Palæstina ubi commorabatur Africanus qui ei interfuit. Conjici ergo potest Bassum esse illum hæreseos auctorem de quo queritur Adamantius in supra memorata epistola, sed mera erit conjectura. Idem sentiendum de Caio Basso quem Philastrius de Hæres. p. 19. inter hæreticos Valentinianos numerat. Illum enim etsi Philastrius inter eos ponit qui Cerdonem præcesserunt, eodem tempore adjungit Heracleoni, Marco, et aliis Valentinianis qui Cerdone mortuo vixerunt. Quamobrem nihil obstat quominus idem habeatur ac ille Bassus quicum disputavit Origenes. Valentinianorum omnium communis error erat esse homines naturâ bonos aut malos. Hunc errorem passim confutat Adamantius et interdum utitur historiæ

Susannæ versu 56. Sic tom. 20. in Johan. non longe ab initio ait: ὡς δέ εἰσί τινες σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ, οὕτως ἄλλοι, ὡς ὁ Δανιὴλ φησι, σπέρμα τοῦ Χαναὰν καὶ οὐκ Ἰούδα. Delarue. *MS.* quidem *Bodl.* in Epistola Origenis ad Africanum ἑτέρῳ ἡμῖν pro ἑταίρῳ ἡμῶν posuit, sed frustra. Attamen propter dissensum ejus de re quapiam ab Origene Bassum illum ἀγνώμονα appellare Africanus videtur. Ceterum notandum est, Interpretationem epistolæ Africani, quam Sixtus Senensis in *Bibliotheca Sancta* sua reposuit, priorem illam esse ex duabus, quas composuerat Hervetus.

P. 225. l. 11. ὡς ἔπρεπεν, ἠσπασάμην τότε] Nimirum ex reverentia erga Origenem suum, ne disputatio sine necessaria causa interpellaretur. Perperam enim, ni fallor, Delaruæus dixit in *Admonitione* pag. 8. scripsisse Africanum, se, cum Origenem in dialogo cum Agnomone (ita enim quasi proprium nomen fuerit, tam ille, quam Wetstenius, illud Latine vertit) audiisset historiam Susannæ tanquam veram libri Danielis partem commemorantem, primum putasse rem istam ita se habere. Sed de ipso quoque Origene affirmat Joan. Frickius, in *Comment. De Cura Eccles. Vet. Circa Canonem S. Scripturæ*, quidquid ille pro historia Susannæ senserit, et ad Africanum scriptum protulerit, privati hominis fuisse, cum nusquam ille respondeat, se cum ecclesia sentire ita, et opinari; cap. ii. §. 9. pag. 52. *Frickii Meletematum Var.* At vero de hoc libello, qui in versione τῶν ό. extabat, commentatum fuisse alium scriptorem S. Hippolytum video, tanquam si liber sacer fuerit et θεόπνευστος, dum Commentarius Hippolyti non tantum a Combefisio sed et a Fabricio tanquam germanus editus est. Hippolytus autem Origenis et Julii Africani æqualis fuit. Immo nunc liquet mihi ex ipsius Origenis verbis receptum ab eo esse tanquam Scripturæ Divinæ partem Susannæ Librum. Vide Lumperi *Hist. Theologico-Crit.* vol. VII. p. 91.

Ibid. l. 14. ἄλλως σύγγραμμα, νεωτερικὸν δὲ] Sic recte codex Regius. Wetsthenius vero: ἄλλως σύγγραμμα, ἀλλὰ σύγγραμμα νεωτερικὸν δὲ, &c. nec aliter legit Hœschelius. Delar. At *Hœschelius* habet ἄλλως τε γράμμα· ἀλλὰ σύγγραμμα, tum vero particulam δὲ post vocem νεωτερικὸν omittit, quocum consentiunt *Herveti Versio Prior*, atque *MSS. Bodl.* et *Trin.*

P. 226. l. 3. πρῶτον οὖν ὅτι Δανιὴλ] Addidit ex codicibus

suis, ut videtur, Delaruæus post πρῶτον particulam οὖν, quam ceteri nesciunt. Fortasse ὅτι hoc loco pro ἰστέον ὅτι ἐλλειπτικῶς adhibetur.

P. 226. l. 5. ἀλλ' οὐκ ἐπιπνοίᾳ προφητικῇ] Ita cum inferiorem prophetiæ gradum Danieli tribuerent recentiores quidem Judæi, scripta ejus tertio ordini divinarum scripturarum, sive Hagiographis, adscribere soliti sunt.

Ibid. l. 7. αὐτοὺς ἀπελέγχει] Cum nihil, quo referatur αὐτοὺς, antecedat, αἰτίους *nocentes* pro αὐτοὺς, reponere velim. Habes apud *Susannam* com. 53. τοὺς μὲν ἀθώους κατακρίνων, ἀπολύων δὲ τοὺς αἰτίους.

Ibid. l. 8. Φιλιστίωνος μῖμος] Genuina certe est hujus loci lectio (Φιλιστίων ὁ μῖμος, quod Delaruæus in textu posuit) quamvis Hœschelius habeat, Φιλιστίωνος μῖμος. Nam vox μῖμος aut actorem fabulæ, aut fabulam ipsam significat. Cum de actore Philistione agitur, ut hoc loco, necessario scribendum est Φιλιστίων ὁ μῖμος: cum autem de Philistionis fabula, ὁ Φιλιστίωνος μῖμος. Hoc posteriori sensu Hieronymus lib. ii. adversus Rufinum accipit *mimum Philistionis vel Lentuli, ac Marulli stropham*, nec aliter accipit infra Origenes cum duarum meretricum historiam ait pari jure ab Africano comparari potuisse τῷ Φιλιστίωνος μίμῳ. Verum priori sensu hoc loco sumit Africanus vocem μῖμος, et infra Origenes cum ait: ὡς οὐδὲ Φιλιστίων ὁ μῖμος ἐχρήσατο ἀναπλάσας τὸ συγγραμμάτιον, ubi proculdubio non de fabula Philistionis, sed de ipsomet Philistione mimo agitur. Scaliger ad Euseb. n. MMXXII. quis fuerit hic Philistion, disquirit. Delar. In Origenis loco a Delaruæo posterius laudato habet Wetstenius quidem Φιλιστίων ὁ μῖμος, sed Hœschelius, qui hanc particulam epistolæ Origenis primus edidit, ὡς οὐδὲ ὁ Φιλιστίωνος μῖμος præbet. Pag. quoque 24. ed. Delaruan. ubi ipsa Africani verba ab Origene plenius adducta sunt, Wetstenius, qui primus Græca lingua totam Origenis edidit epistolam, eandem præstat scripturam, οὐδ' ὡς Φιλιστίωνος μῖμος, ubi in *MS. Bodl.* scribitur οὐδ' ὡς ὁ Φιλιστίωνος μῖμος. Posuit autem hîc quoque Delaruæus, ὡς οὐδὲ Φιλιστίων ὁ μῖμος. Origenes vero, ut monuit et ipse Delaruæus, proxime post Africani verba allata, hæc habet, ὥρα γὰρ παραβάλλειν ἄλλο τούτῳ παραπλήσιον εἰρημένον ἐν τῇ τρίτῃ τῶν βασιλειῶν, ὅπερ καὶ αὐτὸς ὁμολογήσεις ὑγιῶς ἀναγεγράφθαι,

τῷ Φιλιστίωνος μίμῳ, atque itidem paulo post. Porro in epistolæ Africani loco, de quo agimus, cum *Hœschelio* faciunt *Herveti Versio Posterior*, *MSSti*que *Bodl.* et *Coll. Trin.* ad oram tamen *codicis Trin.* lectio altera Φιλιστίων ὁ μῖμος amplectenda proponitur. Atque eandem quidem exhibet tam Wetstenii MS. quam editio, ipso tamen Wetstenio eam improbante, tum vero editio Delaruæana una cum Leonis Castrii versione, Hervetique illa priore. Sed res aliter statuenda mihi quidem videtur; nec quidquam hoc loco moveri debuisse censeo præter illud οὐδὲ, quod cum οὐδ' ὁ mutavi. Etenim apud Epiphanium habes, ταῦτα πάντα ἐπὶ τῆς τοῦ Φιλιστίωνος μιμολογίας (*tanquam Philistionis Mimos ageret*, vertit Petavius) ὁ ἀπατεὼν (Simon Magus) τὰ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου εἰρημένα—εἰς χλεύην λοιπὸν, καὶ οὐδὲν ἕτερον μεταστρέφων. *Hær.* xxi. n. 23. p. 57. ed. Petavii.

P. 226. l. 10. ἑκάτερον αὐτῶν] Addit αὐτῶν, quod nunc recepi, *Origenes* Africani verba referens in *Responso.* Idemque oræ *MSti Bodl.* in epistola Africani adpositum est.

Ibid. ποῦ] Hoc ex *Origene* et *Margine ejusdem MSti Bodl.* pro οὗ reposui.

Ibid. l. 16. ἐν δὲ τῇ Ἑβραΐδι &c.] Hieronymus tom. I. novæ edit. Præfat. in Danielem pag. 990. *Audivi ego*, inquit, *quemdam de præceptoribus Judæorum, quum Susannæ derideret historiam, et a Græco nescio quo diceret esse confictam: illud opponere quod Origeni quoque Africanus opposuit, etymologias has* ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, *de Græco sermone descendere. Cujus rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare: ut verbi gratia dicamus ab arbore ilice dixisse eum, ilico pereas: et a lentisco, in lentem te comminuat Angelus: vel non lente pereas: aut lentus, id est flexibilis ducaris ad mortem; sive aliud quid ad arboris nomen conveniens.* Idem objiciebat Porphyrius teste eodem Hieronymo præfatione ad explanationem in Danielem. *Sed et hoc nosse debemus inter cætera, Porphyrium de Danielis libro nobis objicere, idcirco illum apparere confictum, nec haberi apud Hebræos, sed Græci sermonis esse commentum, quia in Susannæ fabula contineatur, dicente Daniele ad Presbyteros,* ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, *quam etymologiam magis Græco sermoni convenire, quam Hebræo. Cui et Eusebius et Apollinarius pari sententia*

responderunt, Susannæ Belisque ac Draconis fabulas non contineri in Hebraico, sed partem esse Prophetiæ Habacuc filii Jesu de tribu Levi: Sicut juxta LXX. Interpretes in titulo ejusdem Belis fabulæ ponitur: Homo quidam erat sacerdos nomine Daniel, filius Abda; conviva regis Babylonis; *quum Danielem et tres pueros de tribu Juda fuisse sancta Scriptura testetur.* An vero solida fuerit Eusebii et Apollinarii responsio, infra disquiritur. (Scil. in notis ad Origenem.) Delar. Super hac paronomasia de sua defensione aliquid remittens ipse quoque Origenes haud male statuit in lib. x. *Stromatum,* prout ab Hieronymo *Comment. in Dan.* cap. xiii. adductus est; nisi si hæc magis ab Hieronymo ipso addita fuisse existimari debeant: *Quia Hebræi reprobant historiam Susannæ, dicentes eam in Danielis volumine non haberi, debemus inquirere nomina* σχίνου καὶ πρίνου *quæ Latini* ilicem, et lentiscum, *interpretantur, si sint apud Hebræos, et quam habeant etymologiam, ut a* σχίνω scissio, *et a* πρίνω sectio, *sive serratio dicatur lingua eorum. Quod si non fuerit inventum, necessitate cogemur et nos eorum acquiescere sententiæ, qui Græci tantum sermonis hanc volunt esse* περικοπὴν, *quæ Græcam habeat tantum etymologiam, et Hebraïcam non habeat. Quod si quis ostenderit, duarum istarum arborum scissionis et sectionis in Hebræo stare etymologiam: tunc poterimus etiam hanc scripturam recipere.* Hæc ille. Et profitetur quidem ipse Origenes in *Responso ad Africanum* §. 6. vereri se hoc dicere, utrum apud Hebræos quoque eadem agnominatio servetur, necne. Sed postea in §. 12. nil mirum esse ait, id curæ fuisse libelli interpretibus Græcis, ut invenirent paronomasiam aliquam, aut consonam Hebræo, aut quæ cum consono Hebræo analogiam servaret; hoc est, prout deinceps scribit, interpretibus vel proprie reddentibus verba, vel excogitantibus, quod cum paronomasia Hebræa analogiam haberet, ut a Græcis intelligerentur. Ita Origenes; verum, etiamsi Hebræi natales hujus opusculi comprobarentur, non statim inde fieret, fatebuntur omnes, ἐκ τῶν ἐνδιαθετῶν.

Ibid. l. 18. φέρεται] Hœschelius: φέρεται παρὰ Ἰουδαίοις, εἶτα αἰχμάλωτοι ὄντες. At codex Regius et Wetsthenianus, ut in nostro textu. Delar. *Hœschelianæ* lectioni suffragatur *Herveti Versio Posterior* cum *MSS. Bodl.* et *Trin.* *Leo*

autem *Castrius* alteram, quæ verior est, lectionem invenisse videtur.

P. 227. l. 2. ἠστραγαλωμένοι] Omnes cum editi tum scripti, quos vidi, libri non tantum hoc Africani loco, sed etiam apud Origenem in *Responso* §. 13. Africani verba repetentem, ἀστραγαλώμενοι habent. Primus edidit Delaruæus ἠστραγαλωμένοι. Is autem ad Origenis locum hæc annotavit, omnia fere ad verbum ex Wetstenii notis, quod quidem et alibi fecit, mutuatus. "Wetsthenii codex ἀστραγαλώμενοι. Notum est "ἀστράγαλον et ἀστραγαλίζω, *Talos*, et *lusum Talorum* significare. Notum etiam, tempore captivitatis, Judæos tanquam abjectissima mancipia habitos, modo *sortibus jactis*, "modo *pro vino* distractos fuisse. Vide Joel iii. 3. et Abdiam. ver. 11. Ergo participium istud ἠστραγαλωμένοι non "male videtur verti posse: *Talorum lusu distracti*. Verumtamen licet τὸ, ἠστραγαλωμένοι, constanter legatur tum "apud Africanum, tum apud Origenem, dubitandi locus est, "ut monet Wetsthenius, an potius legendum sit ἐστραγγαλωμένοι. Africani enim verba Origenes paulo infra diserte "refert ad Tobiam, at Tobiæ cap. ii. ver. 3. tam in Aldi "quam in aliis editis libris legitur: εἷς ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν "ἐστραγγαλωμένος ἔῤῥιπται ἐν τῇ ἀγορᾷ. *Quidam de genere* "*nostro*. Vet. Interp. Latin. *jugulatus*, Vulgat. *præfocatus*, "Xantes Pagninus, *strangulatus projectus est in foro*. Vox "tamen, ἠστραγαλωμένοι, nobis videtur retinenda, tum quia "altera ἐστραγγαλωμένος semel tantum occurrit in Tobia, nec "alibi legitur in Bibliis, tum quia sortis abjectissimæ argumentum est *lusu talorum* distrahi et post mortem *insepultum in foro jacere*." Joeli quidem verba hæc sunt, Καὶ ἐπὶ τὸν λαόν μου ἔβαλον κλήρους, καὶ ἔδωκαν τὰ παιδάρια πορναῖς, καὶ τὰ κορασία ἐπώλουν ἀντὶ τοῦ οἴνου, καὶ ἔπινον. Vix autem dubito, rationibus nihil obstantibus, quæ adductæ sint, quin ἐστραγγαλωμένοι Africanus scripserit proposito sibi *Tobiæ* loco, etsi ibi de tribuum decem captivitate agatur. Neque hoc omittendum est, veterem interpretem *Leonem Castrium* ita vertisse, *cumque quotidie per omnia cruciamenta necarentur*. Sed et Herveti Versionum *prior*, *jugulati* habet, *posterior*, *vexabantur*.

Ibid. l. 3. ἄταφοι] Hœschelius omisit ἄταφοι. Delar.

Nesciunt *MSS.* quoque *Bodl.* et *Trin.* Sed vox reposita est ad eorundem oras; eademque apud *Origenem* Africani locum repetentem in *Bodleiano* saltem *codice* extat.

Ibid. *ἐν τῇ προτέρᾳ αἰχμαλωσίᾳ*] Significare Africanus videtur Israelis captivitatem, quæ ante Judæ illas contigit. Respicit enim, ut dixi, ad Tobiæ verba, quibus captivitas decem tribuum describitur. Danielis vero deportationem tribus Judæ captivitati secundæ in Chronico suo Africanus disertis verbis attribuit. Vide Num. XLII. et notam ibidem. Atque opinatus esse videtur, hunc Joacimum posse regem esse, sub quo evenerit secunda Judæ captivitas.

Ibid. l. 4. *ἱστορεῖται*] Hoc prætuli τῷ *ἱστόρηται*, suffragantibus *Hœschelio, MS. utroque,* Hervetique *Versionibus.* Aliter *ceteri libri Origenis*que *epistola.* Proxime post *αὐτῶν* pro *αὐτοῖς Hœschel. iidem*que *MSS.* Sed ad oram *cod. Bodl. αὐτοῖς* repositum est.

Ibid. l. 6. *οἱ δέ τε καὶ περὶ θανάτου*] In *Delaruæi* atque *Wetstenii editt. οἱ δὲ περὶ θανάτου* hîc et apud Origenem extat. Cum vero in *MS. Coll. Trin. οἱ δέ τε καὶ περὶ θ.* hic scribatur, itidemque apud *Hœschel.* et in *MS. Bodl. εἰ* (*οἱ*) *δέ τε* (MS. Bodl. *τι*) *καὶ περὶ θ.* legendum putaverim *οἶδ' ἔτι καὶ περὶ θ.* *Margini* vero *cod. Bodl.* hæc notula addita est: "Deest ali-"quid. Herv. qui legit *ἄλλοι δέ τε κ. π. θ. ἐκρίνοντο.* sed hiulca "est oratio, nec sananda, nisi a libris melioribus." In Posteriori quidem Versione hæc posuit Hervetus, *Alii autem in judicio veniebant*, prius autem idem ille interpres verterat, *hi de morte ferunt judicium.* Nec multo aliter *Leo Castrius.*

Ibid. l. 7. *περὶ θανάτου ἔκρινον*] Eodem argumento deterrebantur plerique Judæorum ab hac recipienda historia, teste Hieronymo in Jerem. xxix. 22. *Unde*, inquit, *et a plerisque ac pene omnibus Hebræis ipsa quasi fabula non recipitur, nec legitur in synagogis eorum. Qui enim, inquiunt, fieri poterat, ut captivi lapidandi principes et prophetas suos haberent potestatem?* Delar. Argumento huic ita respondet in Epistola ad Africanum Origenes. Ἀλλὰ φῄς· πῶς περὶ θανάτου ἔκρινον ἐν αἰχμαλωσίᾳ τυγχάνοντες; οὐκ οἶδα πόθεν ἀμφιβάλλων τὸ βασιλέως εἶναι γυναῖκα διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τοῦ Ἰωακεὶμ τὴν Σωσάνναν. λεκτέον δ', ὅτι οὐδὲν παράδοξον, μεγάλων ἐθνῶν ὑποχειρίων γενομένων, πρὸς βασιλέως συγκεχωρῆσθαι τοῖς οἰκείοις νόμοις χρῆσθαι

τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ τοῖς δικαστηρίοις· καὶ νῦν γοῦν Ῥωμαίων βασιλευόντων, καὶ Ἰουδαίων τὸ δίδραχμον αὐτοῖς τελούντων, ὅσα συγχωροῦντος Καίσαρος ὁ Ἐθνάρχης παρ' αὐτοῖς δύναται· ὡς μηδὲν διαφέρειν βασιλεύοντος τοῦ ἔθνους· ἴσμεν, οἱ πεπειραμένοι. γίνεται δὲ καὶ κριτήρια λεληθότως κατὰ τὸν νόμον, καὶ καταδικάζονταί τινες τὴν ἐπὶ τῷ θανάτῳ· οὔτε μετὰ τῆς πάντη εἰς τοῦτο παῤῥησίας, οὔτε μετὰ τοῦ λανθάνειν τὸν βασιλεύοντα· καὶ τοῦτο ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ ἔθνους πολὺν διατρίψαντες χρόνον μεμαθήκαμεν καὶ πεπληροφορήμεθα. καίτοιγε ὑπὸ Ῥωμαίοις δύο φυλαὶ μόναι εἶναι ἱστόρηνται, ἥτε Ἰούδα καὶ Βενιαμήν· ἔστω δὲ καὶ Λευιτική· ὁ δὲ, παρὰ τὸν λαὸν Ἰούδα, Ἰσραὴλ δέκα ἦσαν φυλαί. καὶ εἰκὸς ἀρκεσθέντας τοὺς Ἀσσυρίους τῷ ὑποχειρίους αὐτοὺς ἔχειν, ἐπιτετραφέναι αὐτοῖς τὰ οἰκεῖα δικαστήρια. Hæc Origenes §. 14. p. 27. ed. Delaruan. Loca insuper veterum, illustrandæ rei causa ad Orig. pp. 228, 229. a Wetstenio allata, qui tamen auctoritatem libri Susannæ labefactare quam maxime studebat, valent ad probandum, lites forenses a Judæis ipsis diremptas fuisse in utraque captivitate, idque fatente Wetstenio ipso. Sed tamen iisdem publice concessum fuisse, ut capitalia judicia secundum legis Mosaicæ præscriptum exercerent, dum agerent Romanorum jugo subjecti, id nequaquam affirmat, immo rem aliter habuisse concedit etiam Origenes Alexandriæ urbis semi-judaicæ incola, potestatem Judaicis magistratibus permissam amplificans. Addam locum ex Archelao in Mesopotamia episcopo, qui vergente ad finem tertio hoc Christi sæculo floruit, de statu Judæorum hæc tradentem; *Nunc videmus,* inquit Archelaus, *regibus eos principibusque subjectos tributa pendere, nulla sibi potestate vel judicandi vel puniendi concessa, sicut Judas habuit, quia Thamar, posteaquam judicaverat, potuit justificare. Disput. cum Manete* a Zacagnio Romæ edita, cap. xliii. pag. 78. Hæc tamen non prohibent, quin aliqua ex parte majori libertate sub Babylonio atque Medico imperio Hebræus populus frui potuisset. Ita in S. Hippolyti Scholio quodam ad *Danielis* Prophetiam, seu potius ad librum *Susannæ Danieli* præfixum, quod haud ita pridem editum est a cl. Bandinio in *Catalogo* suo *Codd. MSS. Biblioth. Mediceæ*, pag. 21. cum hoc oppositum esset, *Πῶς αἰχμάλωτοι ὑπάρχοντες καὶ ὑπόδουλοι Βαβυλωνίοις γενόμενοι ἠδύναντο συνέρχεσθαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς αὐτεξούσιοι;* eidem re-

spondetur, Δεῖ νοεῖν ὅτι (ὅτε legend.) μετῴκισεν αὐτοὺς Ναβουχοδονόσορ, φιλανθρώπως ἐπεχρήσατο, καὶ ἐπέτρεψεν ὁμοῦ συνερχομένους πάντα τὰ κατὰ τὸν νόμον πράττειν. Istæc vero, quod memoriam meam fugerat, extant in S. Hippolyti *Interpretatione Danielis et Susannæ*, quam diu ante Combefisius, denuo autem in *S. Hippolyti Operibus* pag. 274. Fabricius edidit, sed a codice Medicæo aliquanto variantia. Et revera leniorem solito hanc captivitatem expertos fuisse Judæos, satis ostendit Bristoliensis episcopus Thomas Newtonus *Dissert. De Prophetiis*, vol. I. num. iv. §. 11. p. 15. Denique res ita comparata fuisse potest, quemadmodum supra innuit Origenes, ut tantum connivente, non plene approbante populo victore, Judæi judicia sua capitalia ex præscripto legis exercere permitterentur.

P. 227. l. 7. τῇ βασιλέως αὐτῶν γενομένου γυναικὶ Ἰωακεὶμ] Legere malim τὴν τοῦ βασιλέως γενομένην γυναῖκα Ἰωακεὶμ, Origenem partim secutus, qui Africani verbis adductis articulum τοῦ ante βασιλέως addit, et perinde ac *MSS. Bodl.* et *Trin.* γενομένῃ pro γενομένου scribit. Ad hæc apud Africanum γενομένῃ Hœschelius primus editor habet.

Ibid. l. 8. Ἰωακεὶμ] Georgius Syncellus in *Chronograph.* pag. 218. Ὁ ἱερὸς Ἱππόλυτος ἐν τῷ κατὰ τὴν Σωσάνναν καὶ τὸν Δανιὴλ γράμματι τρία ἔτη λέγει τὸν υἱὸν Ἰωακεὶμ Ἰωαχεὶμ, τὸν καὶ Ἰεχονίαν, μετὰ τὸν πατέρα κρατήσαντα μετακομισθῆναι (hoc reposuit Wetstenius pro μετακοισθῆναι, sed legendum est μετοικισθῆναι, quemadmodum nunc video Fabricium posuisse in edit. sua *S. Hippolyti*, pag. 272.) εἰς Βαβυλῶνα σὺν τοῖς λοιποῖς, ὡς πρόκειται, τὸν δὲ Δανιὴλ καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας τῆς παρούσης αἰχμαλωσίας λέγει· τοῦτον δὲ λέγει καὶ τῆς Σωσάννης ἄνδρα εἶναι· καὶ πιθανὸς ὁ λόγος, τὴν δὲ Σωσάνναν Χελκίου τοῦ ἀρχιερέως θυγατέρα εἶναι βεβαιοῦνται τοῦ εὑρόντος ἐπὶ Ἰωσίου τὸ βιβλίον. Ταύτης ἀδελφὸς Ἱερεμίας, ὥς φασιν, καὶ εἰκότως. ἐκ τούτων λέγει γεννηθῆναι τὸν Ἰεχονίαν, οὗ μέμνηται ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος. *Sacer Hippolytus, edito de Susanna et Daniele opere, Joachim, alio nomine Jechoniam, tres annos, patre Joacim amoto, regnum moderantem, in Babylonem cum reliquis, ut præmissum est, translatum asseverat: Danielem vero ac tres pueros captivitatis hujus consortes: cumque Susannæ conjugem scribit: nec aliena est a veritate sententia. Susannam*

quoque Chelciæ pontificis, qui sub Josia legis reperit librum, filiam, affirmant. Hieremiam Susannæ fratrem asserunt, et merito. Ex eis porro Jechoniam, cujus divinus evangelista Matthæus meminit, natum dicit, &c. Sed errare *Hippolytum* docet nos illustris Scaliger, in *Emend. Eusebianis*, pag. 80. dum ex mensibus facit annos, et Danielem cum Joachim, non vero cum Joachin, abductum putat, contra SS. literarum fidem: unde, quid de reliquis sit sentiendum, facile est judicare. Wetsten.

P. 227. l. 10. *ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς*] Articulum *τῶν* ex *edit. Hœschel.* atque *MS. Coll. Trin.* revocavi. *ὁ* Βαβυλώνιος *β. Origenes editus* verba Africani repetens, ubi tamen *MS. Origenis Bodl.* Βαβυλωνίων exhibet.

Ibid. l. 11. *πόθεν τοιαύτη κατάλυσις—καὶ παράδεισος ἀμφιλαφὴς*] Captivis Judæis hæc præcipit Jeremias cap. xxix. comm. 5. *Οἰκοδομήσατε οἴκους καὶ κατοικήσατε, καὶ φυτεύσατε παραδείσους, καὶ φάγετε τοὺς καρποὺς αὐτῶν.* Porro Origenes huic Africani argumento respondet res secundas commemorans divitiasque magnas nonnullorum captivorum, qui in Babylonica captivitate abducti fuissent, idque satis feliciter.

Ibid. l. 13. *πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων* &c.] Hœschelius: *πρὸς δὲ τούτοις ἅπασιν, ἥδε ἡ περικοπὴ σὺν ἄλλοις δυσὶ ταῖς ἐπὶ τῷ τέλει τῷ παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰλημμένῳ Δανιὴλ οὐκ ἐμφέρεται.* Wetsthenius *πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων, ἥδε ἡ περικοπὴ σὺν ἄλλαις δύο ταῖς ἐπὶ τῷ τέλει τῶν παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰλημμένων Δ. οὐκ ἐμφέρεται.* Codex Regius ut in nostro textu. Porro Susannæ historiam in Hebræo non haberi, in responso concedit Origenes, et tractatu 31. in Matthæum. *Usi sumus in hoc loco Danielis exemplo, non ignorantes, quoniam in Hebræo positum non est, sed quoniam in ecclesiis tenetur.* Hieronymus sæpius idem inculcat, et maxime Præfat. Explanat. in Danielem: *Nos*, inquit, *ante annos plurimos, cum verteremus Danielem, has visiones obelo prænotavimus, significantes, eas in Hebraïco non haberi: et miror quosdam μεμψιμοίρους indignari mihi, quasi ego decurtaverim librum, cum et Origenes et Eusebius, et Apollinarius, aliique ecclesiastici viri et doctores Græciæ has, ut dixi, visiones non haberi apud Hebræos fateantur. Nec se debere respondere Porphyrio pro his quæ nullam Scripturæ sanctæ auctoritatem præbeant.* Vide ejusdem præfationem in versio-

nem suam Danielis. Denique ipse Origenes infra in fragmento libri decimi Stromatum ait: *Hebræi reprobant historiam Susannæ, dicentes eam in Danielis volumine non haberi.* Hieronymus iterum præfat. in Danielem: *Apud Hebræos* (Daniel) *nec Susannæ habes historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis Draconisque fabulas.* (pericopas ab Africano significatas.) Vide ibidem paulo post quibus cavillationibus eas perfundat quidam de præceptoribus Judæorum. DELAR. Concordant cum *Hæschelio MSS. Bodl.* et *Trin. Herveti*que *Versio Posterior.* Ceterum Origenes in Fragmento illo lib. x. *Stromatum*, quale ab Hieronymo præstitum est in *Comm. in Danielem*, ἐνστάσει cuidam suæ ita respondet; *Solcet facile qui hanc historiam* (Belis et Draconis) *in libro Danielis apud Hebræos dixerit non haberi. Si quis autem potuerit eam approbare esse de canone, tunc quærendum est, quid ei respondere debeamus.* p. 40. ed. Delaruan *Op. Origenis.* Vid. supra pag. 321.

Ibid. l. 16. ἑξῆς οὐδεὶς &c.] Origenes in responso Africani verba aliter refert: τῶντε ἑξῆς οὐδεὶς ἕτερος ἑτέρου κέχρηται ῥητῷ νοήματι. DELAR. Nisi construendum erit ἑξῆς cum antecedentibus, legendum mihi videtur τῶν ἑξῆς, cumque vulgo abesset ἕτερος, hoc ibidem ex *Origene* addendum. Wetstenius autem scribendum monuit ἑτέρων κέχρηται ῥητῶν pro ἐστιν ἑτέρου κεχρημένος ῥητῷ, sed frustra, etsi lectio extat in MStis nostris *Bodl.* et *Coll. Trin.* immo ipse vir cl. ad Origenis locum ait, nos legere debere ῥητῷ pro ῥητῶν quod habebat *MS.* Ad hæc firmant lectionem receptam interpretes, præterquam quod scriptam invenit, aut certe scribendam censuit, *Leo Castrius* particulam ἢ ante νοήματι. In verbis superioribus ante προωδοιπορηκότων præfixerunt articulum τῶν *Hœschel.* atque *MSS. nostri*, sed nisi totus locus, quod vix fieri oportet, refingatur, haud commode τῶν præponetur. Ceterum plene satisfacit huic quidem Africani argumento Origenes, adducto ex S. Scriptura consimili jam dictorum apud prophetas usu.

P. 228. l. 3. τούτων] Abest ab *Hœschel. MSStis*que *Bodl.* et *Coll. Trin.* In superioribus habet σε post ὑπομιμνήσκει *Origenes.*

Ibid. προσκεῖσθαι] Hoc est, *adscitum fuisse.* Severus Antioch. seu alius quis, *Concordant. Evangelist. de Sepultura*

Domini finem versus. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀκριβεστέροις τῶν ἀντιγράφων, τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον μέχρι τοῦ, ἐφοβοῦντο γὰρ, ἔχει τὸ τέλος· ἐν δέ τισι ΠΡΟΣΚΕΙΤΑΙ καὶ ταῦτα· Ἀναστὰς δὲ πρωῒ—ad usque vocem δαιμόνια, apud *Biblioth. Coislin.* p. 74. Sed προκεῖσθαι *Hœschelius* cum *MSS. Bodl.* et *Coll. Trin.* ad cujus tamen posterioris codicis oram scribitur. ἴσως προσκεῖσθαι. Vox utraque proba est. Hesychius enim in *Lexico*, Προκείμενα. παρακείμενα. et Πρόκειται. παράκειται. Et in hunc modum voce πρόκειται usus est Epiphanius, *De Ponderibus et Mensuris*, num. 8. πάλιν δὲ ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ, καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ. ἀντὶ δὲ τούτου πρόκειται, καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. Ubi Hen. quidem Valesius, sed haud necessario, opinor, pro voce πρόκειται scribere vult παράκειται, *ad marginem ascribitur. Epist.* ejus *ad Usserium de Versione LXX. Interp.* post Eusebii *Historias* posita, p. 311. Cons. et Arethæ *Comment. in Apocalypsin.* v. 2.

P. 228. l. 4. ἀλλὰ καὶ τῆς φράσεως &c.] Argumento ex differentia stili ducto Origenes simplici negatione respondet. Πρὸς τούτοις, inquit, ἔφασκες καὶ τὸν τῆς φράσεως χαρακτῆρα διαλλάσσειν· ὅπερ ἐμοὶ οὐ πάνυ τι ἐφάνη. §. ult.

Ibid. l. 5. σὺ δέ μοι καὶ ἤχησον] Ad hoc adagium alludit Damascenus De Orth. fide lib. iv. cap. 18. Κρούσωμεν τοίνυν εἰς τὸν κάλλιστον παράδεισον τῶν γραφῶν, τὸν εὐώδη, τὸν γλυκύτατον, τὸν ὡραιότατον, τὸν παντοίων νοερῶν θεοφόρων ὀρνέων κελαδήμασι περιηχοῦντα ἡμῶν τὰ ὦτα. WETSTEN. Particulam καὶ ante ἤχησον ex *Hœschelii edit.* firmantibus *MSS. Bodl.* et *Trin.* restitui.

Ibid. l. 7. ἅμα τῇ συνοδίᾳ καὶ κατὰ νοῦν Θεῷ εὔχομαι] Vocem Θεῷ revocavi ex *Hœschelii edit. MSSque Bodl.* et *Coll. Trin. Leonisque Castrii Versione* et *posteriori* illa *Versione Herveti.* Et Latina hæc *Leonis Castrii* secutus, *Et ego* Deum *precor, ut cum omni comitatu valeas* corpore *et animo*, verba in hunc nimirum modum refinxerim, ἐῤῥῶσθαί σε ἅμα τῇ συνοδίᾳ, σώματι καὶ κατὰ νοῦν Θεῷ εὔχομαι. Sed pro συνοδίᾳ *iidem* habent *MSSti* una cum *Hœschelii editione* συνουσίᾳ. Hœschelius tamen ad oram pag. posuit, ἴσως, ἅμα τε σώματι, pro ἅμα τῇ συνουσίᾳ, et in *marg. codicis Bodl.* adpositum est, ἴσως, τε σώματι καὶ τῇ οὐσίᾳ.

ANNOTATIONES

IN AFRICANI EPIST. AD ARISTIDEM.

P. 228. l 24. Οὐκ ἀκριβῶς μέντοι &c.] En tibi, mi lector, particulam non ante, quod sciam, editam epistolæ Africani ad Aristidem de Christi genealogia scriptæ; qua de re propter evangeliorum diaphoniam apud veteres quæri solitum est. Epistolæ hujus aliæ duæ ῥήσεις ab Eusebio in lib. I. *Hist.* cap. 7. allatæ extant, quæ omnium sermone celebrantur. Desumpta est autem nova pars ista ex Cod. MS. Theol. Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, numero LXXI, olim XLII, designato. Describendam eam mea causa jusserat, una cum aliis quoque nonnullis auctorum ecclesiasticorum fragmentis, illustris Baro von Swieten Cæsareæ Bibliothecæ præfectus; cui propterea me beneficio obstrictum esse libenter confiteor. Sed ingratus in amicum meum πατρῷον merito haberer, nisi occasione data reverendum virum Guillelmum Boycatt presbyterum simul commemorarem, cujus rogatu, dum peregre agebat, beneficium a viro nobilissimo collatum est.

Petrus autem Lambecius in lib. iii. *Comment. de* eadem *Bibliotheca Vindob.* pag. 62. hoc codice commemorato, quæ est *Catena Patrum in Evangelium D. Lucæ,* ita scribit. "Dig-"nissima profecto est hæc Catena, ut secundum exemplar hoc "manuscriptum sine ulla interpolatione edatur Græce, et cum

"altera illa ejusdem argumenti Catena a R. P. Corderio edita "accurate conferatur. Inter alia enim nonnulla veterum "Autorum fragmenta, quæ in nostra quidem hac Catena "Græca extant, in Corderiana autem Latina non reperiuntur, "est etiam insignis et satis prolixus Sexti Julii Africani anti-"quissimi Christianorum Chronographi locus de Genealogia "Christi, qui folii 251. pagina secunda incipit his verbis: "Οὐκ ἀκριβῶς &c." Hic pauca alia verba pergit transcribere Lambecius ad usque vocem γενόμενος lin. 3. Porro cum idem hoc fragmentum extare deprehendissem in *Nicetæ Catena MS. in Lucam*, codice Bibliothecæ Coislinianæ, num. CCI. signato, et XV. sæculo scripto, apographum mihi roganti comparavit vir doctus et strenuus Edvardus Ellerton, Socius nostri Collegii, Parisiis tunc agens. Eadem insuper Africani ῥῆσις in bibliotheca Palatina Heidelbergensi, quæ pridem translata in Vaticanam nunc restituta est, superesse videtur, prout Catalogus indicat MS. a Frid. Sylburgio compositus, cujus catalogi exemplar in Cod. Bodl. 2955. conservatur: Lemma est, "Ex Africano, De Genealogia in Sacris Literis." Ad MSStos quod attinet *Vindob.* et *Coislin.* titulus Ἀφρικάνου in utroque codice ῥήσει nostræ præfixus est. Ita interea Eusebius in loco jam commemorato de partibus istis epistolæ a se omissis mentionem fecit: Ἐπειδὴ δὲ, inquit, τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίαν διαφόρως ἡμῖν ὅ, τε Ματθαῖος καὶ ὁ Λουκᾶς εὐαγγελιζόμενοι παραδεδώκασι, διαφωνεῖν τε νομίζονται τοῖς πολλοῖς· τῶν δὲ πιστῶν ἕκαστος ἀγνοίᾳ τ' ἀληθοῦς εὑρεσιλογεῖν εἰς τοὺς τόπους πεφιλοτίμηται, φέρε καὶ τὴν περὶ τούτων κατελθοῦσαν εἰς ἡμᾶς ἱστορίαν παραθώμεθα, ἣν δι' ἐπιστολῆς Ἀριστείδῃ γράφων περὶ συμφωνίας τῆς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις γενεαλογίας, ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δηλωθεὶς Ἀφρικανὸς ἐμνημόνευσε· τὰς μὲν δὴ τῶν λοιπῶν δόξας ὡς ἂν βιαίους καὶ διεψευσμένας ἀπελέγξας, ἣν δ' αὐτὸς παρείληφεν ἱστορίαν, τούτοις αὐτοῖς ἐκτιθέμενος τοῖς ῥήμασιν. *Sed quoniam Matthæus et Lucas in evangeliorum libris Christi genus ac stirpem varie nobis tradiderunt, et plurimum inter se dissentire vulgo existimantur, adeo ut singuli fidelium ob veritatis ignorationem, varias eorum locorum explicationes certatim excogitaverint: de his traditionem quæ ad nos usque deducta est proponamus, quam is de quo paulo ante diximus Africanus, in epistola ad Aristidem de consensu evangeliorum in stirpe Christi narranda, commemo-*

ravit. Ubi aliorum quidem opiniones tanquam violentas et falso confictas coarguit: ipse vero quam compererat historiam, his refert verbis. Dein apud Eusebium sequuntur duæ ῥήσεις, quas post hanc partem ante non editam allaturus sum. Hæc olim scripsi. Jam vero me adhuc superstite orbi litterato donavit cl. Angelus Maius *Scriptorum Veterum Novam Collectionem* e Vaticanis codicibus editam. In primo volumine inter Eusebii *Quæstionum ad Stephanum Evangelicarum* fragmenta, Quæst. iv. excerptum extat hujus epistolæ ad Aristidem ex particula illa conflatum a me olim edita atque Eusebiana ῥήσει, sed utraque mutilata atque insigniter interpolata. Desinit autem cum verbis ultimis pag. 237. l. 18.

P. 229. l. 2. ἵνα δειχθῇ δικαίως ὁ Χριστὸς &c.] Propter nomina quædam in genealogia utraque Christi posita colligebant isti sacerdotale ejus munus; quam quidem sententiam inanem esse hic ostendit Africanus. Nihilominus eandem fovisse opinionem Hippolytum illius temporis æqualem nobis persuadet Syncelli locus supra p. 325. adductus.

Ibid. l. 5. ἀρχιερεὺς] ἱερεὺς *MS. Coislin.*

Ibid. l. 12. τοῦ Ναάσσων ἀδελφὴν τὴν Ἐλισάβετ Ἀαρὼν ἀξαμένου] Ostendere vult Africanus, haud opus esse alternatione, ἐναλλαγῇ, nominum, quum alioqui tribus sacerdotalis cum regia connexa sit. Etenim ex fide S. Scripturæ traditum esse, uxorem duxisse Aaronem Elizabetham Naassonis sororem. Hinc Auctor *Glossarum super Exodum* a cl. Mingarelli anno 1756 primum editarum, "*Accepit autem Aaron uxorem Elizabeth. Exod.* vi. 23. Cur tribui Judæ commixtus est? "Nisi ut Christus, qui de eadem tribum asciturus erat verus "nobis rex et sacerdos ostendatur." Similiter Eusebius quoque in *Catena* adductus *Vaticana* in cel. Maii *Collectione* modo commemorata, Vol. I. p. 83. Πολλοὶ δὲ, inquit, καὶ τῶν δοκίμων λέγουσιν· ἀληθῶς κατὰ συγγένειαν συνῆφθαι τὴν ἱερατικὴν φυλὴν τῇ βασιλικῇ καὶ ἄνω ἐπὶ Μωσέως. Epiphanius vero male interpretatus Sacri Scriptoris verba, ita sermonem instituit; ἔνθεν γὰρ ἡ Μαρία κατὰ δύο τρόπους συγγενὴς ἐτύγχανε τῆς Ἐλισάβετ, καὶ ὁ Ἰάκωβος (frater Domini) διέφερε τῇ ἱερωσύνῃ, ἐπειδήπερ αἱ δύο φυλαὶ συνήπτοντο μόναι πρὸς ἀλλήλας, ἤτε βασιλικὴ τῇ ἱερατικῇ, καὶ ἡ ἱερατικὴ τῇ βασιλικῇ· ὡς καὶ ἄνω ἐν τῇ ἐξόδῳ Ναασσὼν ὁ ἀπὸ τοῦ Ἰούδα φύλαρχος λαμβάνει τὴν Ἐλι-

σάβετ τὴν ἀρχαίαν θυγατέρα Ἀαρὼν ἑαυτῷ γυναῖκα. sed vide *Exod.* vi. 23. ὅθεν πολλαὶ τῶν αἱρέσεων (pergit scribere Epiphanius) κατὰ σάρκα γενεαλογίαν τοῦ Σωτῆρος ἀγνοοῦσι, καὶ διὰ τὸ ἀπορεῖν αὐτοὺς, ἀπιστοῦσι, καὶ δοκοῦσιν ἀντιλέγειν τῇ ἀληθείᾳ, λέγοντες, πῶς ἡ ἀπὸ φυλῆς Δαβὶδ καὶ Ἰούδα δύναται συγγενὴς εἶναι τῆς Ἐλισάβετ τῆς ἀπὸ τοῦ Λευί; *Hæres.* lxxviii. num. 13. p. 1045. ed. Petavii.

At vero ad ostendendum earundem tribuum connexum aliud quiddam γενεαλογικὸν S. Hippolytus attulit in opusculo *De Susanna et Daniele* apud Georgium Syncellum *Chronogr.* pag. 219. Locus a Wetstenio supra p. 325. partim exscriptus est: Syncelli verba sunt, τοῦτον δὲ (Joachim regem Judæ) λέγει (Hippolytus) καὶ τῆς Σωσάννης ἄνδρα εἶναι· καὶ πιθανὸς ὁ λόγος· τὴν δὲ Σωσάνναν Χελκίου τοῦ ἀρχιερέως θυγατέρα εἶναι βεβαιοῦνται τοῦ εὑρόντος ἐπὶ Ἰωσίου τὸ βιβλίον, ταύτης ἄδελφος Ἱερεμίας, ὥς φασιν, καὶ εἰκότως· ἐκ τούτων λέγει γεννηθῆναι τὸν Ἰεχονίαν, οὗ μέμνηται ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος. τὸν δὲ Ἰεχονίου υἱὸν, φησὶ, τὸν Σαλαθιὴλ, καὶ τοῦ Σαλαθιὴλ τὸν Ζωροβάβελ, καὶ οὕτω τὴν γενεαλογίαν τοῦ πατρὸς ἐκ τῆς ἱερατικῆς καὶ βασιλικῆς καταγενέσθαι φυλῆς μέχρι Ἰωσὴφ τοῦ δικαίου καὶ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ Θεοτόκου. Ubi notabile est Θεοτόκος, *Deipara*, si modo vox Hippolyti sit. Fidem vero fecerit pertinere posse vocem ad Hippolytum ῥῆσις quædam apud *Analecta* illa *Vet. Patrum*, quæ una cum *Gallandiana PP. Bibliotheca* Venetiis edita sunt anno 81. sæculi jam præteriti. In hac enim ῥήσει, quæ Origenis esse satis clare probari potest, p. 87. Θεοτόκος extat. Ostendit quoque Pearsonius Origenem eandem vocem adhibuisse; vid. *Symboli Expos.* ad Artic. *Natus ex Maria Virgine*, p. 178. Alius præterea scriptor ejusdem fere temporis adducendus est, Archelaus Carcharensis episcopus, qui in veteri Latina Interpretatione *Disputationis* suæ *cum Mane* cap. xxxiv. p. 59. S. Mariam *Dei genetricem* appellet. Ceterum de simili interpretamento sic scripsit in *Adversariis* suis Is. Casaubonus, "Veteres in eo errasse, quod putarint "duplex Christi genus describi, a Matthæo regium, a Luca "sacerdotale." *Casauboniana*, pag. 95. a Wolfio edita.

P. 229. l. 14. ἐνθένδε] ἐντεῦθεν *MS. Coislin.* Mox Σολομῶνος cum ο μίκρῳ cod. MS. uterque pro Σαλομῶνος, quod usitatius est. Legi possunt ἐρωτηματικῶς duæ sententiæ proxime sequentes.

P. 230. l. 1. *ὁμοίως ἄλλως πατέρα*] Pro *ἄλλως* legendum olim putabam *ἄλλοις*, ut sensus esset, patrem similiter suppositum fictumque ex istorum hypothesi atque alios patres, *μηδὲν καταφέροντα*, ut loquitur auctor infra pag. 235. *γνήσιον σπέρμα ἐπὶ τὸν Ἰωσήφ.* et infra usum esse Africanum hac constructione admonui, *ἀναλύσαντες ὁμοίως τοῖς παρὰ τούτου.* Chronici Fragment. num. iv. fin. versus. Nunc vero emendandum esse arbitror *ὁμοίως οὐδ' ἄλλως πατέρα.* Proxime ante posui Ἡλεῖ non Ἡλὶ *codicem utrumque Vindob.* et *Coislin.* secutus, atque nonnullos *Novi Test.* codices.

Ibid. l. 4. *εἰ γὰρ προφήτης ὁ Νάθαν*] Nimis facilis Africanus, qui concedat filium hunc Davidis eundem fuisse atque cognominem prophetam.

Ibid. *ἀλλ' ὅμως*] *MS. Vatic.* habet *ἀλλ' ὅπως.* Post hæc nos monet Africanus, frustra conflatum fore hoc figmentum de sacerdotali ac regia commixtione, propterea quod nulli sacerdotes in alterutra familia extitissent.

Ibid. l. 8. *Μὴ δὴ κρατοίη* &c.] Quum bis usus sit deprecandi formula Africanus, cum hic, tum supra, pag. 229. lin. 8. notatu dignum est, simile quid hujus auctoris extare in fragmento *Chronici* ejus in Georgii Syncelli *Chronograph.* allato, supra p. 303. *Μὴ δή τις ἡμᾶς τῶν κατ' ἀστρονομίαν ἀριθμῶν ἀπείρους εἶναι νομιζέτω τξε'. ἡμερῶν καὶ τετάρτου μορίου προτεταχέναι αὐτήν.* Ubi tamen inserendum puto *τῷ* ante *τῶν*, atque *ἐνιαυτὸν* pro *αὐτὴν* esse legendum. Sed hac de re ad locum.

Ibid. l. 9. *ὅτι ψεῦδος σύγκειται εἰς αἶνον καὶ δοξολογίαν Χριστοῦ.*] *Rom.* iii. 7. *Εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, τί ἔτι κἀγὼ* &c.

Ibid. l. 14. *μὴ ἐγηγέρθαι*] Quoniam hi resurrectioni mortuorum contradicebant, hoc bene collegit sibi apostolus, negatum fuisse ab iisdem Christum resurrexisse. Omittit particulam *μὴ* meum *codicis Vindob.* apographum.

Ibid. l. 18. *ὃν οὐκ ἤγειρε*] Sequitur in vulgato Apostoli textu clausula istæc, *εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται*, quæ tamen abest a nonnullis manuscriptis patribusque, et non nemini visa est explicandi gratia addita, uti Millius notavit. Ita abfuit ab Archelai quoque bibliis, qui ad finem hujus sæculi tertii cum Manete disputavit. vid. c. 49. *Disput.* Ad hoc apud apostolum fortassis nec clausula necessaria est habenda, neque ad figuram *ἀποσιώπησιν* si illa abest, statim recurrendum est.

Ipsius vero Africani sermo brevior et contractior videtur esse, quam ut aliqua additione careat. Totus quidem apostoli Pauli locus ita habet: εἴτε οὖν ἐγὼ, εἴτε ἐκεῖνοι, οὕτω κηρύσσομεν (scil. Christi resurrectionem) καὶ οὕτως ἐπιστεύσατε. Εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, πῶς λέγουσί τινες ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν; εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται· εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, κένον ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν, κένη δὲ καὶ ἡ πίστις ὑμῶν· εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν, εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται. Εἰ γὰρ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται. *Totum breviter ita dicitur*, scribit Augustinus de hoc apostoli loco agens, *Si non est resurrectio, neque Christus resurrexit; Christus autem resurrexit, est igitur resurrectio mortuorum. De Doctrina Christiana*, L. x. cap. 32.

P. 230. l. 18. εἰ δὲ οὕτως] νῦν δὲ οὕτως *MS. Vindobonen.* quo relicto *MStum Coislin.* hic secutus sum. Sed infra minus bene scribitur in *Coislin.* διὰ ψευδολογίαν pro διὰ ψευδολογίας.

P. 231. l. 25. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα] Particula γὰρ abest a nostris codicibus Maz. Med. Fuk. et Savil. nec habetur in interpretatione Rufini. Exstat tamen in codice Regio et apud Nicephorum in cap. 11. lib. I. VALESIUS. Abest itidem hæc particula a *codice MS. Norfolc.* Cui nunc addit Burtonus *Savilianum.* Contra *Eusebii Quæst. Evang. MS. Vaticanum* illam præstare constat. Ad *Rufinum* quod attinet, is non tantum voculam γὰρ non agnovit, sed etiam ἐπειδὴ neglexit. Neque verba illa posuit in *Catena* sua S. Macarius. Ceterum in codice Vaticano post voces illas εἰς αἶνον καὶ δοξολογίαν Χριστοῦ, omissis intercedentibus ante istas, Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα, positum est, ἵνα οὖν καὶ τοῦτο μὲν τοῦ εἰρηκότος ἐλέγξωμεν τὴν ἀμαθίαν, παύσωμεν δὲ τοῦ μηδένα ὑπ' ἀγνοίας ὁμοίας σκανδαλισθῆναι, τὴν ἀληθῆ τῶν γεγονότων ἱστορίαν ἐκθήσομαι. p. 20. Hæc vero ab Africano profecta esse non puto. Ex hoc tamen codice in verbis proxime sequentibus insertum velim διαδοχὴ pro casu obliquo διαδοχῇ.

P. 232. l. 1. δέδοτο] αὐτοῖς ἐδέδετο *S. Macarii Inedita Catena in Matthæum* in Bibliotheca Bodleiana, ubi pars Eusebiana epistolæ hujus allata est. Nunc adde *MS. Vat.* Vertit et *Rufinus*, *Cum enim resurrectionis* inter eos *spes necdum fuisset accepta.* Post extat in hac *Catena* et *MS. Bodl.*

seu *Savil.* τὸ ὄνομα μείνῃ pro μένῃ τὸ ὄνομα. Sic et *MS. Vat.* τὸ ὄνομα μένῃ. *cod. Maz.* et *Niceph.* Addit Burtonus *codd. Norf.* et *Florentinos,* qui lectionem priorem τὸ ὄνομα μείνῃ in textum recepit.

P. 232. l. 6. κλήσει] τῇ κλήσει *Nicephorus.* Proxime post γενομένη μνήμη pro γέγονεν ἡ μνήμη *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 9. συνεπεπλάκη] συνεπλάκη ex codice Medicæo edidit Rob. Stephanus. In Regio exemplari prius scriptum erat ἐπεπλάκη. Postea vero emendatum est paulo recentiore manu συνεπεπλάκη. Priorem illam lectionem ἐπεπλάκη retinuit Nicephorus. Et Joannes Damascenus in Orat. 3. de Nativ. B. Mariæ. Codex autem Maz. et Fuk. scriptum habent συνεπεπλάκει, ita codex Maz. vel quod idem est συνεπεπλάκη. Atque ita legisse videtur Rufinus: sic enim vertit. *Reconjunctum namque est sibi invicem genus, et illud quod per Salomonem, et illud quod per Nathan deducitur,* &c. Ubi vides Rufinum duas illas præpositiones verbi συνεπεπλάκει totidem Latinis exprimere voluisse. In vulgatis quidem Rufini editionibus legitur *conjunctum namque est sibi invicem genus,* &c. Verum in duobus manuscriptis codicibus, altero bibliothecæ Regiæ, altero Parisiensis ecclesiæ, et in vetustissimis editionibus legitur *reconjunctum.* Nec tamen probare possum interpretationem Rufini. Nam reconjungi quidem dicuntur duæ familiæ, quæ cum ex eadem gente ortæ sint, mutuis postea connubiis inter se rejunguntur. Sed in hoc loco longe alia Africani mens est. Non enim dicit Africanus Nathanæos ac Salomonios qui ex eadem gente Davidica originem ducebant, mutuis inter se connubiis postea rejunctos fuisse. Verum hoc dicit, generationes illas, tum quæ a Nathane, tum quæ a Salomone ducuntur, implexas esse atque intricatas, ob secundas scilicet nuptias viduarum et seminum suscitationes, quæ in multis generationum illarum gradibus occurrunt. Proinde præpositio illa ἐπὶ in verbo συνεπεπλάκει, non exponenda erat per *re* ut fecit Rufinus, sed potius per præpositionem *super.* Ad verbum συνεπεπλάκει *superimplexum est.* VALESIUS. Contra defendere interpretationem Rufini conatus est Romanus ejus editor Petrus Th. Cacciari. Sed Valesianæ loci expositioni favere videtur lectio *editionis Steph.* et *MS. Norfolc.* τὰ γένη καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Σ. καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Ν., idque magis, quam altera

verba, quæ Valesius ipse recepit. Interim extat illud Rufini *reconjunctum* cum in editione illa Romana, tum in duobus codd. scriptis Rufini, qui in hoc Collegio S. Magdalenæ mihi præsto sunt. Denique pro συνεπεπλάκη suffragium addas *codicis Maz.* sed ἐπεπλάκει, quod præstant *codd. Venetus Florentini* et *Vaticanus*, recepit in textum suum Burtonus.

P. 232. l. 11. ἀναστάσεσιν ἀτέκνων] Vir doctissimus Joannes Langus qui Nicephorum Latine interpretatus est, hunc locum ita vertit. *Implicata enim inter se sunt genera, et quod a Salomone et quod a Nathan descendit, repræsentatione eorum qui liberos non creassent secundisque nuptiis ac resuscitatione seminum.* Rufinus vero liberius quidem, sed non sine elegantia ita vertit. *Reconjunctum namque sibi est invicem genus, et illud quod per Salomonem, et illud quod per Nathan deducitur, per legales substitutiones quæ fiebant his qui sine liberis decedebant, et per secundas nihilominus nuptias, quibus unus atque idem aliis parentibus progenitus, aliorum esse filius videbatur.* Omisit Rufinus verba illa Africani καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων, quæ certe superflua videntur. Cum enim jam antea dixerit ἀναστάσεσιν ἀτέκνων rejunctas fuisse familias, quid opus est addere ἀναστάσεσιν σπερμάτων, quod unum idemque est teste Africano in hac ipsa ad Aristidem epistola. Damascenus quoque in Orat. 3. de Nativitate B. Mariæ, omisit hæc verba. Ceterum obscurum est quod hic ait Africanus, reparatione scilicet seminis eorum qui sine liberis decessissent, misceri solitas esse familias. Nam quoties frater eodem patre natus relictam fratris sui in conjugium ducebat, nulla erat agnationis mutatio. Sed si forte frater uterinus, viduam fratris sui uxorem duceret, tunc aliqua familiarum permixtio nasci poterat. Itaque merito addidit Africanus καὶ δευτερογαμίαις. Hæc enim præcipua fuit causa permixtionis familiarum, quoties mulier susceptis jam liberis ex priore matrimonio, ad secundas nuptias transvolabat, et filios ex posteriore etiam viro pariebat. Quo facto, filium ex priore matrimonio natum, uxorem duxisse, et improlem postea obiisse fingamus. Tunc si frater illius uterinus viduam in conjugium duxerit, et ex ea liberos sustulerit, in persona liberorum erit aliqua familiarum confusio, ita ut natura quidem hujus: lege autem, illius filii dicantur .Valesius. Forsitan verba ἀναστάσεσιν vel ἀναστάσει σπερμάτων rejiculis adnume-

rare non necesse est, cum vocem ἀνάστασις in superioribus ad substitutionem prolis adoptivæ haud restrinxerit Africanus, sed contra ostenderit, homines placuisse sibi in successione filiorum tam naturalium, quam legalium, quasi nimirum in illis denuo se victuros putaverint, atque immortales futuros.

Haud igitur penitus (ait Lucretius) *pereunt quæcunque videntur,*
Quando alid ex alio reficit Natura.——i. 263.

Porro inter se permixtæ sunt duæ familiæ resuscitatione quoque seminum; et hoc loco distinguitur inter illos qui cum liberis, atque istos qui sine liberis vita decessissent. Tum vero nihil colligendum puto ex omissione hujus clausulæ in *Orat. De Nativitate B. Mariæ* a Valesio commemorata, quippe cum ibidem desiderentur omnia usque ad vocem κατελθεῖν, l. 15.

P. 232. l. 12. ἀναστάσει σπερμάτων] ἀναστάσεσι σ. Apud Nicephorum legitur ἀναστάσει. atque ita in codice Regio prius scriptum fuerat: postea vero emendatum est alia manu ἀναστάσεσι. Verum Nicephori lectio magis placet, cum paulo ante positum sit ἀναστάσεσι. Val. Præstat hanc lectionem *Macarii* quoque *Catena*. Nunc Burtonus addit, qui eam recte recepit in textum suum, *codd. Florentinos* et *Vaticanum*.

Ibid. l. 13. ἄλλοτε ἄλλων νομίζεσθαι] Hæc est scriptura Regii codicis, quam Nicephorus etiam confirmat. Nostri tamen codices Med. Maz. Fuk. scriptum habent ἄλλοτε ἄλλως. Valesius. *Cod. Savil.* seu *Bodl.* addas. Recepitque in textum suum eand. lect. Strothius. Sed ἄλλων, quod rectius retinuit Valesius, exhibet *MS. Norfolc.* Nunc addidit reliquos codices Burtonus.

Ibid. l. 14. διηγήσεις κυρίως ἀληθεῖς] Κυρίως non extat in *ed. Val.* ejicere tamen hanc vocem non ausus sum. Stroth. Cum teneant hanc principis edit. seu *Steph.* lectionem tres nostri MSSti, *Savil. Norfolc. Macarii*que *Catena*, et faveat ei *Rufini* quoque *Versio*, haud dubito quin invito Valesio vox textu ejus exciderit, etsi omisisset eam *Nicephorus*. Nunc reliquos codices addit eandem præstantes Burtonus. Paulo post πολυτρόπως pro πολυπλόκως *MS. Norfolc.* ubi μὲν a *MSto Savilii* abest.

Ibid. l. 17. τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν] Τὴν ἀκολουθίαν τῶν γενῶν. Hæc est scriptura codicis Regii quem secutus est Stephanus. Nec aliter legisse videtur Rufinus qui sic vertit;

ipsas generationum consequentias enarrabimus. Reliqui tamen codices Maz. Med. Fuk. ac Savilii præferunt *τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν.* Quam quidem lectionem etiam ad latus codicis Regii adscriptam inveni. Nicephorus autem habet *ἐναλλαγὴν,* id est *commutationem.* Et Christophorsonus quidem vulgatam a Rob. Stephano lectionem secutus est. Ego vero alteram lectionem amplexus sum, quippe quam plures et meliores codices exhiberent. Deinde Africanus hoc loco nequaquam recenset seriem utriusque generationis. Neque enim progreditur ultra Matthan et Melchi. Sed tantum exponit *ἐπαλλαγὴν,* id est commixtionem seu complicationem duarum familiarum in genealogia Christi. Apud Damascenum in Oratione citata legitur *τὴν ἐπιπλοκὴν τῶν γενῶν*, quod eandem vim habet. Valesius. Consentiunt Valesianæ lectioni *MS. Norfolc.* et *Margo Exemplaris quod in Bodleiana est Stephanianæ editionis. Scaliger* quoque et *Anonymus in Exemplari ejusd. edit. Leidensi.* Codd. reliquos nunc addit Burtonus vel *ἐπαλλαγὴν* vel *ἐναλλαγὴν* præstantes, exceptis *Regio* et *Parisinis*, in margine vero *Paris.* 2. *τὴν ἐπαλλαγὴν* repositum est. Mox *ὃς καὶ ἐγέννησε* pro *ὃς ἐγέν. Nicephorus.*

P. 233. l. 2. *ὁμοίως τρίτος ἀπὸ τέλους Μελχὶ*] Hodierni codices S. Lucæ duo habent nomina, *Matthat* et *Levi,* inter Josephi patrem Heli atque hunc Melchi posita. Vide Valesium infra p. 342. Ad hæc Rufinus pro *ὁμοίως* legisse videtur, sed minus apte, *ὅμως*, qui vertit, *nihilominus.*

Ibid. l. 4. *Ἰωσὴφ γὰρ υἱὸς Ἡλὶ τοῦ Μελχὶ*] Verba desiderantur in prima *Val. edit.* forsan typographi errore. Stroth. Immo, cum in utraque Valesii Parisiensi editione defuissent, solus Readingius ex *ed. Steph.* ea revocavit. Eademque, ni fallor, Valesius, propterea quod ea in MSStis suis haud invenerat, prudens ac sciens omisit; resque ita habere videri potest, quoniam codicibus nostris *Savil.* seu *Bodl. Macarii*que *Catenæ ineditæ*, et *Nicephoro* incognita sunt. Omittit interim non hæc verba tantum, sed et octo antecedentia, *Homilia de B. Mariæ Nativitate Joanni Damasceno*, vel *Andreæ Cretensi*, vel denique *Germano CP.* in codicibus adscripta. Cum vero verba in *Cod. Norfolc.* extent, eaque ex *Regio MSto* hausisse videatur Stephanus, tum *Rufinus* in *Versione* sua agnoscat, ita scribens, *Dicit enim* (h. e. S. Lucas), *Joseph, qui fuit Heli, qui*

fuit Melchi, retinendum igitur hoc membrum censui. Hæc olim scripseram. Nunc addit Burtonus, " In nonnullis codd. " desunt priora verba οὗ υἱὸς ὁ Ἡλὶ ὁ τοῦ Ἰωσὴφ πατήρ. in aliis " Ἰωσὴφ γὰρ υἱὸς Ἡλεὶ τοῦ Μελχί. Uberior vero codicum col- " latio satis persuadet, totum locum ab Africano processisse, " et hoc aut illud membrum librarios rescidisse, quia eadem " res in diversis verbis iteratur."

P. 233. l. 6. ἀπὸ Σολομῶντος] Præmittunt ὁ *Macarii Catena* nondum edita *Nicephorus*que. Mox οὗτοι δὴ ποτὲ pro οὗτοι δὴ ὅ, τε *MS. Norfolc.* Nunc addit Burtonus *codd. Venetum* et *Florentinos.*

Ibid. l. 7. καὶ Ἡλὶ] καὶ ὁ Ἡλὶ *Macarii Catena*, καὶ ὁ Ἡλεὶ *Niceph.* apud quem atque in Eusebii *MSto Norfolciensi* ita semper nomen scribitur. Ad hæc apud Eusebium lib. x. *Præp. Evang.* c. 10. p. 448. ed. Vigeri, Africani Chronica transcribentem summi sacerdotis Heli nomen cum ει positum est. Nunc addit Burtonus *cod. Venetum.* Variatur de hac re in *S. Lucæ* codicibus. Mox nomini Μελχὶ in verbis ὅ τε Ματθὰν καὶ Μελχὶ præfixus est articulus ὁ in *MS. Bodl. Macarii Catena, Orationeque de Nativ. B. Mariæ.* Addit Burtonus ceteros omnes præter *codd. Reg.* et *Paris.* 1. recepitque illum, ut nunc ego, admonetque, semper scribi Μελχεὶ in *codd. Norf.* et *Veneto.*

Ibid. l. 14. χηρεύουσαν—γυναῖκα] Hoc loco Africanus χηρεύειν promiscue dixit tam de mulieribus repudiatis, quam de iis quarum viri fato functi sunt. VALESIUS.

Ibid. l. 15. ἐκ δὲ τῆς Ἐσθᾶ] δὴ pro δὲ *Macarius.* Nunc addit Burtonus *codd. Reg.* et *Maz.* Hujus mulieris nomen derivatum esse volunt Casaubonus, *Adv. Baronii Annales.* Exercit. I. cap. 17. et Petrus Possinus *Diallact. Theogenealog.* cap. xlix. p. 537. ex voce *Escheth* non proprio fœminæ nomine, sed communi omnium atque totius sexus. Esto; nec propterea cum Possino ea de causa Africani narrationem falsis ego adnumerarem, quippe quum probe sciam, etiam in lingua nostra vernacula inveniri posse multas hujusmodi ὁμωνυμίας. Joan. autem Langius in Libello *De Genealogia Christi* cap. xiv. §. 8. reprobata hac vocis etymologia Africani Estham statuit, an recte, viderit ille, famosam illam esse Judæorum Stadam, seu Satda, quo cognomine appellatam esse matrem Jesu Mariam nefanda cum impudentia Talmudistæ narrant. Interea *Com-*

mentarius in Hexaemeron Eustathio Antiocheno adscriptus, in quo evangelistarum discrepantia ope narrationis Africani conciliatur, Matthani viduam Αἰθὰν pro Ἐσθᾶ appellat. p. 69. ed. Allatii.

P. 234. l. 2. ὡς προεῖπον] Vulgo προείπομεν. Sed προεῖπον *MS. Bodl. Niceph. Macarii Catena*, *Orat*ioque *de Nativ. B. Mariæ*. Jamque idem recepi post Burtonum, qui προεῖπον invenit in *codd. omnibus* præter *Regium* et *Parisinos*. Dein habent *Oratio* illa et *Niceph.* ἀγόμενος pro ἀγαγόμενος, cujus loco ἀγαγόμενον extat in *Lectt. Var. Stephani*, *Jonesiano* et *Bodleiano Stephani Edit. Exemplaribus*, *Genevensi*que *Edit.* qui quidem posteriores testes, ut jam monui, in unum fortasse recidunt.

Ibid. l. 3. οὕτω ἐκ διαφόρων] Præpositionem ἐκ pro vulgato δὴ reposui ex *Oratione de Nativ. S. Mariæ* sumptam. Abest utrumque a *Macarii Catena Nicephoro*que et *codd. Florentinis*. Opposuit hoc mihi Burtonus, legi supra διαφόρων ὄντες γενῶν. p. 233. l. 10. *Rufinus* vetus interpres habet, *per quod ex diverso &c.*

Ibid. l. 4. διαφόρων δύο γενῶν] Hoc loco γένος sumitur pro familia. Gens enim dividitur in familias. Sic gens Cornelia verbi gratia, in plures erat divisa familias, puta Scipionum, Sullarum, Lentulorum; qui omnes ex diversa quidem familia, sed ex una eademque erant gente; ac proinde gentiles dicebantur. Eodem modo Matthan et Melchi ex diversa erant familia; ambo tamen ex eadem gente Davidica quæ in duas familias erat divisa, Salomoniorum scilicet et Nathanæorum. VALESIUS.


Ibid. l. 5. ὧν ὁ ἕτερος Ἰακὼβ] ὁ νεότερος pro ὁ ἕτερος *MS. Norfolc.* Scribitur ὧν θάτερος ὁ Ἰακὼβ in *Orat.* sæpius jam commemorata. ὧν ὁ ἕτερος ὁ Ἰακὼβ *Macarii Catena.* ὧν ὁ ἕτερος ἀδελφὸς *Niceph.* Huic varietati nunc addit Burtonus ᾧ pro ὧν scriptum esse in *cod. Veneto.*

Ibid. ἀτέκνου τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος Ἡλὶ] Contra tradit S. Ambrosius *Comment. in S. Lucam;* obiisse Jacobum ante Heli fratrem, et Heli Jacobi uxore ducta generasse *filium Joseph, qui juxta legem Jacobi filius dicitur, quoniam semen fratris defuncti frater juxta legis veteris seriem suscitabat.* tom. v Op. p. 38. ed. Basil. Sed forsitan fallente memoria alium fratrem pro alio posuit.

P. 234. l. 7. τρίτον τὸν Ἰωσήφ] Hinc argumentum nectere conatus est adversus historiolæ veritatem Edv. Yardley in Libro Anglice scripto *De Christi Genealogiis* part. iii. sect. ult. p. 342. quippe cum lex Mosaica de nuptiis cum fratris vidua contrahendis, si modo lex ea huc trahenda fuerit, *primogenitum* tantum, quem mulier pareret, *succedere* jubeat *in nomen defuncti*, (vide *Deuteron*. xxv. 6.) Josephus autem ab Africano hoc loco filius natu tertius fuisse dicatur. Videndum autem, annon *tertius* Josephus dicatur numerando et a Melchi et a Matthan, quemadmodum supra pag. 233. lin. 3. Melchi juxta ac Matthan tertius inveniri statuitur, ὁμοίως τρίτος ἀπὸ τέλους, si a gradibus inferioribus ascendendo computes. Ne addam, abesse vocem τρίτον a *Macarii Catena* nondum edita, quam tamen agnoscunt alii libri omnes præter veterem Interpretem *Rufinum*.

Ibid. l. 8. κατὰ λόγον] κατὰ νόμον *Var. Lectt. Steph. Marg. Jones. Marg. ed. Genev.* male. Stroth. Adponas *cod. Norfolc.* Nunc addit Burtonus *codd. Reg.* et *Paris. priorem*. Itidem Scaliger et Anonymus *exemplo edit. Steph.* νόμον adscripserunt. Et in Gronoviana penes me codicum Florentinorum collatione monet ipse vir cl. Jacobus Gronovius, fortasse reponendum esse καὶ οὐ κατὰ νόμον. Sin λόγον retinendum, quod malim, illud interpretari licet, *prout vulgo loquuntur*.

Ibid. l. 10. ἀνέστησε σπέρμα] Haud inutiliter, opinor, oculis subjectum habebis, lector, schema genealogicum ad Africani rationes accommodatum.



P. 234. l. 14. ὃς ἦν υἱὸς] ὃς ἦν ὁ υἱὸς *MS. Bodl.* Mox ab eodem abest particula καὶ ante τοῦτο, sicut a *Nicephoro*, *Macario*, *Oratione*que. Nunc ait Burtonus quidem, omittere codd. *Paris.* 1. et *Florentinos* vocem υἱὸς, et quamvis septem codices eandem habeant, sicut legitur apud Lucam, suspicari se tamen, hanc vocem Africanum omisisse, et scripsisse tantum, ὃς ἦν, ὡς ἐνομίζετο.

Ibid. l. 16. τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν] Hic vero nimium argutari videtur Africanus. Cum enim Lucas de Christo dixerit ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Μελχὶ, &c. Africanus voces illas ὡς ἐνομίζετο referri vult non solum ad illa verba υἱὸς Ἰωσὴφ, sed etiam ad illa quæ sequuntur τοῦ Ἡλί. Quod etsi acutum videtur, est tamen ineptum atque insulsum. Nam si Lucas evangelista his vocibus ὡς ἐνομίζετο, legalem illam generationem seu adoptionem intelligit, ut vult Africanus, sequeretur Christum filium fuisse Josephi per adoptionem legalem, eodem plane modo quo Josephus filius fuit Heli. Ita dicendum esset Mariam post mortem Josephi nupsisse ejus fratri, atque ex eo Christum peperisse, quod impium est et absurdum. Id tamen necessario sequitur ex verbis Africani. Præterea si voces illæ, ὡς ἐνομίζετο extenduntur ad ea verba τοῦ Ἡλὶ, eadem ratione extendi etiam poterunt ad omnes generationum gradus qui sequuntur. Nulla enim ratio est, cur in secundo gradu subaudiantur potius quam in reliquis lineis. Hoc igitur primo improbandum est in explicatione Africani. Secundo loco notandum est quod ait in generatione illa Christi quam refert Lucas, tertium esse Melchi, atque in evangelio Lucæ tertius nominatur Mathat, avus scilicet Josephi. Itaque aut Africanum memoria lapsum esse dicendum est; aut certe in codice Evangelii quo usus est Africanus Melchi scriptum fuisse pro Mathat: quæ est conjectura Bedæ in caput iii. Lucæ. Certe Gregorius Nazianzenus in carmine 38. de Christi genealogia, Africanum sequens Melchi pro Mathat posuit. Et Ambrosius in lib. iii. Commentariorum in Lucam. VALESIUS. Ergone illud evangelistæ, ὡς ἐνομίζετο, sensu proprio, *ut lege sancitum est*, auctor interpretatus est? Ad lectionis varietatem a Valesio memoratam quod spectat, Joannes Millius ad loc. S. Lucæ, inque *Prolegomenis* suis, nos monuit, obstare universalem codicum in hodierna lectione con-

sensum, quo minus videantur primitus abfuisse hæ γενεαὶ, quas solus Africanus, aut etiam Irenæus, fortasse in codicibus suis non invenerint; illos enim Gregorium utrumque, Ambrosium, Augustinum quoque in *Retract.* lib. ii. cap. 7. Africanum tantum secutos esse. Cons. et Edvardi Yardley opus Anglice script. *De Genealogiis Jesu Christi*, part. ii. sect. 6. Attamen censet Bernardus Lamy in *Harmon.* pagg. 28. et 31. quem attulit ad h. l. Gallandius, in tomo ii. *Bibliothecæ* suæ *PP.* hanc epistolæ partem ex Eusebio præstans, easdem γενεὰς in codicem sacrum nondum insertas fuisse, ea qua Africanus vixerit ætate. Porro eadem prorsus nomina, τοῦ Ματθὰτ, τοῦ Λευὶ, in comm. quoque 29. ejusd. cap. post comparere, monet Gul. Wall. V. D. *Notis Criticis in Test. Nov.* Anglica lingua scriptis, pag. 64. Utcunque res habet, prætermissa sunt in Africani codicibus et *Matthat* et *Levi*, non ut Valesius Bedæ conjecturam secutus ait, *Melchi* scriptum fuit pro *Matthat.*

P. 234. l. 18. ἀχρὶ τέλους ἐσιώπησε] ἀχρὶ γὰρ τ. ἐ. *MS. Norfolc.* fortasse pro ἀχρί γε τ. ἐ. ἀνεσιώπησε *Niceph.* mendose pro ἀπεσιώπησε, quod *Oratio* habet *De Nativ. B. Mariæ.*

P. 235. l. 1. ἕως τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ Θεοῦ] Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Savil. particulam interserunt hoc modo ἕως τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ Θεοῦ, quod quidem mihi videtur elegantius. Atque ita legit Rufinus ut ex versione ejus apparet. Valesius. *Regium* secuta *codicem* Stephani editio particulam καὶ omiserat, consentientibus libris nostris *MS. Norfolc. Macarii Catena inedita, Nicephoro, Oratione*que sæpe commemorata. S. Lucam vel librarii vel ipse Africanus imitatus est. Jamque omittit Burtonus particulam, memoratis præterea *codd. Parisinis, Veneto* et *Florentinis.*

Ibid. l. 3. Οὐδὲ μὴν] οὐδὲ μὲν *Margo ed. Genev.* οὐδὲν μὲν *Margo Jonesiani Exemp. Lectiones*que *Steph.* Stroth. οὐδὲ μὲν *Margo Bodleiani Exemp. impressi.* et *Scaliger* atque *Anonymus* idem adscripserunt. Burtonus addit *cod. Paris.* 1. sed οὐδὲν a sec. manu. οὐδὲν μὲν *Cod. Savil.* seu *Bodl.* in quo γὰρ pro γοῦν statim post scribitur. Addit Burtonus οὐδὲν μὲν *codd. Reg. Par.* et *Maz.* in cujus marg. μὴν a prima manu sed in marg. *Par.* 2. οὐδὲ μὴν.

Ibid. l. 8. Ἀντίπατρον Ἡρώδου τινὸς] Hæc narratio prorsus fabulosa est et commenticia. Nam Antipater patrem habuit non Herodem Hierodulum templi Apollinis, sed Antipatrum

Idumæum, ut scribit Josephus in lib. xiv. cap. 2. Quem Antipatrum Alexander Judæorum rex Præfectum totius Idumææ constituit. Primusque hic Antipater auctor fuisse videtur hujus potentiæ, ad quam posteri ipsius postea pervenerunt. Nam et præfecturam Idumææ gessit Alexandro et Alexandra regnantibus; et hospitio atque amicitia cum Ascalonitis et Gazæis et Arabibus inita, maximas sibi opes comparavit. Valesius. Itidem doctissimus Prideauxius in *Hist. Vet. et Nov. Test. Connexa*, &c. part. ii. lib. 6. cum Josephum tanquam rerum harum gestarum scientissimum malit sequi, Antipatro Herodis M. parenti patrem dat cognominem Antipatrum gente Idumæum, non Herodem Ascalonitam. Et, ut Casaubonum in *Exercitt. ad Baronium* omittam, Scaliger, Prolegomenis in *Eusebii Chron.* fol. 4. et 5. contra Africanum hac de re disserens, ipsum ex Hegesippo hæc de Herode sumpsisse statuit, quia auctores historiæ fecerit cognatos Christi, quos solus ille Hegesippus memorârat. Et Epiphanii quidem locus, quem infra indicabo p. 353. nonnihil huc facere videtur. Ipsius Africani verba sunt apud Eusebium in superiore capite Herodis res gestas jam narraturi, ὡς φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν (Herodem) ἀκριβοῦντες. Sed hac tamen de re aliquatenus dubitare licet, quia ita potuisset Eusebius conciliationis evangelistarum alium præterea testem adducere Hegesippum, eumque Africano antiquiorem; qui et illa de Herode a Desposynis accepisset. Plenum autem odii atque invidiæ cummaxime fuisse, ut quisquam natales suos Ascalonitis deberet, verba suadent Philonis Judæi in *Legatione ad Caium*. 'Ασκαλωνίταις δὲ ἀσύμβατός τις καὶ ἀκατάλλακτος δυσμένεια πρὸς τοὺς τῆς ἱερᾶς χώρας οἰκήτορας 'Ιουδαίους ἐστὶν οὖσιν ὁμόροις. p. 702. ed. Turnebi.

P. 235. l. 9. ἱεροδούλου] Rufinus et Christophorsonus *æditios* vertunt, (scil. in cap. 6. Eusebii proxime antecedente, et similiter hoc quoque loco, ibi vero Africani historia de Herodis patre Antipatro breviatur) quod non probo. Nam ἱερόδουλοι sunt servi templorum. Varro in lib. vii. de lingua Latina, *ut societatum, ut fanorum servi.* Tales erant Venerei in Sicilia, servi templi Veneris Erycinæ, de quibus Cicero in Divinatione, et in 3. Verrina. Tales etiam apud Larentinates servi Martiales teste Cicerone pro Cluentio. Hujusmodi item erant Corinthi Venereæ meretrices, quas ἱεροδούλους vocat Strabo in lib. viii. quæ a dominis Veneri erant mancipatæ.

Denique et Comanis Bellonæ servi erant quam plurimi, teste eodem Strabone in lib. xii. Firmicus quoque in libro viii. Matheseos, hierodulos distinguit ab æditituis. Porro ut servi, sic etiam liberti fanorum erant, qui pecunia libertatem sibi comparaverant. Quare et liberta Veneris Erycinæ dicitur a Cicerone in Divinatione. ἱερόδουλοι nominantur etiam Esdræ cap. viii. VALESIUS. ad cap. vi.

P. 235. l. 10. σύλοις] ἱεροσύλοις *ed. Steph.* STROTH. σύλοις, quod recepit Valesius, codd. nostris *Bodl.* et *Norfolc.* firmatur, et in *Christoph. Lectt.* atque ad *oram exemplaris impressi in Bodleiana biblioth.* exaratum est, et a *Scaligero atque Anonymo in marg. exempl. suorum.* Solum testimonium pro voce ἱεροσύλοις adducit Burtonus *cod. Regium* a secunda manu.

Ibid. l. 11. τὸν ἱερέα] Improprie sacerdotem vocat qui erat hierodulus. Longe enim hæc inter se differunt ut supra notavi. Fieri tamen potuit, ut idem esset sacerdos et Hierodulus; puta si hæc erat conditio sacerdotii, ut non nisi exuta libertate sacerdotes caperentur. VALESIUS.

Ibid. ὁ 'Αντίπατρος] De Antipatro, Hyrcano et Aristobulo multa Josephus Antiquit. lib. xiv. Fuere quidem Hyrcanus et Aristobulus filii Aristobuli cognomento Φιλέλληνος, summi Judæorum sacerdotis, qui primus sacerdotium in regnum mutavit. Fratres autem, mortuo patre, contra se de imperio dimicantes, urbes seditionibus agitabant, et occasionem Romanis præbebant, ut Judæam invaderent. Itaque Pompeius Hierosolymam veniens, capta urbe et templo reserato, usque ad Sancta Sanctorum accedit: Aristobulum vinctum secum adducit: pontificatum confirmat Hyrcano: deinde Antipatrum Herodis Ascalonitæ filium procuratorem Palæstinæ facit. *Eusebii Chron. edit. per Pontacum*, pag. 143. conferantur *Dio Cassius* lib. xxxvii. in M. Ciceronis et C. Antonii Consulatu. *Strabo* Geog. lib. xvi. pag. 1106. edit. Amst. 1707. Hæc *Antonius Pagi* Apparat. Chron. Sect. xlv. lxi. a READING. allatus. Eadem atque hæc de Herode in Armeniana Interpretatione Chronici Eusebiani nunc reperta sunt.

Ibid. l. 13. φιλοῦται] Hoc quoque in loco (perinde ac supra cap. 6.) nostri codices Regius, Mazarinus, Medicæus ac Fuketianus constanter scriptum habent φιλοῦται. Quam scripturam nescio cur Robertus Stephanus repudiavit. φιλοῦται

enim dicitur ut ἐκθροῦται. Valesius. φιλιοῦται utroque loco edidit Stephanus, sed φιλοῦται, quod præstat *MS.* quoque *Savil.* seu *Bodl.* in textum præeunte Strothio recepi. Idem quoque scriptum inveni in Athanasii *Interp. in Mat.* apud Montfaucon. *Collect. Nov. PP.* tom. ii. p. 26. qui quidem pater locum priorem Eusebii suum fecit. Porro Ὑρκάνῳ φιλωθεὶς habet Georgius quoque Syncellus in *Chronograph.* p. 296. ubi de Antipatri ortu Africanum secutus agit; quæ quidem fortasse Georgius ille descripsit, non ex hac epistola, sed ex *Chronicis* Africani, nam in illo quoque opere Africanum hujusce rei mentionem fecisse est verisimillimum, cum de Herode filio multa, ut ex Syncello constat, posuerit. Vid. Num. xlix. Ex iisdem quoque Africani Chronicis historiolam suam de Herodis natalibus Epiphanius mutuatus esse videtur, qui quidem in *Hæres.* xx. inter alia de Antipatro patre ait, ἐφιλιώθη Δημετρίῳ, in nomine tamen errans. n. 10. p. 45. ed. Petavii. Nunc testatur Burtonus legi φιλοῦται in Eusebii *codd.* præter *Venetum* suum omnibus.

P. 235. l. 16. ἐπιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης χρηματίσαι] Antipater Herodis parens, sub Hyrcano Judæorum rege procurationem totius regni gessit, et negotia tam civilia quam militaria administravit. Itaque ἐπιμελητὴς τῆς Ἰουδαίας et ἐπίτροπος vocatur a Josepho in dicto libro. Porro codex Med. et Savil. χρηματίσας scriptum habent, non προκόψας. In Maz. autem et Fuk. legitur χρηματίσαι. Quam scripturam confirmat Nicephorus. Sic enim habet cap. 9. lib. primi ηὐτύχησεν οὗτος ἐπιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης γενέσθαι. Eleganter Græci dicunt εὐτυχεῖν τὸ γενέσθαι. Valesius. χρηματίσαι *Jonesiani exemp. Marg.* προκόψας *Cod. Reg.* et *ed. Steph.* quam lectionem scholion esse puto, quo quis vocem χρηματίσας explicabat. Nostram lectionem χρηματίσας habent *Med. Savil. Stephani* et *Christoph. Lectt.* Stroth. Retinendam ego censui Valesii lectionem χρηματίσαι, quam revera præ se fert *cod. MS. Savil.* seu *Bodl.* (de Valesii enim codice impresso variis lectionibus aucto, quem Savilianum appellat, sæpius dictum est). Bodleiano illi addas non tantum *MS. Norfolc.* sed et *Marg. Stephanianæ edit.* in bibliotheca Bodl. servatæ. Nunc vero alteram lectionem χρηματίσας præfert Burtonus, additis pro ea testibus *codd. Florentinis Veneto*que; cui tamen non consentit Heinichenus in *Supplementis Notarum.*

P. 236. l. 5. τῶν ἄχρι προσηλύτων] Mirum est in codicibus nostris Maz. Med. Fuk. ac Savil. scribi τῶν ἀρχιπροσηλύτων. Unde conjicere quis posset legendum esse τῶν ἄχρι τῶν ἀρχιπροσηλύτων, &c. ut ἀρχιπροσήλυτοι sint principes et quasi patriarchæ proselytorum; cujusmodi fuit Achior Ammanites, et Convenæ illi qui Israelitis ex Ægypto egredientibus sese adjunxerunt. Quæ quidem interpretatio mihi certe non displicet. In codice Regio scriptum est ut in editis ἄχρι προσηλύτων. Nicephorus quoque vulgatam lectionem tuetur. Paulo ante nostri codices Maz. Med. ac Fuk. scriptum habent εἰς τὸ τότε, cum articulo præpositivo. VALESIUS. Nostram lectionem τῶν ἀρχιπροσηλύτων exhibent *Maz. Med. Fuk.* et *Sav.* Unde *Valesius* forte legendum esse ἄχρι ἀρχιπροσηλύτων putabat. Male! namque lectio ἄχρι a librario verbi ἀναφέρεσθαι vim non intelligente profecta est, quam quoque *Valesius* pariter ac auctor lectionis ἀναφαιρομένων, quæ est in *Marg. Gener.* non intellexisse videtur. Sunt autem ἀναφερόμενοι h. l. in numerum Judæorum relati eorumque jura ac privilegia adepti, quos nos dicimus *naturalisirte.* Similis huic ejusdem vocis significatio infra occurrit lib. vi. cap. 5. εἷς τις ὢν τῶν ἐν στρατείαις ἀναφερομένων. Eo vero sensu quo *Valesius* h. l. vocem accipit, supra in hoc capite occurrebat, Μελχὶ ὁ ἐπὶ τὸν Νάθαν κατὰ γένος ἀναφερόμενος et paulo post de Luca τὴν ἀναφορὰν ποιησάμενος ἕως τοῦ Ἀδάμ. Veram autem esse nostram vocis ἀναφερομένων explicationem, atque adeo ipsam lectionem ἀρχιπροσηλύτων, ex variis rationibus patet. 1. Triplex hominum genus commemoratur, quorum quodque nomine sibi conveniente notatur; unum κατ᾽ ἐξοχὴν γένη, alterum ἀναφερόμενοι, tertium ἐπίμικτοι vocatur. 2. Ex verbis τῶν ἀπ᾽ Αἰγύπτου συνεκπεσόντων particula τε cum præcedentibus junctis apparet, Africanum de antiquioribus hominibus et eorum genere deorsum ducto, non de recentioribus ac genere horum sursum ducto seu ad antiquiores relato loqui. 3. Denique ipsa auctoris explicatio hoc manifestum reddit, cum dicit per ἀρχιπροσηλύτους ἀναφερομένους intelligi ejusmodi homines ut Achior et Ruth; cum alias ipsi dicendum fuisset ὡς τῶν ἄχρι τοῦ Ἀχιώρ. Facile nunc quoque apparet quinam sint ἀρχιπροσήλυτοι, nimirum ii proselyti quorum in sacris et aliis Judæorum libris mentio fit, quique horum librorum testimonio illustres

facti sunt. Denique dubium non est, quin plane rejiciendum sit ἄχρι, utpote librarii errore ex ἀρχι ortum. STROTH. Haud adeo valent hæc argumenta, ut mihi quidem lectio præsens displiceat, verba enim τῶν ἀχρὶ προσηλύτων, optime conveniunt cum mox sequentibus lin. 11. τῷ μηδὲ ἄλλον ἔχειν ἐκ δημοσίου συγγραφῆς τὸ γένος ἀνάγειν ἐπὶ τοὺς πατριάρχας, ἢ προσηλύτους, τούς τε καλουμένους Γειώρας τοὺς ἐπιμίκτους. Immo vero scribi potest, si mavis, ἕως pro ὡς ante Ἀχιὼρ ex eodem *MS. Savil.* atque *Nicephoro*. Sed *Rufinus* ὡς invenisse videtur, nec mutandum quid censeo, si hoc modo verba interpreteris: *Cum descriptæ essent Hebræorum familiæ, ac familiæ quæ genus suum referebant ad proselytas, ut Achior Ammanitem, et Ruth Moabitidem, et ad eos qui ex Ægypto simul egressi sunt Israelitis permixti*, &c. Ceterum illud in superioribus, εἰς τὸ τότε, quod *codices nostri* quoque habent, Strothius in textum recepit. Hæc olim scripsi lectione ἄχρι προσηλύτων servata, nisi quod αὐτῶν cum πάντων præeunte Rufini veteri interpretatione mutare vellem. Cum vero in alia omnia jam iverit Burtonus, neque cum Valesio, nec cum Strothio, aut mecum convenientia, adnotationem ejus, in qua sita est scripturæ varietas, lectori proponam. " Ἀρχιπροσηλύτων. Ita dedi post Strothium, Zim-" mermannum et Heinichen. uti legunt diserte *Med. Maz.* " *Fuket. Savil.* quibus addo *cod. Norf.* qui legit ἄρχει προσηλύτων " (sic) ubi notandum est alteram lineam cum v. ἄρχει terminari, " alteram cum προσηλύτων incipere. ἄχρι προσηλύτων. *Steph.* " *Val. codd. Reg. Paris. Venet. Florentin. Niceph.* Conjecit " Valesius τῶν ἄχρι τῶν ἀρχιπροσ. sed ἄχρι librariis debetur. " ἕως. Ita *Sav. Venet. Flor. Niceph.* ὡς edd. *Reg. Maz. Paris.* " *Norf.* et forsan *Med. Fuket.* Legimus supra ἀναφορὰν ποιη-" σάμενος ἕως τοῦ Αδὰμ uti scripsit in h. l. Africanus ἀνα-" φερομένων ἕως Ἀχιώρ, mutato ἀρχιπροσηλύτων in ἄχρι προση-" λύτων, substituebant librarii ὡς pro ἕως."

P. 236. l. 8. ὁ Ἡρώδης] Articulum ex *MS. Bodl. Nicephoro*que recepi. Nunc admisit eundem Burtonus, quem invenit in *codd. omnibus* præter *Reg.* et *Parisiensem*. Mox μηδ' ἄλλον per synalæpham *Niceph.*

Ibid. l. 10. ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφὰς] Hanc etiam narrationem parum certam existimo. Nam Josephus in libro de vita sua originem et antiquitatem stirpis suæ commemorans,

ex publicis archivis eam repetit. Igitur restabant adhuc ætate Josephi publica tabularia, in quibus Judaïcarum familiarum origines continebantur. Ac proinde falsum est Herodem ea combussisse. Porro hæc tabularia erant in templo Hierosolymitano sub custodia scribarum, ut equidem existimo. Itaque optime Rufinus verba Africani ita vertit: *omnes Hebræorum generationes descriptæ, in archivis templi secretioribus habebantur.* Valesius.

P. 236. l. 13. *ἢ προσηλύτους*] Mallem scribere *ἀρχιπροσηλύτους* ut supra. Neque enim de noviciis ac recentibus proselytis hic loquitur Africanus, sed de nobilissimis quibusque et antiquissimis, quorum nomen in sacris libris commemoratum est; cujusmodi fuit Achior, de quo in libro Judith sæpe fit mentio. Quippe hoc loco agit Africanus de nobilitate; cujus præcipuum insigne est antiquitas generis. Ait enim Herodem origines familiarum ideo concremasse, ne quis ex publicis monumentis probare posset, se ab ipsis patriarchis aut a prophetis originem generis sui ducere. Quod si novellos proselytos intelligamus, perit omnis hujus loci sententia: cum Herodis ætate innumerabiles essent in Judæa, qui genus suum ad novellos proselytos referrent, utpote avo nati proselyto. Qui profecto archivorum suffragio opus non habebant, ut se ex proselytis oriundos esse approbarent. Huc accedit, quod ex proselytis originem ducere, ignobile potius quam splendidum apud Judæos habebatur; exceptis ut dixi antiquis illis proselytis, quorum fides ac religio sacris literis nobilitata est. Valesius. Sine ullo dubio legendum est *ἀρχιπροσηλύτους*, uti jam Valesius animadvertit; quod reposuissem, nisi legem mihi sanxissem, ut nihil sine ullo testimonio in textum inferrem. Illud *ἄρχας* quod præcedebat, fefellit librarios, et syllabas mox sequentes *ἀρχι* sustulit. Stroth. At vidend. not. supra ad voces *τῶν ἀχρὶ προσηλύτων*. l. 9. Nihil hic opis præstat vetus interpretatio Rufini. Sed vero Græci codices omnes, qui adhuc collati sunt, præferunt *ἢ προσηλύτους*. Videndum præterea, an isti alibi vocentur *ἀρχιπροσήλυτοι*.

Ibid. *τούς τε καλουμένους Γειώρας*] Id verbum legitur in cap. xii. Exodi, ubi Deus Mosi in Ægypto adhuc consistenti loquitur his verbis. *πᾶς ὃς ἂν φάγῃ ζυμωτὸν, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ συναγωγῆς Ἰσραὴλ ἔν τε τοῖς Γειώραις, καὶ αὐτόχθοσι τῆς*

γῆς. Africanus Γειώρας interpretatur τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου συνεκπεσόντας ἐπιμίκτους. Id est convenas qui ex Ægypto simul cum Israëlitis egressi fuerant. Duplex enim hominum genus Judæis ab Ægypto egredientibus sese adjunxit. Alterum Ægyptiorum indigenarum, quos Moses αὐτόχθονας vocat: alterum convenarum, id est promiscuæ multitudinis qui Γειῶραι dicebantur. Hesychius Γέωρες, γεωφύλακες, μέτοικοι, πάροικοι. Georæ ergo apud Ægyptios dicebantur homines extranei, qui terram colendam acceperant sub certa pensione: quales erant in Ægypto Judæi antequam exiissent. Eos cum indigenis Ægyptiis confudisse videtur Africanus; quem tamen refellit Moses in dicto loco. Utrosque vero, tam Georas quam indigenas Ægyptios, uno ἐπιμίκτων nomine comprehendit sacra Scriptura in dicto cap. versu 38. καὶ ἐπίμικτος πολὺς συνανέβη αὐτοῖς, id est promiscua turba, συμμιγὴς λαός. (et Num. xi. 4.) Origenes tamen libro iii. de principiis, ἐπιμίκτων nomine Ægyptios solos intellexisse videtur, qui Hebræis permixti ex Ægypto egressi sunt. σκληρυσμὸν μὲν ἤλεγχε τὸν τοῦ Φαραὼ, διὰ τὴν κακίαν αὐτοῦ· πειθὼ δὲ τὴν τῶν ἐπιμίκτων Αἰγυπτίων συνεξορμησάντων τοῖς Ἑβραίοις. Drusius in lib. ii. de tribus sectis Judæorum, agens de proselytis, vocem γειῶρα Hebraïcæ originis esse dicit, eaque significari proselytum seu advenam. Idem scribit Hesychius, γείωρας, γείτονας ἐξ ἄλλου γένους, καλουμένους τῷ Ἰσραὴλ προσηλύτους. Valesius. At pro Africano id dicendum, in pericope *Exodi* vocem τῆς γῆς de terra Cainan interpretari criticos, quam quidem terram mox possessuri Israelitæ essent. Interea in sua ad hanc Africani epistolam adnotatione ait Gallandius, hac voce γηόραν usum esse Justinum M. in *Dial. cum Tryphone* §. 122. Ibi autem Justinus γειώρας et προσηλύτους de non Judæis posuit, sicut fecit in sect. proxime sequente, ubi et αὐτόχθονα Judæum hominem appellat.

P. 236. l. 16. τῶν ὀνομάτων] Ad vocem ὀνομάτων in *exemplari Stephanianæ edit.* quod tenere bibliothecam Bodleianam sæpius commemoravi, scribitur istud. "κατεῖχον v. in margine:" quod indicat, ni fallor, κατεῖχον oræ adscriptum fuisse codicis scripti alicujus. Nunc autem mihi constat, et Scaligerum et Anonymum ad exempla sua edit. Steph. κατεῖχον adscripsisse. Quo tamen verbo non opus videtur, cum in oratione interpre-

tanda voces ἢ ἄλλως ἔχοντες cum illis ἰδιωτικὰς ἑαυτοῖς ἀπογραφὰς construi debeant.

P. 236. l. 16. ἐναβρύνονται] Posuit in Schedis penes me MSStis ad Eusebium pertinentibus Jacobus Gronovius, "Pro "ἐναβρύνονται ἐνηβρύνοντο Scaliger." Et tempore præterito pro præsenti Latine vertens usus est Rufinus.

Ibid. l. 18. δεσπόσυνοι] δεσποτικοὶ *Curterii Lectt.* Stroth. Hæ lectiones Curterianæ, monente Strothio in *Præfat.* p. xviii. in libris *Hist. Eccl.* Eusebii duobus tantum locis in margine editionis Genevensis, pluribus vero locis in libris *de Vita Constantini* reperiuntur. Istud vero δεσποτικοὶ ex *Rufini Interpretatione* desumptum est, ubi vox extat, atque a Rufino ita exponitur, δεσποτικοὶ *id est heriles vel dominici appellati.* Voces δεσποτικοὶ ac δεσπόσυνοι adleverant margini Scaliger et Anonymus ille, teste exemplo penes me edit. Steph. in quod lectt. istæ ex exemplari Leidensi descriptæ sunt.

P. 237. l. 2. Ναζάρων καὶ Κωχαβὰ] Cochaba vicus fuit in Basanitide juxta Decapolim, ut tradit Epiphanius in hæresi Ebionæorum cap. 2. et 18. Valesius. Χαζάρων *MS. Bodl.* mendose. Eusebius *Onomastico;* Χωβὰ, ἥ ἐστιν ἐν ἀριστερᾷ Δαμασκοῦ. ἔστι δὲ καὶ Χωβὰ κώμη ἐν αὐτοῖς μέρισιν, ἐν ᾗ εἰσιν Ἑβραῖοι, οἱ εἰς Χριστὸν πιστεύοντες, Ἐβιωναῖοι καλούμενοι. p. 56. edit. Amst.

P. 237. l. 3. τὴν προειρημένην] Nicephorus habet τὴν προκειμένην, et sic in codice Regio prius scriptum fuit, sed recentiore manu emendatum est προειρημένην. Valesius. Ita rem se habere in *cod. Paris. altero* refert Burtonus, et προκειμένην extare in *codd. Paris.* 1. *Veneto* et *Florentinis.*

Ibid. l. 5. ἔκ τε τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν] Per librum dierum intelligit Africanus Ephemeridas, quas paulo ante ἰδιωτικὰς ἀπογραφὰς appellavit. Plerique enim apud Judæos originum suarum studiosi, privatos generis sui commentarios ex archivis publicis descriptos penes se habebant; quemadmodum apud nos etiamnum a nobilioribus fieri videmus. Porro hoc in loco aliquid deesse apparet ex particula τε, quæ in omnibus nostris codicibus et apud Nicephorum habetur. Quare supplenda videntur hæc verba καὶ ἀπὸ μνήμης ἐς ὅσον ἐξικνοῦντο. Ita certe legisse videtur Rufinus, qui sic vertit. *Ordinem supradictæ generationis partim memoriter, partim etiam ex dierum libris, in quantum erat possibile, perdocebant.* Valesius. Repone

ἐκ μνήμης ante ἔκ τε. Valesius volebat ἀπὸ μνήμης post ἡμερῶν, sed cum Rufinus alium verborum ordinem servavit, tum etiam verosimilius est lectum esse ἐκ quam ἀπό. duplex enim ἐκ librarium sat antiquum fefellit. ἐκ μνήμης vero Græce dici posse nemo inficiabitur. Similiter apud Herodianum est ἐκ συνειδήσεως et quamplurimæ aliæ hujus generis locutiones. STROTH. Recepit voces in textum suum nuper Heinichenus. Ceterum *Verba Dierum* Hebraice nominantur libri sacri vulgo τὰ Παραλειπόμενα sive *Chronica* vocata.

P. 237. l. 5. εἰς ὅσον] ἐξ ὅσων *MS. Norfolc.* ἐς ἴσον mendose *Niceph.* Nunc refert Burtonus habere ἐς ὅσον *codd. Maz.* et *Florentinus.* Mox ἔχοι pro ἔχει *MSS. Bodl.* et *Norfolc.* Cum recepisset in textum suum Burtonus ἔχοι ex aliis præterea codd. *Maz. Paris.* 1. *Florentinis*que et forsan *Med.* et *Fuket.* nunc ego idem feci.

Ibid. l. 7. ἄλλος] ἄλλως *ed. Steph.* STROTH. Ita et *Niceph.* Nunc refert Burtonus extare ἄλλως in *Reg.* et *Flor. priore* a secunda manu.

Ibid. l. 8. πᾶς τε] παντί τε *Jonesiani exemplaris et ed. Genevensis Margines.* ἄλλως τε ὃς *Christoph. Lectiones* non male. STROTH. πάντες *MS. Bodl.* πᾶς γε *Niceph.*

Ibid. αὕτη μελέτω] αὐτῆς μ. *Margines edit. Genev. et exemplaris Jones. Stephani*que *Lectt.* STROTH. Qui quidem testes, ut dixi, in unum fortasse recidunt.

Ibid. l. 9. εἰ καὶ μὴ ἐμμάρτυρός ἐστι] In codice Regio et apud Nicephorum legitur εἰ καὶ ἀμάρτυρος, quod idem est. Ceterum quanti facienda sit hæc evangelici loci explicatio, patet ex his Africani verbis; quippe qui fatetur eam nullo testimonio fulciri veterum scriptorum. Admitti tamen eam vult a nobis, eo quod nulla melior afferri possit. Quæ cum ita sint, nollem Eusebium nostrum in vestibulo historiæ suæ, mentionem hujus rei fecisse. Satius profecto fuisset ac consultius, hanc evangeliorum dissonantiam silentio involvere, ne lectoribus a fide nostra alienis, cujusmodi tunc temporis erant quamplurimi, occasio subministraretur de evangeliorum veritate dubitandi. Certe Julianus Augustus in libro contra Christianos, hanc evangelistarum dissentionem nobis objicit, teste Hieronymo in Commentariis in Matthæum. Locus Juliani extat apud Cyrillum in libro octavo contra Julianum. Auctor quæstionum Veteris et Novi Testamenti cap. 56. de hac disso-

nantia loquens, Africani opinionem improbat. Sed ipse aliam affert minus probabilem. VALESIUS. In *MS.* quoque *Norfolc.* scribitur *εἰ καὶ ἀμάρτυρος.* Nunc vero refert Burtonus scribi *εἰ καὶ ἀμάρτυρος* in *codd. Paris.* 1. *Veneto* et *Florentinis*, in *Paris.* autem 2. *εἰ καὶ ἀμάρτυρος ἔστω*, sed in *marg.* ut in editis; in *cod. Regio*, ut videtur, ut in *marg. edit. Genev.* *μὴ ἀμάρτυρος.* Sed hoc misso, supra quidem dixerat Africanus, hanc narrationem *οὐκ ἀναπόδεικτον εἶναι* *haud probatione destitutam* esse p. 235. l. 3. hoc autem loco confitetur eandem esse *μὴ ἐμμάρτυρον*, *nullius scriptoris testimonio confirmatam*, aut saltem, *nullius testis auctoritate primitus fultam, de cujus nomine nunc constat*; neque vero hoc quidem prohibet, quin censeatur Africanus Hegesippum exscripsisse, sive, hujus rei auctorem habuisse, cujus quidem narrationem de Jacobo Domini fratre cum paucis quibusdam rebus apud Africanum hic commemoratis Epiphanius in *Hæres.* lxviii. num. 13. simul positam atque conjunctam exhibuit. Confer supra notas ad pp. 344. et 346. Atque amplexi sunt hanc Africani solutionem, non tantum Eusebius in *Quæstionibus* suis *ad Stephanum Evangelicis*, quarum quidem *Breviationem* primus edidit Maius, sed veteres plerique omnes, et nonnulli ex recentioribus haud infimi subsellii eruditis. Immo usitatior opinio ipsa olim fuit, ut ex veteribus Catenis, Glossis, Scholiisque constat. Ita adducta hac solutione sibi colligit auctor *Catenæ in S. Lucam*, a cl. Cramero nuper editæ, *τῶν δύο πατέρων εἰς τὸν Δαβὶδ ἀνατρεχόντων, καὶ Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων πᾶσα περιῄρηται ἀμφισβήτησις καὶ ἅπαν σκάνδαλον* c. 6. p. 32. Et magnus quoque Casaubonus, etsi in *Exercitt. Baronianis*, Desposynorum narrationem de Herodis ortu valde irridet, in sect. tamen 17. ejusdem primæ Exerc. de traditione, quatenus ista ad Domini genealogiam pertinet, hoc scribit, " Non puto extare aliquid aut antiquius aut fide dignius." p. 96. ed. Genev. Neque aliter censuerunt alii nonnulli auctores Casaubono recentiores. Denique pertinere ad Josephum utramque genealogiam, etiam multi ex sacræ Scripturæ interpretibus hisce temporibus statuunt.

Ac revera, si extitissent narratores ipsi *ἀπὸ γένους τοῦ Κυρίου*, perinde atque Judæ nepotes ab Hegesippo supra vol. I. p. 212. commemorati, magna inde historiæ conciliaretur auctoritas; sed suspecta multis est, ut Dodwello *Dissert.* I. *in*

Irenæum sect. xx. p. 38. ipsorum cum Domino cognatio. Certe explicatio ista genealogica in suspicionem venit propter loca, in quibus homines incolebant, iis enim in sedibus sectæ hæreticorum vigebant, quæ Jesum Josephi verum esse filium et tantummodo hominem statuebant. Quid, quod teste in loco supra indicato Epiphanio, multæ hæreses fuerunt, quæ non simul constare posse affirmarent Mariæ atque Elizabet ex Levitico genere haud dubie oriundæ cognationem cum Mariæ ortu ex Davidis ac Judæ stirpe? Male, sed idcirco hi quidem neutram genealogiam, sive Lucæ sive Matthæi, si modo in canonem Scripturæ eas admiserint, ad Mariam pertinere existimare possent, sed utramque potius ad Josephum referrent.

Attamen si haud eo valet hæretica fortasse origo, ut in suspicionem adducatur narrationis veritas, minus profecto metuendum est, ne eâ quidem Mariæ virginis ortus ex tribu Judæ propterea elevetur ac tollatur, cum prorsus contrarium quid sibi ex ipsa illa collegerint Eusebius, innumerique alii.

P. 237. l. 12. Σολομῶνος] Mira est varietas accentus in hoc nomine. Maz. quidem et Fuk. codex accentum habent in antepenultima. Nicephorus vero et Fuk. codex paulo antea penultimam circumflectunt. In Regio ac Med. duplex est accentus, tum in penultima tum in antepenultima syllaba. Idque in aliis etiam nominibus supradicti codices observant, quoties ambiguum est quonam accentu notanda sint vocabula; ut denotetur in aliis quidem exemplaribus hunc accentum, in aliis vero illum reperiri. Quinetiam nostri codices paulo ante scriptum habent ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος τὰς γενεὰς καταριθμουμένοις. (p. 232. l. 18.) Sic enim omnes nostri codices, excepto Regio qui Σολόμωνος illic habet. Valesius. Eo quidem loco habent *Cod.* quoque *Savil.* seu *Bodl.* et *Macarii Catena* Σολομῶνος, sed alibi in iisdem scriptura variatur. Hoc quidem loco videntur omnes MSSti nomen ita scribere. Et usitatiorem esse hanc scripturam sine τ in codicibus in usum suum collatis supra dixerat Burtonus. Mox αὐτοῦ pro αὐτῆς *Niceph.*

Ibid. l. 14. ὁμομήτριοι ἄρα ἀδελφοὶ &c.] In hac conciliatione quam refert Africanus, duo sunt quæ nonnihil difficultatis habere videntur. Primum enim dubito, an licuerit uterino fratri viduam fratris sui uxorem ducere, et ex ea liberos procreare in nomen ac familiam fratris sui transituros. Lex

enim Deuteronomii cap. xxv. loquitur de fratre qui habitat in eadem domo, et qui est *συγγενής*. Quod quidem solis germanis aut consanguineis competit. Nam uterinus frater non est ex eadem domo neque ex eodem genere; cum genus præsertim apud Judæos ex paterna stirpe ducatur. Certe Africanus diserte testatur, Jacobum et Heli fratres uterinos contribules quidem fuisse, ex diverso tamen genere *ἐκ διαφόρων δύο γενῶν*. Secundo loco dubitare quis non immerito possit, utrum in generationibus recensendis ratio a Judæis habita sit patrum adoptivorum. Exemplum habemus illustre in Obed, cujus in genealogia Christi fit mentio. Nam cum Maalon mortuus fuisset in Moabitide, et Ruth viduam absque liberis reliquisset, Booz agnatus Maalonis, proximiore agnato jus suum ipsi concedente, Ruth uxorem accepit, quo semen Maaloni suscitaret. Ex ea tamen genitus Obedus, non Maalonis sed Boosi filius dicitur ab evangelistis, qui Christi prosapiam texuerunt; et in libro qui inscribitur Ruth. Scio quid responderi possit: Moysem scilicet de fratre duntaxat locutum: Boosum vero fratrem non fuisse Maalonis, ac proinde legem qua jubebatur, ut filius ex fratris vidua susceptus ejus nomine appellaretur, ad Boosum non pertinuisse. Deinde dici potest Boosum idcirco nominari in generatione Christi, quod illustrior extitisset quam Maalon. VALESIUS. Prius argumentum ex uterinorum fratrum conditione ductum, quod fortius stringit, mea quidem sententia, adversarium, Rabbinorum effata confirmant apud Joan. Langium, *Dissertatione de Geneal. Christi*, iv. 49. Sed potuit contingere, ait Joan. Richardsonus *Prælect. Ecclesiast.* I. cui tit. *Christi Genealogia* vol. I. p. 10. Grotio se opponens, "ut Estha Jacobi et Heli mater esset " *ἐπίκληρος* sive patris sui *hæres ex integro*, quo in casu, vel " Grotio agnoscente, præceptum legale illius filios, quamvis " fratres tantum uterinos existentes, necessario obligabat." Sic ille. Quinetiam de hac re consulere nunc licet Joannis Oxlei viri doctissimi *Epistolas ad archiepiscopum Cassaliensem*, p. 141—143. vernacula lingua scriptas.

P. 237. l. 18. Eusebius addit, Τοσαῦτα δὴ ὁ Ἀφρικανός. *Καὶ δὴ τοῦ Ἰωσὴφ ὡδέπως γενεαλογουμένου, δυνάμει καὶ ἡ Μαρία σὺν αὐτῷ πέφηνεν ἐκ τῆς αὐτῆς οὖσα φυλῆς, εἴγε κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον οὐκ ἐξῆν ἑτέραις ἐπιμίγνυσθαι φυλαῖς· ἑνὶ γὰρ τῶν ἐκ τοῦ*

αὐτοῦ δήμου καὶ πατριᾶς τῆς αὐτῆς ζεύγνυσθαι πρὸς γάμον παρακελεύεται, ὡς ἂν μὴ περιστρέφοιτο τοῦ γένους ὁ κλῆρος ἀπὸ φυλῆς ἐπὶ φυλήν. Hæc Africanus. Porro recensita hoc modo Josephi stirpe, simul etiam Mariæ genus quæ ex eadem tribu erat oriunda, tacite expositum est. Lege siquidem Mosis inter diversæ tribus homines erant vetita connubia. Uni enim ex eodem populo eademque gente mulier nubere præcipitur, ne sors patrimonii in aliam tribum transferatur. Argumento omnium, quotquot in traditionem Africani torquentur, gravissimo, quod ducitur ex omissione stemmatis veræ parentis Christi, qui ipse erat, ait apostolus, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, satisfaceret hæc Eusebii appendicula, si modo certum illud fuisset, quod Richardsonus V. D. de Estha quidem docebat, virginem Mariam ἐπίκληρον fuisse, sive hæredem ex asse, vel cohæredem, nam de his solis præceptum quod indicat Eusebius, Mosaicæ legis in cap. xxxvi. *Numeror.* intelligendum esse clarissime constat. Et notavisse jam video ad *S. Lucæ* cap. ii. 4, 5. cl. Rosenmuller, "aperte satis ostendere Lucam Mariam ex genere "Davidis fuisse. Nam alioqui in familiæ suæ urbe profiteri "debuisset. Videtur autem Maria fuisse hæres patris filio "destituti, nam alias fœminæ non relatæ sunt in tabulas pub-"licas." Hæc ille. Parentes Mariam habuisse Joacim et Annam perhibent veteres scriptores, e quibus Epiphanius, sæculo quarto scribens, Mariam ait extitisse, καὶ ἐκ μητρὸς Ἄννης καὶ ἐκ πατρὸς Ἰωακείμ· συγγένισσαν δὲ τῆς Ἐλισάβετ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς τοῦ Δαβίδ, *Hæres.* LXXVIII. cap. 17. Extant quidem verba quædam obscurissima apud Talmudem, quibus significari censet *Mariam filiam Heli* Lightfootus, *Horis in Lucam* xii. 23. Ceterum in libris quoque suis Διαφωνίας εὐαγγελίων Eusebium quondam protulisse alia quædam similia explicationum harum nobis significavit S. Hieronymus *Comment. in S. Mat.* cap. i. Et quo loco Africanum memorat Cæsariensis episcopus in *Hist.* suæ lib. vi. cap. 31. eo demum de istac narratione ita locutus est; Καὶ ἑτέρα δὲ τοῦ αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ φέρεται ἐπιστολὴ πρὸς Ἀριστείδην, περὶ τῆς νομιζομένης διαφωνίας τῶν παρὰ Ματθαίῳ τε καὶ Λουκᾷ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογιῶν. ἐν ᾗ σαφέστατα τὴν συμφωνίαν τῶν εὐαγγελιστῶν παρίστησιν ἐξ ἱστορίας εἰς αὐτὸν κατελθούσης· ἣν κατὰ καιρὸν ἐν τῷ πρώτῳ τῆς μετὰ χεῖρας ὑποθέσεως προλαβὼν ἐξεθέμην.

ANNOTATIONES

IN AFRICANI CHRONICA.

Quæ Fragmenta sequuntur celeberrimi Operis Julii Africani, in libros quinque digesti, ea maxime ex Georgii Syncelli *Chronographia*, sed partim ex Eusebii *Præparatione* et *Demonstratione Evangelii*, Cedreni *Historiarum Compendio*, aliisque auctoribus, collegi. Quum vero liber ille Georgii Syncelli perquam mendosus extiterit, in consilium igitur frequentissime adhibui Africani excerpta plurima ex Syncello tunc delitescente a viro summo Josepho Scaligero deprompta, atque in *Collectanea* sua *Græca*, quæ ad *Chronica* Eusebii olim pertinuisse statuit, relata. Etenim Scaliger non ex conjectura tantum, sed etiam ope interdum usus aliorum librorum præter Syncelli cod. a Goaro postea typis mandatum, loca plurima multo variata præstitit; quorum nonnulla quasi a Scaligero vitiata memoravit Goarus, sed injuria quidem sæpissime, alia vero neglexit, dum idem ille Syncelli editor plures earundem lectionum ad oram editionis suæ reposuit, nulla mentione facta Scaligeri. Huic autem illustri viro nonnulla Georgii Syncelli excerpta præ manibus fuisse, antequam Georgium ipsum ex bibliotheca Regia Parisiensi nactus esset, constat ex *Epistolis* ejus 151. et 159. inter se collatis. Vide et Marci Velseri Op. p. 799.–802. de Syncelli codice Italico ad Scaligerum ab Hoe-

schelio misso. Ad hæc Goarum quoque in editione Parisiensi alia quædam adhibuisse præter MStum suum ac Scaligeriana, id colligendum videtur ex multis lectionibus, quæ oræ Syncelli ab eo adlita sunt. Certiora autem nonnunquam de his variationibus attulissem, si vir eruditus Parisiis nuper degens Syncellum, quem parabat, cum orbe litterato communicasset. Attamen rem benevole procurante viro nobili Ricardo Heber, cui multum bonæ literæ debent, plus etiam postac debituræ, collationem duorum MSStorum vetustissimorum τῶν ῥήσεων Africani apud Syncellum in eadem Parisiensi bibliotheca asservatorum accepi. Illorum prior indicem habet num. 1711, (antea 713. ac 2217.) de quo nonnihil Montfauconius in *Biblioth. Bibliothecarum* tom. ii. p. 1151. alter numero 1764. signatur. Neuter vero, quantum ex Africani quidem variis lectionibus mihi licuit judicare, archetypus fuit Goarinæ editionis, saltem posterior illorum non fuit; prior quidem ab ea propius abest, eoque sæpe usus fortasse est Goarus. Conferas vero notam ad Dynast. XVI, aliosque locos. Ad alterum MS. quod attinet, etsi initio et fine et aliquot aliis quoque foliis mutilus est, tamen copiam egregiarum lectionum suppeditavit. Immo præstitit uterque sæpenumero veram scripturam, quam interdum ex conjectura tantum reponere mihi visum fuerat, multasque Scaligeri lectiones confirmavit. Confer cl. Bredovii *Epistolas Parisienses* anno 1812 editas pp. 153, 154. Locis igitur paucis quibusdam omissis, quæ diserto destituta testimonio Scaliger aliique post eum Africano attribuerunt, reliqua omnia, quam emendatissime potui, edenda curavi; Cedreno quoque chronographo in hac re adhibito, qui in *Historiarum Compendio* suo, præter alia pauca, nonnulla eorum produxit, quæ ante eum attulerat Georgius ille Syncellus. Loca insuper insignia, quæ Eusebius in *Præparatione* atque *Demonstratione Evang.* adducit, non tantum emendatiora, sed et auctiora ope Syncelli et aliorum auctorum, necnon codicum Eusebii MSS. præstiti. Hæc olim scripsi. Nunc nuperrime anno 1829 Bonnæ editus est Syncellus a viro cl. Guilielmo Dindorfio, qui in auctore suo emendando ipsis illis duobus libris Parisinis modo dictis usus est; quam quidem *editionem* ad Africani ῥήσεις sæpe memoravi.

Sed hæc hactenus. In celeberrimo Eusebii Chronico, cujus ipsum initium cum Africani verbis incipere infra ostendam, sc. Num. XXII. p. 273. insertum fuisse totum Africani fere opus Scaliger censebat, dum tamen Eusebius vix tandem illius meminerit, nisi in iis, in quibus ab ejus sententia discedit. Vid. Scaligeri Prolegom. in *Chronica* Eusebii, fol. iii. Immo haud dubitavit vir illustris cum ibi, tum in Epistolis suis, affirmare, nihil luculentum, vetustum, excellens in eo esse, quod non ex Africano Eusebius deprompserit. Nec sine causa fortasse dictum. Verumtamen nihil alienum usu veterum scriptorum, præcipue chronologorum, ab episcopo Cæsariensi factum esse novimus. Neque vero omittendum hoc est, Eusebium ipsum omnia se debere cum Africano tum aliis, quæ post Nehemiam apud Hebræos gesta sunt, in *Chronico* suo professum esse ad an. Abrahæ MDLXXXIV. p. 132. ed. Amst. anni 1658. Nunc quoque aliud quid simile apparet de Hebræorum chronologia in Armenia ejusdem *Chronici Interpretatione*, Tomi i. pag. 106. edit. Aucher. Certe idem Eusebius in *Demonstr. Evang.* lib. viii. p. 38. postquam Africani locum quendam nomine auctoris commemorato adduxit, προσήκει, pulchre ait, συγχρῆσθαι μὲν εὐγνωμοῦντας τοῖς καλῶς ὑφ' ἑτέρων εἰρημένοις· μὴ μὴν ἀποστερεῖν τοὺς πατέρας τῶν ἐγγόνων, μηδὲ τοὺς πρώτους φυτεύσαντας τῶν οἰκείων σπερμάτων. Docet præterea Scaliger *Animadv. in* idem *Eusebii Chronicon* p. 4. duas in partes divisum fuisse Africani opus, quarum posterior Canon appellata est; et, quod tamen minus certum est, duplicem ejusdem fuisse editionem ab ipso auctore profectam. Vid. et *Notas* ejus *in Græca* Eusebii, sub init. Sed de his rebus postea ad loca, quibus nititur opinio Scaligeri. Vid. Num. XXXVI. et Num. XI. ad finem Dynastiæ II. Denique de alia re paucis te, lector, morabor. Opere meo ad Africanum quod attinet, prorsus finito, nonnulla fragmentorum hujusce Chronici collecta a Gallandio fuisse in Tomo *Bibliothecæ* suæ *PP.* secundo inveni. Cum vero nihil ipse mendoso textui annotationis addiderit, tantum notas aliquot Goari in *Syncellum* Vigerique in *Eusebii Præp. Evang.* subjecerit, dictum sat erit, si omnia, quæ collegit, Excerpta hic memoraverim. Sunt autem secundum numeros meos, Excerpt. VI, VII, VIII, IX, XIII, XVII, XVIII, XXI, XXII, fere totum, XXXVI, XXXVII, XLIX, L, LV.

P. 238. l. 5. Τὴν πρώτην ἡμέραν—νοητὴν λέγει, διὰ τὸ ἀδιοργανίστου εἶναι &c.] Ediderat Scaliger in *Animadv. in Eusebii Chronologica* p. 10. ᾱ διοργανισθῆναι pro ἀδιοργανίστου εἶναι. Et *MS. Parisinus* in gratiam meam collatus, quem Goarus in edendo Syncello adhibuisse dicitur, α' διοργανίστου εἶναι habet. Sed alteram lectionem Goarinam firmatam a Cedreno video, qui in *Historiæ Compendio* locum inseruit pag. 3. ed. Par. ubi tamen ἀδιάγνωστον scribitur. Luminaria autem cœlestia, ut ex principio *Genesis* constat, ante diem quartum non facta sunt; lux vero primigenia indigesta, necdum collecta, extitit. "Per inane," ait Goarus in Notis, "diffusa et extensa (κε-" χυμένη,) non ex lucido corpore, sole puta vel stellis, tanquam "a proprio fonte micans." Similia de primigenia hac luce disserentes multos alios adduxit patres in *Epist.* sua xiv. p. 40. et deinceps, Glycas, quam quidem epistolam una cum tribus aliis primus edidit Florentiæ anno 1785. Fr. Fontanus in tomo I. *Nov. Eruditorum Deliciarum.* Vide et Grabium *Spicil. PP.* vol. ii. p. 202. ejusdem Glycæ *Annales* adducentem. Interea νοητὸς, hoc est, *spiritualis* vel *mysticus*, primus ille dies ab Africano habitus est. Scaliger aliud quid agens in *Prolegomenis ad Chronologica Eusebii,* fol. 4. ait: "Omnes illi ve-" teres (scil. Tertullianus, Africanus, alii) magnum honorem "habuerunt diei xxv. Aprilis, (Martii) qui mundum in ea con-" ditum, Christum conceptum, et passum memorant; ab eoque "πρωτόκτιστον ἡμέραν eam vocant, quod fuerit, ut quidem ipsi "putabant, princeps hebdomadis in conditu rerum; quasi "semper in ea hæserit æquinoctium ex sententia Sosigenis, "qui προήγησιν ἰσημερινὴν ignoravit." Hæc Scaliger, quibuscum conferas Syncelliani operis initium, et pag. 321. Forsitan ergo ex Africani mente ἡ πρωτόκτιστος ἡμέρα ideo mystica, seu typica (quo sensu vocem νοητὸς multi usurpant patres) erat habenda, quod τὸ φῶς ἀδιοργανίστου primam conceptionem in utero Beatissimæ Virginis similitudine quadam refert. Etenim in Fragmento quodam nomine Diodori inscripto, quod quidem ex Catenis quibusdam attulit Delaruæus ad Origenis *Homiliam* I. *in Genesin,* p. 52. ostenditur Origenes, qui Africani fuit æqualis, τὸ πρωτόκτιστον φῶς de ipso Christo mystice interpretatus esse. Εἰ δὲ τὸ σκότος (Diodorus contra disserens ait) οὐχ ἡ τῶν σωμάτων σκιὰ εἴρηται, ἀλλὰ νοητόν τι, τουτέστιν ὁ διάβολος,

τὸ, γενηθήτω φῶς, πῶς νοήσω; ἆρα τὸ ἀληθινὸν, τὸν υἱόν; τί οὖν ἂν εἴπῃς; μετὰ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν ἄβυσσον, καὶ τὸ νοητὸν σκότος τὸν διάβολον, ὁ Θεὸς λόγος; καὶ τίς ἂν τοῦτο συγχωρήσειε, ἕως ἂν τὸν νοῦν ἔχει; Ad quæ Catenæ auctor notavit istud, ἰστέον ὅτι τὴν Ὠριγένους δόξαν ἐλέγχει οὕτως ἑρμηνεύοντος. Videsis tamen Clementem Alexandrinum ante Origenem simile quid in *Strom.* vi. pag. 615. edit. Potteri asserentem.

II.

P. 238. l. 10. Ἀφρικανὸς καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος] Quid scripserit de Adami sepultura, vel Africanus, vel Athanasius, juxta cum ignarissimis scio. Et vero, donec istud e tenebris proferatur, recte dubites, postquam narrationem legeris de Joanne apostolo subducente se e conspectu omnium, a Malala in *Chronographia* sua Africano atque Irenæo, ineunte lib. xi. p. 351. adscriptam, an quidquam omnino de Adami exequiis revera reliquerint post se noster ille Africanus et Athanasius. Conferas nonnulla, quæ ad Fragmentorum horum finem de *pseudepigraphis* Africani commemoratus sum. Hæc olim notavi. Haud ita pridem prodiit Julii Pollucis *Historia Physica seu Chronicon*, in quo vetustiorem aliquem auctorem fortasse excerpens posuit; Τοῦτον (Adamum) λέγεται πρῶτον εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς εἰλήφθη, ταφῆναι· καὶ μνῆμα αὐτῷ κατὰ τὴν Ἱεροσολύμων γεγονέναι γῆν Ἑβραική τις ἱστορεῖ παράδοσις. ἦν δὲ ἄρα πρὸ πάντων ἀκόλουθον εἰς τὴν γῆν τὸν Ἀδὰμ ταφῆναι, ὅτι πρῶτος ἀκούει παρὰ Θεοῦ γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. p. 58 .edit. Hardt. In medio quasi orbe Hierosolymæ sepultus esse Adam dictus est a nonnullis. Sed satis superque de fabulis istis.

III.

Ibid. l. 15. Ἐνὼς ἤλπισεν &c.] Verba sunt τῶν LXX. in *Gen.* iv. comm. ult. Καὶ τῷ Σὴθ ἐγένετο υἱός· ἐπωνόμασε δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἐνώς· οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ.

P. 239. l. 1. ἑρμηνεύεται γὰρ ὁ Ἐνὼς ὡσανεὶ ἄνθρωπος] Glas-

sius *Onomatologia Messiæ*, pag. 99. vocem hanc Hebræam, quæ *ærumnosum, miserum, ægrotabilem*, significat, cum alibi tum in *Psal.* viii. 5. *hominem* notare dicit, eoque Psalmorum loco de Messia ait agi. Porro in Hebraicorum nominum interpretationibus, quæ bibliis Latinis solent adjici, hoc positum est: *Enos. Homo vel vir.*

P. 239. l. 2. *οὕτω δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ υἱὸς ὄντως ἀνθρώπου*] Addidi particulam *καὶ* ex *MSto priore Parisino*, et pro *υἱὸς τοῦ ὄντος ἀνθρώπου* quod habet *Syncellus*, verba altera ex Cedreni *Hist. Compendio* posui, totum locum sic exhibente Cedreno: *Ὅτι τὸ Ἐνὼς ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ πρῶτος, προσαγορεύεσθαι ὀνόματι Θεοῦ ἐστίν. Ἐνὼς γὰρ ἑρμηνεύεται ἄνθρωπος κατὰ τὸν Ἑβραϊκὸν νοῦν· οὕτως ὁ Σωτὴρ, υἱὸς ὄντως ἀνθρώπου κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον Ἀφρικανοῦ.* p. 9. Ubi et interpres postrema verba minus recte vertit, *ut Africanus in naturali oratione auctor est.* Et apud *Syncellum* quoque vox ultima *Ἀφρικανοῦ* cum antecedentibus verbis conjungitur; sed Goarus in Latina interpretatione sua rem melius administravit, et præterea prius illud vertit, *ita et Salvator* veri *hominis filius.* Rectius tamen fuerit *vere*, *ὄντως*; hoc subaudito, *Θεὸς προσαγορεύεται.*

IV.

Ibid. l. 8. *Λέγεται γὰρ ὁμωνύμως ὁ Θεὸς* &c.] Dixerat de Christo auctor *Epistolæ ad Caium quartæ* inter *Opera S. Dionysio Areop. adscripta*; *οὐ γὰρ ὡς αἴτιος ἀνθρώπων ἐνθάδε λέγεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς αὐτὸ* (corr. *αὐτὸς*), *κατ' οὐσίαν ὅλην ἀληθῶς ἄνθρωπος ὤν.* p. 74. ed. Corderii. Ubi Maximus in *Scholiis* *τὸ ἐνθάδε* per illud *ἐν τῇ οἰκονομίᾳ*, seu *Divina dispensatione*, interpretatus, ad verba illa auctoris sui, *οὐ γὰρ ὡς αἴτιος ἀνθρώπων*, hoc notavit, *τοῦτο φησὶ καὶ Ἀφρικανὸς ἐν ταῖς χρονογραφίαις·* ΛΕΓΕΤΑΙ *γὰρ ὁμωνύμως ὁ Θεὸς* &c. Nempe hæc monuerat, ut opinor, Africanus de quodam ex illis Veteris Testamenti locis agens, in quibus Deus Filius ante incarnationem ejus Homo appellatur. Atque hanc *τῆς ῥήσεως* partem ad Africanum pertinere putem; utrum vero posteriora illa, *ἐν δὲ τῇ οἰκονομίᾳ κ. τ. λ.* ei assignanda sint, aliorum sit judicium. Tantum

notabo, vocem *οἰκονομίαν* hoc sensu adhibitam, Tertulliano, qui Africano antiquior est, familiarem esse; et cognata hæc verba esse prioribus illis proxime ante ex Syncelli *Chronographia* allatis.

V.

P. 240. l. 2. *τάχα τι σημαίνει* &c.] Hæ voces, *τάχα τι* (vel *τάχα τε*, quæ quidem particula hoc modo subjungi solet) *σημαίνει τὸ πολυχρόνιον αὐτοῦ* videntur regere vocabulum *Κυριακὴν ἡμέραν*, etsi postea idem Africanus fine Num. VII. hoc habet, *τούτων μὲν οὖν ἕκαστον τῶν διαφερόντων τι σημαίνει.*

Ibid. l. 3. *διὰ τὴν ὑπερκόσμιον ὀγδοάδα*] H. e. propter ogdoadem super-mundialem, quæ existit. Irenæus lib. v. *Adv. Hæreses*, cap. 28. *Quotquot enim diebus hic factus est mundus, tot et millibus annis consummatur.* Ita ille; his autem sex millibus Irenæi annis, si regnum Christi addas in terris per mille annos, ut idem voluit auctor, mansurum, ad *super-mundialem ogdoadem* perveneris, sive ad *diem Dominicum.*—*Futuri illius judicii* (inquit Victorinus *De Fabrica Cœli* a Cavio in *Hist. Lit.* tom. I. p. 148. primo editus) *dies octavus, qui extra ordinem septimanæ dispositionis excessurus est.* Octavus autem a primo homine Mathusala fuit.

Ibid. l. 5. *πάντων ὑπάρχων πλήρωμα*] *Πάντων* pro *πρῶτον* ex *priore MSto Syncelli Parisino* reposui. Sed sic antea emendare statueram propter illud *S. Joannis* i. 16. *καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν.* Confer et *Ephes.* i. 23. Incisum post verbum *ὑστερεῖ* recte addidit Dindorfius nuperus editor Syncelli.

Ibid. l. 6. *ἀνεπλήρωσεν ὁ Σωτήρ*] Anno ætatis 31. crucis mortem Christum subiisse Africanus asserit Georgio teste pag. 325. Istos idcirco annos 31. aliis Mathusalæ 969. additis, chiliados integræ complementum, et mysticum numerum arbitratur reserare. GOARUS.

Ibid l. 7. *Εἰσὶ τρεῖς ὁμωνυμίαι*] Seth posteri fuerunt Enoch, Mathusala, Lamech. Totidem posteros fratris ejus Cain fuisse cognomines illis ait. Sed fallitur in Mathusala. Imposuit illi septuaginta interpretum editio, quæ pro Mathusael

posuit Mathusala. Jos. Scaliger, qui in *Reliquiis Græcis Eusebiani Chronici* posteriora hæc Εἰσὶ τρεῖς &c. edidit, in pag. 4. sicut partem illorum, Οὗτος ἁπάντων &c. usque ad vocem ἐννέα.

P. 240. l. 7. τῶν ἀπὸ Καῒν] Ita ediderat Scaliger. Habet autem πως pro τῶν *Goarina Syncelli editio.* Nunc adde Dindorfianam.

VI.

Ibid. l. 15. Ἀδὰμ γενόμενος ἐτῶν σλʹ &c.] Præmisit Africani istis verba quæ sequuntur Georgius Syncellus —— *Οὕτως ἀποδεδειγμένου τοῦ χρόνου καθ' ὃν δ' Ἔβερ τὸν Φαλὲκ ἐγέννησε δέκατον καὶ πέμπτον ὄντα ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ· ἄξιον οἶμαι ἐκ παραλλήλου τῶν ἡμῖν ἐπιλογισθέντων ἐν δευτέρῳ κανονίῳ παραθέσθαι καὶ τὰ παρὰ τῷ Ἀφρικανῷ ἔτη ἕως τοῦδε χρίνου, καὶ ἀπὸ τοῦδε μέχρις Ἀβραάμ· καὶ γὰρ προγενέστερος ὁ ἀνὴρ ὑπάρχει τοῦ Εὐσεβίου ἔτεσι που ἑκατόν.——Demonstrato tempore, quo Heber genuit Phalec ab Adamo quintum et decimum ; ex adverso seriei jam positæ ac in propriam summam contractæ, aliam deinceps tabulam ex Africano ; hic namque Eusebio annis circiter centum prior dignoscitur.* Interpretum LXX. computationem secutus est Africanus ; cujus nomen huic ῥήσει cum Scaliger tum Goarus præfixit.

Ibid. l. 18. ἤτοι δεύτερον θάνατον] Edidit Scaliger, qui transtulit hæc in *Eusebium* suum pag. 4. ἤτοι τὸν δ. θ. Mors Adami dicta est secunda ob priorem illam mortem, sive delictum ejus, unde jam ante mortalis fieri cœperat.

Ibid. l. 20. Ἀπὸ Ἀδὰμ] Hoc ab Adami natalibus.

Ibid. l. 23 ἐτῶν ρϟʹ.] Ita Goarus ad *marg.* Syncelli posuit pro ρϟεʹ. versionem τῶν οʹ. secutus ; jam enim monuerat Scaliger in *Notis in Eusebii Chron. Gr.* pag. 4. ubi hæc ab eo posita sunt, emendanda esse, quæ hic vitiosa sunt, ex chronographio septuaginta seniorum. In numeris enim Scaligerianis vitiose legitur supra lin. 20. σνεʹ. pro σεʹ. sicut in *Cod. Paris. pr.* erratum est, et infra l. 2. ρξδʹ. pro ρξβʹ. Et, ut obiter id notem, haud dubito, quin in Enos ætate Julius Hilarianus sæculi quarti auctor in libello suo *De Mundi Duratione*, quem

Petrus Pithœus primus edidit, ubi nunc legitur, *Enos anno* 170. *genuit Cainan*, §. 4. revera scripserit *anno* 190, quemadmodum res se habet apud Africanum, quippe cum Hilarianus ab Adami natalibus usque ad diluvium annos computaverit 2257. hosque non cum annotatore ejus in annos 2237. convertendos. vid. p. 235. tom. viii. *Biblioth. PP. Gallandianæ.* In sequentibus Μαλελεὴλ pro Μαλαλεὴλ *Codex uterque Parisinus.*

P. 241. l. 6. Μαθουσάλα γενόμενος ἐτῶν ρπζ'. ἐγέννησεν τὸν Λάμεχ.] Hoc ἐτῶν ρπζ'. Goarus ad *marg.* reposuit ex ipsius Syncelli testimonio pag. 20. pro ρπη', atque ego ex *codice altero Parisino* in textum idem vocavi; idque nunc fecit Dindorfius. Conferas et *Chronici Alexandrini* locum, quem ad Num. viii. exscripsi. Verba Syncelli hæc sunt p. 20. Τῷ χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ πεντηκοστῷ τετάρτῳ ἔτει τοῦ κόσμου, τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων τῷ ἑκατοστῷ ὀγδοηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει αὐτοῦ Μαθουσάλα φέρουσιν τὴν γέννησιν Λάμεχ· οἷς καὶ ὁ Ἀφρικανὸς ἀκολουθήσας &c. h. e. in annis Mathusalæ, non mundi, computandis, quippe quia Africano is fuit A. M. 1474, non 1454. Verum in pagg. illis 20, et 53. Syncellus pro numeris ρξζ'. quos in codicibus suis τῶν ο'. non autem ρπζ'. invenit, contra Africanum pugnat; variant enim de hac re horum interpretum exemplaria cum edita tum manuscripta. Antiqua autem et celebris est quæstio de Mathusalæ annis, quam ita proposuit Scaliger loco modo memorato. "Ab Adam ad natum Ma-"thusala, secundum editionem LXX. Seniorum, colliguntur "anni 1287. Accedant anni vitæ Mathusala 969. compo-"nuntur anni 2256. De quibus deductis annis ab Adam ad "Diluvium 2242, supersunt anni 14, quos post diluvium vixerit "Mathusala. Quod est absurdum." p. 403. Notarum. Hæc Scaliger; atque idcirco plerique omnes breviorem adeunt chronologiam Hebræorum, qua vitetur hæc difficultas. Attamen eidem ἐναντιότητι medentur computationes Africani atque Eusebii, etsi diversis viis insistentium. Rem vero optime exposuit vir cl. Hieronymus de Prato in Dissert. cui tit. *De Chronicis Libris Duobus ab Eusebio Cæsariensi scriptis et editis*; Veronæ 1750. "Plerique ac pervulgati codices" (τῶν LXX. intelligit De Prato) "annos Mathusalæ ante generationem 167. post "illam 802. tribuebant. at hæc computatio defendi non "poterat, quin diceretur eum 14. vel 15. annis superstitem

" fuisse diluvio. Nonnulli codices, quos Africanus sequutus " est, annos 187. ante generationem, at 782. post illam eidem " tribuebant: ex quo computo sequebatur, ut diluvium anno " demum ab O. C. 2262. acciderit, sex nempe post mortuum " Mathusalem annis. De hujusmodi codicibus Syncellus scri- " bit pag. 83. eos *raros nec fide dignos* fuisse: Ὁ μέντοι Ἀφρι- " κανὸς ͵βσξβʹ. ἐπελογίσατο ἐκ τινῶν σπανίων ἀντιγράφων οὕτω " περιεχόντων, οἷς οὐ χρὴ πείθεσθαι: ex his tamen codicibus " superest adhuc Alexandrinus antiquissimus et celeberrimus, " cui etiam consentit Aldina editio, atque aliæ. præterea hæc " lectio conformis omnino est Hebraico textui: itaque a Ca- " pello, Pezronio, et aliis nonnullis recentioribus, qui calculum " Græcorum codicum aut edisserunt, aut potiorem habent " Hebraico, approbatur. Verum Eusebius inivit viam quam- " dam mediam inter utramque jam expressam; nam Mathu- " salæ ante Lamech natum annos 167. tribuit, juxta quidem " prioris generis codices, post autem annos 782. juxta alteros " ab Africano usurpatos. ex qua quidem ratione sequebatur, " ut Mathusalem sex ante diluvium annis obierit, itidem ut " ex computo Africani; diluvium autem ex receptissima apud " Græcos sententia inciderit in annum 2242. At enim illud " inde sequebatur incommodum, ut idem Mathusala annis " tantum 949. in universum vixerit: qua de caussa eam Syn- " cellus explodit." Ita vir cl. cap. ii. §. 4. p. 518. Vide et eund. §. 6. p. 523. Prosper quidem Aquitanus in *Chronico Integro* Mathusalæ annos 187. ante natales Lamechi attribuit, dum inconsequenter prorsus annos 2242. ab Adamo ad diluvium recenset, sed illinc istud fortasse colligendum est, vitiose ibi legi annos 187. pro 167. p. 520. *Vetust. Lat. Chron.* a Roncallio editorum Patavii an. 1787. Et Quintus Julius Hilarianus, *De Mundi Duratione*, quem superius memoravi, primos Mathusalæ annos 167. invenit, pro quibus tamen substituendos vult annos 182, adnumeratis annis posterioribus Mathusalæ 787, ut vixisse diceretur universos 969, et jam ante diluvium mortuus fuisse. Patrocinatus denique est Africani numeris 187, dum τὰ ἀκριβῆ τῆς Γενέσεως βιβλία testem citat, *Chronici Alexandrini* Auctor, quem initio hujus notæ memoravi. In pag. quidem operis sui 114. Syncellus asserit, Africanum 989. annos pro 969. Mathusalæ assignasse, quanto

autem errore implicatus Syncellus Africano illud objecerit, ostendit Goarus ad locum. Et nunc demum de anno, quo Mathusala filium Lamech genuerit cum Africano contra Syncellum consentit cl. Bredovius in *Dissertatione de Georgii Syncelli Chronologia*, quæ nuperæ Syncelli editioni adjecta est, p. 20.

VII.

P. 241. l. 16. Πλήθους ἀνθρώπων &c.] Huic ῥήσει titulus præfixus est apud Georgium Syncellum in *Chronographia* p. 19. Ἀφρικανοῦ περὶ τῶν Ἐγρηγόρων. Qua de voce hæc scribit Scaliger *Notis in Græca Eusebiani Chronici*, ubi p. 403. primam hanc fragmenti sententiam attulit, πλήθους ἀνθρώπων voce συνῆλθον finitam lin. 17. " —— Hujusmodi Angelos ἐγρη-" γόρους vocarunt, ut est apud Cedrenum. vii. 11. 52. Et omnis " angelus ἐγρήγορος dictus est. Clemens παιδαγωγοῦ β΄. Μα-" κάριοι γὰρ οἱ ἐγρηγορότες εἰς αὐτὸν, σφᾶς αὐτοὺς ἀπεικάζοντες " ἀγγέλοις, οὓς ἐγρηγόρους καλοῦμεν. Quare ita ab illis vo-" carentur, ansam eis præbuit unicus Danielis locus iv. 10: " ubi pro Angelo textus habet עיר EIP, id est vigil. Scholion: " τὸ δὲ Εἶρ, οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἐγρηγορῶς, καὶ ἄγρυπνος, ἑρμηνεύεται. " Aliud: ἀντὶ τοῦ Εἶρ οἱ ο΄. ἄγγελον ἡρμήνευσαν. οἱ δὲ λοιποὶ " ἐγρήγορον." Hæc Scaliger p. 404. *Notar*. Ex voce autem Εἶρ deducta est a nonnullis Iris Deorum ἄγγελος apud poetas. Vid. not. ad Hesychii glossam, Ἶρις ἡ Θεός. ἄγγελος. Tantum addam, titulum esse *Versionis Theodotioneæ libri Danielis* in Codice Chisiano, Romæ anno 1772 typis impresso, τὸ Εἶρ ἄγρυπνος Δανιὴλ, p. 124. de quo quidem titulo atque his egregoris multa præmisit editor ejusdem clarissimus.

Ibid. l. 17. ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις εὗρον, οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ] Sic in comm. 2. cap. vi. *Genes.* τῶν ο΄. edd. legunt omnes præter illas ex codice Alexandrino expressas; is enim codex consentientibus aliis quoque libris, nonnullisque patribus, οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ habet. Atque in hunc modum interpretatos esse locum patres omnes Antenicænos, qui hæc verba adduxerint, notissimum est; illa, ni fallor, secutos in comm. 6. et 7. epistolæ Judæ ab apostolo aliunde producta. Solus mihi

excipiendus videtur Africanus in hoc loco, et fortasse Origenes lib. v. *Contra Celsum*, cap. 55. qui verba ad animum vitæ corporeæ cupidum Philonem secutus traxit, sed hoc more suo faciens, sicut in tomo vi. *Comment. in Joan.* cap. 25. nam in tomo xiii. *ejusd. Comm.* cap. 37. communem sententiam amplexus hæc scripsit; *οὐ μόνος δὲ ὁ ἄνθρωπος ἐξέπεσεν ἐκ τελείου ἐπὶ τὸ ἀτελὲς, ἀλλὰ καὶ ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας.*

P. 241. l. 19. *μυθεύεται δὲ, ὡς οἶμαι, ἀπὸ τοῦ Σὴθ* &c.] Verba quæ sequuntur a Goaro in *margine Syncelli*, undecunque ab eo desumpta, posita sunt, *μυθεύεται δὲ ὡς οἶμαι ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ὅτι οἱ υἱοὶ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ Σὴθ προσαγορεύονται.* Quæ in versione sua idem ille secutus est; mihi vero nihil hoc loco mutandum videtur, si post *οἶμαι* plene distinguatur, et *οἱ μὲν*, verbo *οἶμαι* nunc absorptum, vocibus *ἀπὸ τοῦ Σὴθ* præfigatur. Ceterum eleganter Africanus scripsit *μυθεύεται*, hoc, opinor, sensu, *involucro mysticæ appellationis veritas occulitur.* Similemque interdum subjectam esse notionem substantivo *μῦθος*, ad Platonis *Gorgiam* §. 60. notavi.

Ibid. l. 23. *ἀποκαλεῖ*] Pro *ἀποκαλεῖν* Goarus ad marg. *Syncelli* *ἀποκαλεῖ* habet, quod constructione verborum postulari videtur; suadere tamen videntur infinitivi modi qui sequuntur, hæc sisti ad modum quo ab aliquo literatore ex opere Africani olim excerpta fuerant. Nunc *ἀποκαλεῖ* nupera Syncelli editio recepit, perinde ac *τὸ* articulum sequentem.

P. 242. l. 1. *τὸ τῆς φύσεως ἀνόμοιον*] Articulum *τὸ* addidi ex *MSto priore Parisino* desumptum.

Ibid. l. 2. *τὴν ἀγανάκτησιν ποιήσασθαι τὸν Θεόν*] Dixerat Africanus tradere S. Scripturam, *τὴν ἀγανάκτησιν ποιήσασθαι τὸν Θεὸν*, h. e. ni fallor, *Deum indignatum esse*, seu, *iram intra se concepisse.* Spectatur *Genesis* vi. 6 *καὶ ἐνεθυμήθη ὁ Θεὸς, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ διενοήθη.* Goarus autem ad *marg. Syncelli* posuit: *εἰς ἀγανάκτησιν κινήσασθαι τὸν Θεόν.*

Ibid. l. 3. *εἰ δὲ ἐπ' ἀγγέλων νοοῖτο ἔχειν τούτους*] Modo loci sensus sit, *sin vero de angelis hoc dictum esse intelligitur*, et *τοῦτο* pro *τούτους* legatur, nulla præterea mutatione hic opus esse videtur, etsi in sequentibus *τῶν* pro *τοὺς* scribi in *Syncelli Cod. Paris. priori* dicatur.

Ibid. l. 4. *ἔτι δὲ*] Goarus ad marg. posuit, unde accepta,

ignoro ἐσχολακότας συνιέναι χρὴ οὓς τῶν ἄστρων κινήσεως, καὶ τῶν μετεώρων τὴν γνῶσιν ταῖς γυναιξὶ παραδεδωκέναι λέγει, ἀφ' ὧν &c. Sed eorundem ope suppleri debere voces ἐσχολακότας συνιέναι χρὴ, ante illas τῶν μετεώρων ponendas, nunc arbitror. Similia autem istorum Africani dictorum protulit Julius Pollux in *Hist. Phys.* p. 22. ed. Biancon. p. 61. ed. *Hardt.*

P. 242. l. 4. ἀριθμῶν κινήσεως] Habet Olympiodorus *Præfatione Scholiis in Gorgiam Platonis* præmissa, κἀκεῖσε γίνονται ἐντεύξεις καὶ θεωρημάτων κινήσεις. §. 2. Hoc igitur Africani loco significari puto *numerorum investigationem.* Atque huc pertinent Ciceronis illa in Lib. ii. *De Divinatione* cap. 6. *Solis defectiones itemque lunæ, prædicuntur in multos annos ab iis*, qui siderum cursum et motus numeris persequuntur.

Ibid. l. 6. τῶν μετεώρων ταῖς γυναιξὶ τὴν γνῶσιν παραδεδωκέναι] Clemens Alex. *Strom.* v. cap. 1. οἱ ἄγγελοι ἐκεῖνοι οἱ τὸν ἄνω κλῆρον εἰληχότες, κατολισθήσαντες εἰς ἡδονὰς, ἐξεῖπον τὰ ἀπόῤῥητα ταῖς γυναιξὶν, ὅσα τε εἰς γνῶσιν αὐτῶν ἀφῖκτο, κρυπτόντων τῶν ἄλλων ἀγγέλων, μᾶλλον δὲ τηρούντων εἰς τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν· ἐκεῖθεν ἡ τῆς προνοίας διδασκαλία ἐῤῥύη, καὶ ἡ τῶν μετεώρων ἀποκάλυψις. p. 650. ed. Potteri. Similia habet Tertullianus *De Cultu Fœm.* lib. I. cap. 1. et *Apologet.* fine cap. 35. et *de Idololatria*, c. 9. Cyprianusque *De Habitu Virginum* p. 90. Sed omnia hæc, atque plura hujusmodi, ex apocrypho libro Enochi desumpta videntur esse, cujus nobile fragmentum, quod servaverat Syncellus, a Scaligero in *Notis* editum est *ad Græca Eusebii Chron.* p. 404. &c. Longe vero lateque per orientem sparsa sunt hoc genus deliria. Ipse autem Enochi liber tamdiu perditus nunc demum opera viri reverendissimi orbi restitutus est. Nuperrime enim versionem ejus Æthiopicam, tum vero aliam ex ea in Anglicam linguam interpretationem, edidit Ricardus Laurence, ultimus, proh pudor! archiepiscopus Casseliensis. Alterum vero librum apocryphum, *Ascensionem Isaiæ*, ab eodem præsule publici juris factum supra commemoravi sub finem Notarum in HEGESIPPUM.

Ibid. l. 7. ἐποιήσαντο παῖδας] Ita ex *MSto Parisiensi* pro ἐποίησαν τοὺς παῖδας edidi. Quod et nunc fecit Dindorfius in nupera editione Syncelli.

Ibid. l. 9. ἐν κατακλυσμῷ] Additur apud *Syncellum* pag. 20.

vox *ἄπιστον*, qua ibidem concluditur hoc fragmentum. Quum vero augenda sit hæc *ῥῆσις* accessione alterius excerpti in p. 21. quod sic incipit, *Ἔγνω πᾶν ὁ Θεὸς ἀφάνισαι ζώων γένος ἐν κατακλυσμῷ, ἀπειλήσας κ. τ. λ.* ubi vox abest *ἄπιστον*, eandem tanquam huic loco minus commodam, et ex margine fortasse olim advectam, rejiciendam putavi. Confer *Genes.* vi. 7.

P. 243. l. 2. *ἐπὶ τὰ ὄρη Ἀραρὰτ*] *Genesis* viii. 3. *καὶ ἐκάθισεν ἡ κιβωτὸς — ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ Ἀραράτ.* Ubicunque apud S. Scripturam commemoretur Ararat, ibi Armeniam intelligendam esse, alii fere omnes consentiunt.

Ibid. l. 3. *ἐν Παρθίᾳ εἶναι*] Imo in Armenia: nisi librarius cunctis authoribus certior vaticinetur. Cedrenus ex Georgio; *τὰ ὄρη Ἀραρὰτ ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ τῆς Ἀρμενίας εἶναι, τινὲς δέ φασιν ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας.* [p. 10. *ed. Paris.*] Author ipse (scil. Georgius postea p. 73.) *ἐπὶ τὰ ὄρη τοῦ Ἀραρὰτ, τοῦτ' ἔστι τῆς Ἀρμενίας.* Goar. At vero *Parthiam* scribere Africano licebat, nam locum arcæ appulsu celebrem, Mediæque conterminum, illis temporibus Parthico imperio paruisse constat. Ita regiones omnes a flumine Indo usque ad Tigrim *generaliter Parthiam dici*, tradit Orosius, *Hist.* lib. I. cap. ii. p. 14. ed. Havercamp. Habet porro Epiphanius *Adv. Hær.* lib. I. t. I. c. iv. p. 5. post *Genesis* locum allatum—*ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀραρὰτ, ἀναμέσον Ἀρμενίων καὶ Καρδυέων ἐν τῷ Λουβὰρ ὄρει καλουμένῳ.*—Et paulo post,—*ἐπεκτεινόμενοι δὲ καὶ πρόσω βαίνοντες ἀπὸ τοῦ Λουβὰρ ὄρους καὶ ὁρίων τῆς Ἀρμενίας, τούτεστιν Ἀραρὰτ τῆς χώρας, γίνονται ἐν πεδίῳ Σεναὰρ ἔνθά που ἐπελέξαντο· κεῖται δὲ αὕτη ἡ Σεναὰρ νυνὶ ἐν χώρᾳ τῇ Περσικῇ.* p. 6. Eusebiusque ait in *Chronico*, *isti montes in Armenia superiore sunt secus Persas;* ad quos jam translatum fuerat Parthicum imperium. Et de eorum situ Chardini ac Thevenoti *itineraria* consulenda sunt. De monte vero Ararat, et ciboti ad illum appulsu, ita Philostorgius *Hist. Eccl.* lib. iii. cap. 8. *Ὁ δὲ Εὐφράτης πόταμος ἐξ Ἀρμενίων κατὰ τὸ προφανὲς ἀνατέλλει. ἔνθα τὸ ὄρος ἐστὶ τὸ Ἀραρὰτ, ἔτι καὶ πρὸς Ἀρμενίων οὕτω καλούμενον. ἐφ' οὗ καὶ τὴν κιβωτὸν ἱδρυνθῆναι φησὶν ἡ γραφή· ἧς ἄχρι καὶ νῦν εἶναι φασὶν οὐ μικρὰ λείψανα τῶν τε ξύλων, καὶ τῶν ἥλων ἐκεῖσε σωζόμενα.* Credat, qui volet; etsi simile quid Eusebius ex Josepho aliisque scriptoribus in *Onomastico* suo *Urbium et Loc. S. Scripturæ* retulit, p. 20. ed. Amst. illique

auctores a Grotio ad lib. suum *De Veritate Rel. Christ.* I. 16. p. 58. ed. Clerici allati; nec multum me movet testimonium ab eremita illo montis Ararat incola conscriptum, quod cum ab eo Joanni Struyesio datum esset anno sæculi decimi septimi septuagesimo, postea ab hoc viro in *Itinerario* suo repositum est in cap. xviii. p. 216. Anglicæ Versionis. Ceterum id, quod refert Africanus de Celænis, cl. Bryantii firmat opinionem in *Analysi Mythol. Antiquæ* vol. ii. p. 232. prolatam, qui ex solis oraculis Sibyllinis colligit, olim traditum fuisse, arcam Noachi prope Apameam, minoris Phrygiæ urbem, ante appellatam Celænas, deinde Ciboton, substitisse; qua quidem re satis explicari posse putat figuras illas aversa parte numi Apameensis insculptas. Verbum interim εἶναι post vocem Παρθίων lin. 3. ex Cedreno addidi.

P. 243. l. 6. οἱ δὲ ἐξῆλθον] Ex *MSto Parisiensi* ἐξῆλθον pro ἐξελθόντες reposui, quod et nunc fecit Dindorfius. Goarus vero redundare τε putaverat post εὐλογοῦνται lin. 8.

Ibid. κατὰ συζυγίας—καὶ οὐχ—κατὰ γένη] Nihil hinc mysticum cum Africano erue, nam ex S. Scriptura constat, arcam *ingressa* esse animalia non tantum κατὰ γένη, sed etiam δύο καὶ δύο, ἄρσεν καὶ θῆλυ, sive κατὰ συζυγίας: immo vero eadem *egressa* esse κατὰ γένος, notum est ex comm. 19. cap. viii. *Genesis*; hoc tamen κατὰ γένος a codicibus nonnullis abesse, memoravit cl. Holmesius ad loc. Conf. cap. vii. comm. 9, 15, 16.

VIII.

Ibid. l. 23. Νῶε ἦν ἐτῶν χ′. &c.] Idem in priore quoque ῥήσει ex S. Scriptura refert Africanus hujus pag. lin. 1. Vox autem Ἀφρικανοῦ huic ῥήσει apud *Georgium* præfixa est.

Ibid. l. 25. ͵βσξβ′. ἔτη] Paulo ante Georgius ipse dixerat; Ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ͵βσμβ′. Dum discrepant Eusebiana ista annis 20. ab Africani numeris, orta est hæc differentia ex annis, quos Mathusala jam vixisse dicitur, quo tempore genuit Lamechum. Vid. not. ad Num. vi. p. 242. Idem quoque placitum Africano attribuit *Chronici Paschalis* seu *Alexandrini* auctor his verbis: Ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἔτει τοῦ

Σὴμ, ἑξακοσιοστῷ δὲ τοῦ Νῶε, καὶ ͵βσξβ'. ἔτει γενέσεως κόσμου ἐγένετο ὁ κατακλυσμὸς ἐπὶ τῆς γῆς. τοσαῦτα δὲ μέχρι τὸν (for. τοῦδε) ἐνταῦθα καὶ ὁ Ἀφρικανὸς συνήγαγεν, ἐπειδὴ καὶ τὰ ἀκριβῆ τῆς Γενέσεως βιβλία ρπζ'. φαίνει τοῦ Μαθουσάλα ἔτη, καὶ οὕτως αὐτὸν γεννῆσαι τὸν Λάμεχ. p. 21. ed. Ducangii, p. 36. ed. nov. Similiter Epiphanius, *Adv. Hæres* I. 1. postquam narravit, in arca servatum Noe fuisse, hæc habet, καὶ οὕτω παρῆλθε δεκάτη γενεὰ δι' ἐτῶν δισχιλίων διακοσίων ἑξηκονταδύο. καὶ ὁ κατακλυσμὸς πέπαυται. n. 4. p. 5. ed. Petavii. Joseppus itidem, sæculi quinti, vel sexti fortasse, scriptor in *Libello* suo *Memoriali* a J. A. Fabricio primum edito in *Bibliotheca Græca*, deinde a Venetis *Appendici Bibliothecæ Patrum Gallandianæ* addito, capite ejus 150, (ubi cum periodo Alexandrina, cumque Græcis hanc Africani chronologiam sequentibus, signantur anni ad incarnationem Christi a condito mundo 5500.) itidem annos 2262. ab Adam ad Noe computat.

IX.

P. 244. l. 2. Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν &c.] Præfixum est Ἀφρικανοῦ nomen apud *Georgium Syncellum* p. 86. Hæc autem ante Syncellum editum a Scaligero in *Eusebiana sua* pag. 9. partim relata fuerant.

Ibid. l. 3. Ἀρφαξὰδ δὲ γενόμενος] Particulam δὲ a Goaro omissam præstabat Scaliger, quem tuentur *MSSti Parisini*, eandemque nunc recepit Dindorfius.

Ibid. γεννᾷ τὸν Σαλὰ] Neque Africanus neque Eusebius τὸν δεύτερον Καϊνᾶν recensent in posteritate Sem, quem præter auctoritatem Hebraici tam Judæorum, quam Samaritarum, codicis editio septuaginta Seniorum posuit: quod nemo scire neque unde hauserint potuit, neque cur posuerint, hactenus causam reddere. Extat quoque in genealogia Messiæ apud Lucam. Quare est locus, qui valde interpretes tum veteres, tum novos torsit.——Atqui neque Africanus neque Eusebius soli hoc fecerunt; exemplo enim vel eorum, vel antiquiorum, chronologi hunc Kaïnan, quem Judæi et Samaritæ ignorant, omiserunt, neque Epiphanius agnoscit hæresi Melchisedicarum p. 205. SCALIGER *in Græca Eusebii*, p. 409. Recte

dubites, an Cainan istum ipsi interpretes Græci in versione sua ab initio habuerint. Certe neque Africanus, nec fortasse Eusebius, in codicibus suis *τῶν ο'*. eundem invenisse videntur. Consulas præter alios cl. virum Hieron. De Prato in *Dissert.* supra laudata p. 365. *De Duobus Libris Chronicis Euseb.* ubi in cap. iii. *Observatt.* de Cainan secundo fuse disputavit. Merentur autem, ut conferantur de additamento isto Grabius in Opusc. *De Vitiis LXX. Interp. ante Origenis a cum illatis* p. 25. et p. 40. atque Usserius *De Chronol. Sacr.* c. vi. Ad Eusebium tamen quod attinet, illum non omisisse annos Cainanis, ait se adhuc putare, nec Syncelli verbis sæpius hoc Eusebio objicientis moveri, eruditissimus Pearsonius in *Epistola ad Edv. Bernardum* a cl. Hearnio edita in Præfat. sua ante *Thomæ Sprotti Chronicon*, p. xlviii. Saltem in Hieronymiana *Chronici Eusebiani* Versione hujus Cainan annos extare videbis. At vero in archetypo Græco nullum olim extitisse hoc loco Cainan, nunc demonstrat Armenia Chronici hujus interpretatio. Immo vero inde constat, neque in codice *τῶν ο'*. hunc Cainan repertum esse, quo usus est Eusebius, cum tota nominum series secundum eorum versionem posita esse dicatur. Cons. edit. ejus Aucherianam Venetiis an. 1818. typis impressam, Vol. I. pag. 181.

P. 244. l. 3. *͵βτϟζ'*.] Numeri huic loco atque nominibus Sala, Heber, Phaleco subjecti annum a mundo condito pro Africani rationibus designant.

Ibid. l. 8. Φαλὲκ—*οὕτως ἐπικληθέντα διὰ τὸ* &c.] *Genes.* x 25. Καὶ τῷ Ἕβερ (quem Epiphanius lib I. i. *Adv. Hæres.* n. 4. *εὐλαβῆ καὶ θεοσεβῆ* appellat) *ἐγεννήθησαν δύο υἱοὶ, ὄνομα τῷ ἑνὶ, Φαλέγ· ὅτι ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ διεμερίσθη ἡ γῆ* &c. *τὸν* pro *τὸ* mendose *Syncellus*, quem corrigunt Scaliger et *MSSti Parisienses.* Mox Ῥαγαῦ quod habent *LXX. Interp.* bis posui ex *MS. Paris. posteriore* pro Ῥαγάμ.

Ibid. l. 11. *ἔτη ͵γ'*.] Georgius addidit: *κατὰ δὲ Εὐσέβιον βϡπ'*. h. e. *secundum Eusebium* 2980. demptis nimirum viginti annis quos addunt, cum Africanus, tum vero editiones quædam codicesque scripti *τῶν ο'*. tempori *τῆς παιδοποιΐας* Mathusalæ. Attamen veri numeri Eusebiani sunt 2982, unde fit, ut ab Africani illis 3000. differant annis tantum 18; suppressit autem Africanus duos illos ante natum Arphaxad annos causa

latet. Prorsus vero convenienter cum Africani summa 3000, aliisque ejusdem chronologi rationibus a plerisque omnibus olim receptis, hæc scribit Eustathius *Comment. in Hexaem.* Γίνεται οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὴν τελευτὴν Φαλὲκ ἔτη τρισχίλια· ἐπὶ δὲ τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν καὶ ἀνάστασιν ἔτη πεντακισχίλια, καὶ πεντακόσια τριάκοντα ἕν. p. 55. ed. Allatii. Vid. Num. x. fin. p. 246. et Num. L. p. 306.

P. 244. l. 14. Θάρα ο'. ἐτῶν ὢν] Goarus hic et supra posuit ad marg. Θάῤῥα. Sed Θάρα cum simplici ρ præstant plurima exemplaria τῶν ο'. cum edita tum scripta. Ceterum, etsi aliter sensit Africanus, ut ex his Syncelli verbis patet in pag. 92. Ἀφρικανὸς ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη ͵γσβ'. ἐπελογίσατο, Thara tamen Abrahamum filiorum suorum natu minimum genuisse anno ætatis suæ 130. non 70. videtur. Vide Usserii *Chronol. Sacr.* c. vii.

Ibid. Ἀῤῥάν] Ita plerique τῶν ο'. codices editi scriptique, *MStus Syncellus posterior Parisinus*, Scaliger in *Eusebianis*, Goarusque ad *marg. Syncelli*, in cujus tamen textu extat Ἀρὰμ, quod habent nonnulli τῶν ο'. codices, plures autem Ἀῤῥὰμ, quemadmodum *MS. Syncellus prior Parisinus.* Ἀῤῥὰν nunc edidit Dindorfius.

Ibid. l. 15. Τῷ ͵γσοζ'. ἔτει—γῆς] Hoc Africani ex p. 93. *Syncelli* huc transferendum duxi, quia desiderabatur hoc loco aliquid de Abrahami profectione, cum annos vixisset 75. Præfixus autem hic titulus est, Κατὰ Ἀφρικανόν. Et liquido ostendit istæc Africani esse verba Prosper Aquitanus in *Chronico Integro*, qui annos 3387. ab Adam ad usque primum promissionis annum computat, non autem Africani istos 3277. quia annos 130. τοῦ δευτέρου Cainan, quos reliquit Africanus, in computo suo addidit, contra neglectis viginti illis Mathusalæ de quibus ad Num. vi. p. 365. ubi dixi eundem Prosperum annos 2242, non, ut statuerat Africanus, 2262, ab Adamo ad diluvium signasse. Itaque reliqui numeri 110, si modo Africani illis 3277. addantur, Prosperi summam annorum 3387. conficient.

Ibid. l. 17. Ἔνθεν ἄρχεται—τοῦ προειρημένου.] Apud *Syncellum* pag. 99. hæc verba extant proxime ante illa, Συνάγεται τοίνυν &c. quæ non solum ibi, sed et hic in pag. 86. posita sunt. Eodem igitur ordine edenda illa curavi, contra quam

fecit Scaliger, qui hæc verba ἔνθεν ἄρχεται &c. alteri loco Συνάγεται τοίνυν &c. subjunxit. Præfixus autem titulus est istis, Ἀφρικανοῦ περὶ Ἀβραάμ.

P. 244. l. 17. Ἑβραῖοι γὰρ οἱ περάται ἑρμηνεύονται] Et hæc quoque aliorum veterum opinio fuit, Hebræos non ab Eber filio Sala dictos, quod sane locum non habet, sed a verbo Hebræo, quod significat περᾶσαι, aut a præpositione עָבַר vel עֵבֶר πέρα, unde Hebræi, tanquam περᾶται, quod nimirum Abraham patriarcha Hebræorum transeuphratensis fuerit. Aliter Περαῖται dici possunt, ἀπὸ τῆς Περαίας, ut περάται ἀπὸ τοῦ πέρα. Nam utraque regio tam ea, quæ trans Jordanem, quam quæ trans Euphratem, περαία dicebatur, et homines utriusque περαῖται. Apud Josephum ἁλώσ. lib. ii. cap. 42. τῷ δὲ ἄρχοντι τότε τῆς Ἰδουμαίας Νίγερι· γένος δὲ ἦν ἐκ τῆς περὶ Ἰορδάνην περαίας. διὸ καὶ Περαΐτης ἐπεκαλεῖτο. Pseudohegesippus hunc locum Josephi vertens inepte transeuphratensem intellexit, quum transjordanensem, Josephus intellexerit. De transeuphratensibus Ezra lib. iv. 11. Num. xxiv. 24. ubi עֵבֶר πέρας, ἀντὶ τῆς περαίας, SCALIGER. p. 410. Favent huic interpretationi οἱ ο′. qui *Genes.* xiv. 13. ita verterunt, Παραγενόμενος δὲ τῶν ἀνασωθέντων τις ἀπήγγειλεν Ἀβρὰμ τῷ περάτῃ, &c. Vide autem Bochartum contra disputantem in *Phaleg.* lib. ii. cap. 14. et Montfauc. ad *Hexapl.* ad locum.

Ibid. l. 18. διαπεράσαντος] Ita *Syncelli MSSti Parisini*, atque ita ediderat Scaliger. Sed in *Syncelli textu* legitur διαπεράσαντο, ubi ad *marg.* emendavit Goarus οἱ διαπεράσαντο addito μετ' ante Ἀβραάμ. Cedrenus vero *Hist. Compend.* p. 27. ed. nov. p. 49. loci sensum ita dedit; διαπεράσας δὲ (Abraham) τὸν Εὐφράτην, τὴν προσωνυμίαν ἔλαβεν, Ἑβραῖοι γὰρ περᾶται λέγονται. οἱ δὲ, ἀπὸ Ἕβερ λέγουσιν αὐτοὺς καλεῖσθαι Ἑβραίους.

P. 245. l. 3. τῆς κατηγγελμένης] Edidit Scaliger τῆς κατεπηγγελμένης. Syncellus quidem priore loco pag. 86. habet ἐπηγγελμένης, ut supra in lin. 16. Sed κατηγγελμένης illo Syncelli loco *MSS. Parisienses.*

Ibid. l. 5. ἔτη ͵αιε′.] Scaliger posuit annos ϡιε′. 915. sed eos perperam collectos fuisse, ex numerorum collatione facile apparet. Ostendere id quoque supersedeo, quum longa esset expositio quî factum sit, ut in Notis vir summus affirmaret.

Africani rationes ab Eusebianis superari annis 7, dum contra illæ Africani alteras excedunt annis 18.

P. 245. l. 5. ἔτη ,γσοζʹ.] Testatus est Syncellus pagg. 54. et 92. Africanum a mundo condito ad primum annum vitæ Abrahami annos 3202. computasse, quibus si ætatem addas patriarchæ vocati in terram Canaan, cum annos natus esset 75. summa conficietur annorum hic memorata 3277. Et huic quidem summæ omnes ac singuli numeri in hoc laterculo positi quam optime conveniunt. Eadem porro computatio Joseppo illi olim placuit, cujus opusculum ad Num. VIII. p. 372. commemoravi. Conveniunt et numeri Epiphanii, loco ibidem indicato, in quo annos 3332. ad usque Abrami natales computat, additis nimirum annis illis τοῦ δευτέρου Cainan, quos omittere solet Africanus. Confer et Epiphanii cap. 8. De annis interea sexaginta, quos perdidisse Africanus, pariter atque alii veteres, censetur, propter Abrahami natales, citius quam oportebat, ab eo constitutos, hoc est anno patris Tharæ 70, pro 130, consulendi sunt chronologi; magis enim quinam fuerint Africani numeri, quam qui debuissent esse, mihi curæ fuit exponere.

X.

Ibid. l. 14. Αἰγύπτιοι μὲν οὖν &c.] Apud *Syncellum* præfixus est titulus: Ἀφρικανοῦ. Περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων μυθώδους χρονολογίας. Scaliger in pag. 8. *Eusebiani* sui *Chronici* eandem hanc Africani ῥῆσιν posuerat.

Ibid. ἐπὶ τὸ κομπωδέστερον χρόνων περιττὰς περιόδους] Ita ediderat Scaliger, sed τῶν pro τὸ, et περὶ τὰς pro περιττὰς, mendose habet *Syncelli textus Goarinus*, ubi in *marg.* positum est, ἐπὶ τῶν χρόνων κομπωδέστερον φλυαροῦντες.

Ibid. l. 16. ἅς τινες τῶν ταῦτα ἀκριβοῦν δοξάντων συστέλλοντες] Confer *Syncell.* pag. 18. Et narrasse olim nonnullos annum antiquissimum Ægyptiis unius tantum fuisse mensis, seu ἐνιαυτοὺς σεληναίους, ex Diodoro Siculo, Plinio, Varrone, Proclo in *Timæum Platonis*, ostendit vir doctissimus Jacobus Perizonius *Ægypt. Orig.* cap. ii. p. 20. &c. Nunc rescire licet, quæ de convenientia horum lunarium apud Ægyptios annorum cum Hebræa ante diluvium Chronologia sibi collegerit Eu-

sebius, disertam hac de re mentionem faciente *Armenia Chronici Eusebiani Interpretatione* in Vol. I. p. 201. edit. Aucher. aliisque locis. Denique brevia quædam de numeris ac periodis Ægyptiorum et Chaldæorum præstantissimus Pearsonius annotavit ad *Expositionem* suam *Symboli*, Artic. I. p. 59.

P. 245. l. 20. *οἱ παρὰ Πλάτωνα ἱερεῖς εἰς Σόλωνα* &c.] Locus est in *Timæo Platonis*. *Τῆς δὲ ἐνθάδε διακοσμήσεως παρ' ἡμῖν* (de Ægypto sacerdotes hæc narrant Atheniensi Soloni) *ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν ὀκτάκις χιλίων ἐτῶν ἀριθμὸς γέγραπται, περὶ δὲ τῶν ἐννακισχιλία ἔτη γεγονότων πολιτῶν σοι δηλώσω διὰ βραχέων, νόμους τε, καὶ τῶν ἔργων αὐτοῖς ὃ κάλλιστον ἐπράχθη*. p. 23. ed. H. Steph. De septem vero et decem annorum millibus usque ad Amasim regem post Herculem unum de Diis duodecim crepasse Ægyptios, refert Herodotus, L. ii. *Hist.* cap. 43.

P. 246. l. 1. *τί δεῖ καὶ λέγειν*] Particulam *καὶ* ex *MSto Syncelli Parisiensi* addidi. Supra Scaliger habet *καὶ τὸν* pro *ἢ τόν*. De re ipsa adi Ciceronis Lib. I. *De Divinat.* c. 19. atque Davisium ad loc.

Ibid. *τὸ ἀνέκαθεν γεγονότες, ἀπὸ Ἀβραὰμ ἀρξάμενοι*] Habet Goarus ad *marg.* sed minus bene, *γεγονότες ἀπὸ Ἀβραὰμ, τὸ ἀνέκαθεν ἀρξάμενοι*.

Ibid. l. 3. *μετὰ τοῦ ἀληθοῦς*] Legend. opinor. *κατὰ τοῦ ἀλ.*

Ibid. l. 8. *παραδεδώκασιν*] Sequitur apud *Syncellum* laterculum decem regum Chaldæorum, quod quidem in Africani *Chronicis* olim extitisse viri docti quidam opinantur; neque vero id pro certo statuendum esse videtur, cum potuerit ipse Eusebius, in cujus *Chronicis* idem existit vel ex Apollodoro, vel aliunde, illud depromere. Cons. *Chron.* ejus Lib. priorem cap. 1. pag. 5. edit. Maianæ ed. Rom. 1833.

XI.

Ibid. l. 17. DYNASTIÆ ÆGYPTIÆ] Magni habendæ essent regum Ægyptiorum Dynastiæ, quæ ex historia Manethonis sacerdotis Ægyptii ab Africano Eusebioque olim collectæ sunt, præsertim si aut certæ fidei illas esse sinerent argumenta contraria ex ipsis Dynastiis petenda, aut satis sani superessent numeri cum in singulorum regum annis, tum in summis om-

nium annorum collectis, inventi. Præstantissimum et nunquam satis laudatum monumentum easdem appellat Scaliger Prolegom. in Eusebii *Chronica* fol. 3. Aitque vir cl. Joannes Marshamus initio ipso *Chronici* sui *Canonis*, "quicquid supellectilis "hodie superest ad instaurandas Ægyptiorum origines, id "fere totum deberi Syncello." Syncellus nempe, postquam nonnulla ex veteri quodam Chronico desumpta, Eratosthenis Catalogum Thebanorum regum, seriemque regum Ægypti, unde unde istam hauserit, dedit, Dynastias hasce Ægyptias ex Africani Eusebiique operibus exhibuit. Verum luculenter ostendit cl. Perizonius in *Investigatione Ægyptiarum Originum*, quam fere omnia in his catalogis occurrant turbata, confusa, corrupta, et sæpissime a se ipsis et invicem discrepantia, cum in regum nominibus et serie et annis, tum in annorum collectorum summis; idque per magnam operis sui partem persecutus, potissimum in capite quarto rem ob oculos lectoribus clare proposuit. Sed de his rebus multa erudite atque subtiliter causâ eruendarum Ægyptiarum antiquitatum vel hodie disputari solet. Mihi vero id maxime in animo fuit, ut Manethonis Dynastias, quales ab Africano olim in Chronico suo exhibitæ fuissent, ceteris ejusdem Chronici fragmentis adjicerem. Cumque ad Manethonem Dynastiæ illæ ab Eusebio collectæ pariter pertinerent, eas cum his Africani conferendas esse censui, ut ex alteris alteræ, si fieri potest, emendentur ac corrigantur, quippe quæ apud Georgium illum Syncellum alteræ alteris succedunt, et a Scaligero utræque ex Syncelliano opere, antequam id typis a Goaro mandatum erat, in *Thesauro* suo *Temporum Eusebiano* non uno tantum loco collocatæ sunt. MSStos Parisienses Syncelli taceo, de quibus supra in notis egi ad initium hujus Chronici p. 358. Ad hæc neque Eusebii Chronica a S. Hieronymo Latine versa neglexi, in quibus nonnullæ quidem harum Dynastiarum sitæ sunt; neque fragmenta posthabui Manethonis, quæ servavit Josephus in lib. primo Operis sui *Contra Apionem* res Dynastiæ decimæ octavæ complectentia, cumque Africani nominibus atque annis singulorum regum satis bene convenientia. Quæ quidem nomina atque annos sistit ex Josepho lectoribus suis S. Theophilus Antiochenus in lib. iii. *ad Autolycum*, sed mendose admodum ibi nunc existentia. Quæ autem regum series apud Syncellum

præterea extant, eas variæ lectionis eruendæ causâ conferre cum Dynastiis istis omisi, utpote quæ aliis præter Manethonem scriptoribus debentur.

P. 246. l. 23. *μετὰ τὸν κατακλυσμὸν*] Sic se habet titulus apud Syncellum. Quamquam Africanus Dynastias hasce in Ægypto extitisse post Noachi diluvium procul omni dubio intellexit; regum tamen in singulis ejus Dynastiis anni, prout nunc habentur numeri, duplo fere superant computationem temporis ab ipso Africano constitutam inter diluvium et Persicam, quæ ultima est, Dynastiam. Nec tamen ille, qui annorum summas simul collegit, sive Africanus fuerit, sive alius quispiam, aliquas Dynastias simul extitisse affirmavit, nam de tempore omni Dynastiarum a Manethone computato contrarium quid scribit Syncellus pag. 52. (quod tamen verum possit esse, saltem a multis chronologis idem statutum est) sed unam alteri fecit ordine temporis successisse, ita ut una annorum summa ex annis omnium Dynastiarum conficiatur. Porro haud olim existimatum esse Dynastias *συγχρόνους* fuisse, id vero ex Dynastia XVII. cum aliis collata fortasse colligendum est. Constat Eusebium, postquam in *Chronicorum* suorum priorem partem omnes has Dynastias retulisset, in canone quoque, quæ pars altera Chronici est, computo quidem incepto cum Dynastia, quam sextam decimam et *σύγχρονον* Abrahamo vocat, hanc sextam decimam ceterasque subsequentes exhibuisse, regibus omnibus sibi invicem ordine succedentibus. Et simile quid fecisse a fine diluvii arbitror Africanum, re ita tractata, ut multas harum Dynastiarum vel prætermiserit, vel breviaverit, quas ex Manethone collectas prius exhibuerat; si modo Africanus, quemadmodum postea fecit Eusebius, in tabula aliqua annos mundi omnes quasi expansos posuisse censeatur. Vide infra not. ad Dyn. XV. et Num. XXXVI. Ecce vero nunc prodeunte in orbem Eusebiani Chronici veteri Armeniana interpretatione, hujus pretiosi thesauri ope constat, Eusebium de vetustioribus Dynastiis hæc inter alia scripsisse: *Forte iisdem temporibus reges Ægyptiorum simul fuisse contigerit—alios hic, aliosque illic regnare* (oportuisse), *et ideo tot annorum multitudo, ut hoc modo colligeretur, accidit.* Vol. i. pag. 202. ed. Aucheri. Hæc in priori parte Chronici sui scribit Eusebius, qui Dynastias

posteras in Canonem suum digestas exhibet. Interea contra Manethonis fidem atque auctoritatem alii multi multa disputarunt, præter cl. Bryantium in *Antiquæ Mythologiæ Analysi*, quem monentem habes, obelo figendas esse omnes omnino Dynastias, quæ ante Pastorum illam xv. positæ sunt, quasi per errorem Græcorum invectas; id vero mea minus refert. Dum autem in Larcheri *Chronologia Herodotea* apud Borheckii *Apparatum ad Herodotum* Vol. I. p. 23. hoc positum est, Georgium Syncellum sæculo post Christum natum octavo scribentem maximam Ægyptiorum regum partem, seu Dynastias, resecuisse, Africani computationi subvenientem, nec plures ideo, quam octoginta sex reges retinentem, quorum Menes primus, ultimus Amosis, pagg. Syncelli 91. 210. mihi nihilominus videtur Syncellus omnia fere ad res Ægyptias pertinentia, quo ordine et modo cum apud Eusebium, tum apud Africanum, prius conservata essent, repræsentasse

DYNASTIA I.

P. 246. l. 26. Μετὰ νεκύας καὶ τοὺς ἡμιθέους] Sic *Eusebiana Dynastia* Manethonis, quam hic sequendam puto, cumque Græcis Eusebii nunc video consentire versionem Armeniam. Hic tamen in eadem legi posse censet Scaliger, τοὺς καὶ ἡμιθέους. *Not. in Græca Eusebii* p. 411. Similiter quidem *Africani* editio ejusdem Dynastiæ, Μετὰ νεκύας τοὺς ἡμιθέους. Cum vero scripserit de Manethonis opere istæc, quæ sequuntur, Georgius Syncellus p. 40. *Chronograph.* Eusebii lectionem præferendam esse duxi: Μετὰ δὲ ταῦτα (epistolam ad Ptolomæum Philadelphum a Manethone operi suo præmissam Georgius ante descripserat) καὶ περὶ ἐθνῶν Αἰγυπτιακῶν πέντε ἐν τριάκοντα δυναστείαις ἱστορεῖ, τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς θεῶν, καὶ ἡμιθέων, καὶ νεκύων, καὶ θνητῶν, ὧν καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου μνησθεὶς ἐν τοῖς χρονικοῖς αὐτοῦ φησὶν οὕτω· Αἰγύπτιοι δὲ θεῶν, καὶ ἡμιθέων, καὶ παρὰ τούτους νεκύων καὶ θνητῶν ἑτέρων βασιλέων πολλὴν καὶ φλύαρον συνείρουσι μυθολογίαν. p. 40. In *Chronico* quoque *ex Eusebianis Abbreviato*, quod nuperrime edidit cl. Angelus Maius, regnum Ægyptiacum mortalibus antecedens trifariam divisum extat, nimirum in sex Deorum regna, in regna Semideorum, ac postea νεκύων seu manium. *Vet. Scriptorum Collectio e Vaticanis Codicibus edita,* Tom. III. P. 11.

p. 140. Quæ quidem conferenda sunt cum parte priori *Chronici Eusebiani* ex Armenia lingua a cl. Aucher. Latine versa pag. 200, seu cum cap. 20. nuperæ editionis Maianæ *Eusebii Chron.* p. 94. Certe Eusebio auctore distinguendum est inter *νεκύας*, *defunctorum manes*, et *ἡμιθέους*. Statuit vero cl. Bryantius in operis jam supra memorati vol. iii. p. 243. ab interpretibus Græcis hic poni oportuisse *μετὰ νέχους ἡμιθέους*, *post reges semideos*, cum antiquissima sit vox *nechus* cum significatione regis, et apud plurimas gentes recepta. Hoc viderit ille. Nunc accipe epistolam Manethonis modo commemoratam, quam Syncellus exscribendo nobis servavit.

Ἐπιστολὴ Μανεθῶ τοῦ Σεβεννύτου πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φιλαδέλφον.

Βασιλεῖ μεγάλῳ Πτολεμαίῳ Φιλαδέλφῳ σεβαστῷ, Μανεθῶς ἀρχιερεὺς καὶ γραμματεὺς τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερῶν ἀδύτων, γένει Σεβεννύτης ὑπάρχων, Ἡλιουπολίτης, τῷ δεσπότῃ μου Πτολεμαίῳ, χαίρειν.

Ἡμᾶς δεῖ λογίζεσθαι, μέγιστε βασιλεῦ, περὶ πάντων ὧν ἐὰν βούλῃ ἡμᾶς ἐξετάσαι πραγμάτων. ἐπιζητοῦντί σοι περὶ τῶν μελλόντων τῷ κόσμῳ γίγνεσθαι, καθὼς ἐκέλευσάς μοι παραφανήσεταί σοι ἃ ἔμαθον ἱερὰ βιβλία γραφέντα ὑπὸ τοῦ προπάτορος Τρισμεγίστου Ἑρμοῦ. Ἔῤῥωσό μοι, δέσποτά μου βασιλεῦ.

Ταῦτα, inquit Syncellus, *περὶ τῆς ἑρμηνείας τῶν ὑπὸ τοῦ δευτέρου Ἑρμοῦ γραφέντων βιβλίων λέγει· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ ἐθνῶν Αἰγυπτιακῶν ε'. ἐν τριάκοντα δυναστείαις ἱστορεῖ κ. τ. λ.* quæ verba jam attuli, p. 40. ed. Goar. p. 73. ed. Dindorf.

P. 246. l. 26. *Δυναστεία*] Ita pro *βασιλεία* edidi post Scaligerum in Ἱστοριῶν Συναγωγῇ p. 351. in *Thesauro Temporum Eusebiano* posita, in qua exhibentur Africani Dynastiæ. Is interea ex *Eusebiana Dynastia* Africanum correxisse videtur.

P. 247. l. 1. Θεινίτης] Ita Scaliger edidit. *Syncelli textus Goarinus* Θεεινίτης. *Eusebius* apud eund. Θενίτης. Similiter hunc Menam *primum hominum* Ægyptiis regnasse scribit Herodotus, lib. ii. cap. 4. *primum post Deos* ait Diodorus Siculus, lib. i. cap. 45.

Ibid. *ἔτη ξβ'.*] *Dynastia Eusebiana* apud Syncellum huic regi annos tantum 60. attribuit. Armenia Eusebii Versio haud plures quam triginta.

P. 247. l. 1. ὑπὸ ἱπποποτάμου διαρπαγεὶς διεφθάρη] *Eusebius apud Syncell.* ὑπὸ Ἴσπου δὲ ἱπποποτάμου ἡρπάσθη, edidit autem Scaliger in *Eusebianis* suis p. 14. ὑπὸ δὲ ἱπποποτάμου ἡρπάσθη. Consentit Versio Armenia. Idem Scaliger *Africanum* lectori sistens ἁρπαγεὶς pro διαρπαγεὶς posuit. Mendose Ἱπποτάμου *Syncelli textus*, quod tamen correxit ad marg. Goarus.

Ibid. l. 3. νζ΄.] Annos tantum 27. *Eusebii Dynast.* habet.

Ibid. l. 6. Κενκένης] Κενικένης in *Africano* suo Scaliger, in *Eusebio* suo Κερκένης. Sed Κενκένης Syncellus et Armenia Chronici Eusebiani Interpretatio.

Ibid. l. 6. ἔτη λα΄.] ἔτη λθ΄. *Euseb.* mox *idem* μβ΄. pro κγ΄.

Ibid. l. 8. τὰς περὶ Κωχώμην ἤγειρε πυραμίδας] Male abest τὰς a *textu Syncelli Goarino,* in quo extat παρὰ pro περὶ, sed locum edidi secutus Scaligerum, firmantibus tam *MSto utroque Parisiensi* quam *Eusebio.* Κωχώνην cum ν habet Eusebii Dynastia. Ait cl. Jabbonski in *Dissertatione de terra Gosen* vi. i. 3. p. 193. "Postquam Marshamus De Canone Chronico p. 46. "monuisset, a Syncello commemorari Cochomen, addebat, "'Vox Cochome, vel ut Eusebius, Κωχώνη vix alibi legitur, ne- "que liquet quisnam sit iste Ægypti locus.' Mihi vero "certum est, Κωχώνην esse *Gosen*, penes quam auctor ille an- "tiquus, cujus verba exscripsit Manetho, pyramidas locat, "non secus ac Plinius qui Lib. V. cap. 9. fine *inter Mem-* "*phim*, inquit, *et Arsinoiten nomon in Libyco turres, quæ py-* "*ramides vocantur.*" Urbis Cochome seu Cochone nomen invenire nusquam potui, sed multæ in deserto pyramides manent adhuc præter tres illas, quæ, ut ait Plinius xxxvi. 12. *orbem terrarum implevere fama.*

Ibid. l. 10. Οὐσαφαΐδος] Σαφαΐδος *Scaligeri Africanus*, sed Οὐσαφαὴς *Eusebiana Dynastia*, ubi Οὐσαφαῒς *MS. Syncelli Parisinus alter.*

Ibid. ἔτη κ΄.] ἔτη ε΄. *Scaligeri Eusebius.*

Ibid. l. 11. Νιεβὲς] Ita *MS. Paris. prior* et *Euseb. apud Syncell.* sed edidit Scaliger in *Eusebio* suo Μιεβής. Νιεβαῒς *MS. Paris. alter*, nunc consentiente *Versione Armeniaca.* Sed *Syncelli textus*, quem mutavi, et Scaliger in *Africano* Μιεβιδός.

Ibid. l. 14. Βιηνεχὴς] Ita *Scal.* et *MSSti Parisini*, Βιηναχὴς olim *Syncelli textus*, nunc vero Βιηνεχής. Οὐβιένθης *Euseb. Syncelli*, sed edidit ibi Scal. Οὐβιέντης. Vibethis *Versio Armenia.*

P. 247. l. 15. σνγ'.] Scaliger et Goarus colligi debere annos σξγ'. monuerunt. Collecti anni sunt apud Eusebium σνβ'. In Armenia vero versione summæ annorum non colliguntur.

DYNASTIA II.

Ibid. l. 27. Δευτέρα Δυναστεία &c.] Statuit Goarus in *Notis ad Syncellum*, confusas inter se fuisse Africani atque Eusebii Dynastias istas, ac potius Dynastiam illam ad Africanum pertinere, quæ Eusebio tribuitur. "Africani mentio," ait ille ad verba huic Dynastiæ subjuncta, de quibus verbis infra, "et "numerorum concordia Dynastiam hanc ab Africano scriptam "convincunt." At vero omissis argumentis aliis omnibus quæ probent, quam recte rem administrasset Scaliger in Ἱστοριῶν Συναγωγῇ sua, nunc temporis id ipsum evidenter ostendit Interpretatio Chronicorum Eusebii Armeniaca, in qua Dynastia illa extat, quæ in pag. 55. Syncelli *Chronograph.* Eusebio locata est. Ceterum Africani hæc Dynastia in titulo habet Δευτέρα δυναστεία Θεινιτῶν βασιλέων ἐννέα· ὧν πρῶτος Βοηθὸς, additque ἔτη λη', quod fortasse excidit ex Eusebiana. Versio Armenia non habet. Βῶχος pro Βοηθὸς recte reponit Goarus in marg. ex Eusebio sumptum, quem secutus sum.

Ibid. l. 28. κατὰ Βούβαστιν] Notat Goarus, Bubastim urbem esse ad Pelusiacum Nili ostium memoratum *Herodoto* in Euterpe. In hac *Dynastia*, ubi legitur φάσμα pro χάσμα, *MS. Paris. alter* χάσμα habet, sicut Eusebius atque Scaliger.

P. 248. l. 1. Καιαχῶς] *Altera Dynastia* habet μεθ' ὃν καὶ δεύτερος Χυός. Scal. Κατέχως.

Ibid. l. 4. Βινωθρὶς] Βίοφις sine annis *altera Dynast.*

Ibid. l. 5. ἔχειν] Additur in altera Dynastia, καὶ μετὰ τούτους ἄλλοι τρεῖς, ἐφ' ὧν οὐδὲν παράσημον ἐγένετο. Et hoc quidem Eusebium contrahentem narrationem magis sapit quam Africanum. Σημειωτέον, ait post Dynastias quinque Syncellus pag. 59. ὁπόσον Εὐσέβιος Ἀφρικανοῦ λείπεται ἀκριβείας ἔν τε τῇ τῶν βασιλέων ποσότητι, καὶ ταῖς τῶν ὀνομάτων ὑφαιρέσεσι, καὶ τοῖς χρόνοις, σχεδὸν τὰ Ἀφρικανοῦ αὐταῖς λέξεσι γράφων.

Ibid. l. 10. ἡμέραις] Ex *MSStis Parisinis* ἡμέραις pro ἡμέρας eorundem jussu reposui. Idem nunc fecit Dindorfius.

Ibid. l. 11. ὃς ὕψος εἶχε πηχῶν ε'.] Herodotus L. 7. cap. 117. virum memorat μέγεθος μέγιστον ἐόντα Περσέων· ἀπὸ γὰρ πέντε

πηχέων βασιληΐων ἀπέλιπε τέσσαρας δακτύλους. De alio homine etiam proceriori hoc habet Philostorgius in *Hist. Eccl.* L. x. c. ii. ὁ μὲν Σύρος πενταπήχυς ἦν τὸ μέγεθος, καὶ σπιθαμὴν ἔφερε προσθήκην. Goliath Palæstino in Hebraicis exemplaribus primi libri *Samuelis* cap. xvii. comm. 4. attribuitur sex cubitorum et unius spithamæ altitudo.

P. 248. l. 13. Χενερὴς, ἔτη λ'.] Ceterum post vocem πλάτος addidi ex altera Dynastia παλαιστῶν. Censet Goarus posuisse *Eusebium* ad hoc nomen ἔτη κθ'. at numeri priores poscerent ibi ἔτη κε', si cum summa annorum in eadem pag. 57. Eusebio attributa convenire deberent. Duos autem ultimos reges cum verbis sequentibus ad Africani Dynastiam pertinere, non modo constat ex numero annorum, quos collegisse fertur Africanus, sed et ex differentia inter Africani illam et alteram Eusebii computationem annorum dynastiæ primæ et secundæ, quæ in pag. 51. a Syncello commemoratur.

Ibid. l. 12. ἔτη τβ'.] In altera Dynastia recensentur anni tantum σϞζ'. 297, non autem τβ'. 302.

Ibid. l. 16. φνε'.] Reponendum est φξε', monente Scaligero; conferas enim Dynastiæ primæ clausulam. Ceterum apud *Syncellum* proxime post additur, κατὰ τὴν δευτέραν ἔκδοσιν Ἀφρικανοῦ. Hoc autem nixus, opinor, loco Scaliger verba hæc lemmati a se Dynastiis Africani præfixo adjecit. Vid. Ἱστορίων Συναγωγ. p. 351. et *Canon. Isagog.* lib. ii. c. 2. p. 128. Ait enim in *Animadv. in Chron. Eusebii* p. 4. Africanum bis sua edidisse, unde posteriorem editionem *Chronici* vocavit δευτέραν ἔκδοσιν. Sed Goaro videtur vox δευτέραν superflua esse. Et vereor equidem, ut satis firmo tibicine fulciatur ista Chronicorum Africani editio, si nullum præterea adminiculum habeat; cum illo significari hoc possit, dynastiarum tantum recensionem quandam ab Africano iterum fuisse factam. Apud *Syncellum* pag. 57. post *Eusebii Dynastiam* additum est κατὰ τὴν ἔκδοσιν Εὐσεβίου. Postquam hæc scripsi, virum cl. Hieron. De Prato vidi in *Dissert.* sua *De Chronicis Libris Duobus Eusebii Cæsariensis* &c. anno 1750. Veronæ edita de hac re similiter dubitantem. "Utrum," inquit, "ex hoc uno loco, "nemine id antiquorum attestante, bis Africanum Chronica "sua edidisse, satis constet, aliorum sit judicium." p. 320.

DYNASTIA III.

P. 248. l. 32. Νεχερόφης] Edidit Scaliger Ἐχερόφης. Νεχερωφὴς *MS. alter Paris.* Ναχέρωχις *Eusebii apud Syncel. Dynastia*, sed edidit in ea Scaliger Νεχέρωχις, firmantibus *MSS. Paris.* et *Versione Chronici Armenia.*

P. 249. l. 3. Τόσορθρος] *Eusebii Dynast.* Σέσορθος.

Ibid. l. 5. οἰκοδομίαν] Scal. οἰκοδομὴν ex *Eusebii Dynast.*

Ibid. l. 5. ἀλλὰ καὶ γραφῆς ἐπιμελήθη] Scaliger de pictura locum interpretatus est.

Ibid. l. 7. Μέσωχρις] Μέσοχρις Scal. in *Africani Dyn.* Visum autem Eusebio est Tyris et regum sequentium nomina omittere; οἱ δὲ λοιποὶ ἕξ, inquit ille, οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον ἔπραξαν. οἳ καὶ ἐβασίλευσαν ἔτεσιν ρϟη′. 198. vel 197. secundum versionem Armeniam. Immo tantum 157. ἔτεσιν ρνζ′, si Africano credendum, qui septem reges posuit.

Ibid. l. 8. Σώϋφις] Ita *MSS. Paris.* Σώϊφις *Syncelli Textus vulgatus*, sed Ζώϋφις Scaliger.

Ibid l. 10. Ἄχης] Ita Scal. *MSS. Paris.* firmantibus. sed Ἄχις *Syncellus a Goaro editus.* Nunc mutavit Dindorfius.

Ibid. l. 11. ἔτη] Hoc addidit Scaliger. Mox post ὁμοῦ pro ἐστιν ex *MSS. Paris.* ἔτη reposui, ubi et Scaliger edidit ὁμοῦ τῆς τρίτης δυναστείας ἔτη σιδ′.

Ibid. l. 14. κατὰ τὸν Ἀφρικανὸν] Hoc a Syncello hic et alibi additum est. Edidit Scaliger τῶν δὲ τριῶν δυναστειῶν ἔτη ψξθ′. (ψοθ′.)

DYNASTIA IV.

P. 250. l. 1. ὑπὸ Χεόπος] Ὑποχέοπτον mendose *Syncelli textus Goarinus*, emendante Goaro ad marg. quod ex *Eusebio* prius fecerat Scaliger; Eusebius vero Suphi regi in tertio loco memorato hæc attribuit. ὑπὸ Χέοττος habet *MS. prior Paris.* ὑπὸ Χέοττον *MS. alter.* Herodoti de Cheope locus est in lib. ii. cap. 124. Diodorus vero Siculus lib. I. cap. 63. hæc habet, Χέμμις (vel Χέμβης) ὁ Μεμφίτης ἦρξε μὲν ἔτη πεντήκοντα, κατεσκεύασε δὲ τὴν μεγίστην τῶν τριῶν πυραμίδων, τῶν ἐν τοῖς ἑπτὰ τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἔργοις ἀριθμουμένων.

Ibid. οὗτος δὲ καὶ ὑπερόπτης εἰς Θεοὺς ἐγένετο] Ita edidit Scaliger post Eusebii Dynastiam, ubi hæc extant, ὃς καὶ ὑπερόπτης εἰς Θεοὺς γέγονεν, ὡς μετανοήσαντα αὐτὸν τὴν ἱερὰν συγγράψαι

βίβλον, ἣν ὡς μέγα χρῆμα Αἰγύπτιοι περιέπουσι. Præstante nunc Armeniæ Versionis interpretatione Latina, *qui et superbus in Deos inventus est. Syncellianus* Africani *textus* habet ὁ Περόπτης pro ὑπερόπτης, et Goarus vertit, *idem Peroptes dictus.* Hinc Joannes Marshamus, vir eruditissimus, in *Chronico Canone* suo pag. 51. locum ita attulit, *οὗτος δὲ καὶ περιόπτης εἰς Θεοὺς ἐγένετο, hic etiam contemplator in Deos fuit*, prælato hoc Eusebianæ lectioni, utpote quæ posterior est Africano, qui hausit sua ex Manethone. Propter id vero cum voce sua nihili *περιόπτης* idem Marshamus vapulat a Perizonio in *Ægypt. Orig. Investig.* cap. xiv. p. 272. Qua quidem re fortasse ignorata, huc attulit Manethonis locum apud Josephum *Contra Apionem* lib. I. cap. 26. cl. Warburtonus in *Div. Legat. Mosis* lib. ii. sect. 4. p. 263. vol. I. de Amenophe rege item Ægyptio, qui ultimum locum habet Dynastiæ decimæ octavæ, vel potius decimæ nonæ tertium, *Φησὶ* (Manetho) *τοῦτον ἐπιθυμῆσαι Θεῶν γεγονέναι* ΘΕΑΤΗΝ, *ὥσπερ Ὧρος εἷς τῶν πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότων* &c. quæ quidem vox *θεατὴν* apud Josephum, sicut infra, exponitur per *τὸ Θεοὺς ἰδεῖν.* Addit ille, quod vero haud absimile est, Eusebium, cum vocem *ὑπερόπτης* invenisset, loci sibi ipsi conciliandi ergo resipiscentiam regis, de qua nihil Africanus, commemorasse. Esto, accipe vero nunc demum alterum *MStum Parisinum* Africano quoque *ὑπερόπτης* suppeditantem.

P. 250. l. 2. *καὶ τὴν ἱερὰν συνέγραψε βίβλον*] Etiam *ἱερὸν λόγον* scripsit Hermes Trismegistus, cujus *χρήσεις* non paucas producit Stobæus in Physicis. Præterea Dialogus ille ab Apuleïo Latinus factus præferebat titulum *ἱεροῦ λόγου* in manuscriptis. Scal. *Notis in Græca Eusebii* p. 412.

Ibid. l. 3. *ἣν ὡς μέγα χρῆμα ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενος ἐκτησάμην*] Hoc saltem ex manu Africani, non Manethonis, profectum videtur. Illud vero de Herodoti loco, scribere Manetho poterat, qui, teste Josepho lib. I. *Contra Apionem* cap. iv. p. 1336. ed. Hudson. *τῆς Ἑλληνικῆς ἦν μετεσχηκὼς παιδείας.* Ceterum de Eusebii verbis, *βίβλον ἣν ὡς μέγα χρῆμα Αἰγύπτιοι περιέπουσι,* quæ loco horum Africani posuit, ita Scaliger l. c. "Non "dubium est, quin Ægyptii *ὡς μέγα χρῆμα* illum habeant, sed "falsum est hoc voluisse Africanum, qui *ἑρμαίον* loco dicit, se "hoc volumen nactum fuisse. Sed solennia hallucinatur Eu-"sebius." Ita ille, forsitan vero rectius dixeris, verba de in-

dustria refinxisse Eusebium, ne id quod Africano contigerat, sibi assumere videretur.

P. 250. l. 11. ἔτη σοδ′.] σπδ′. Scaliger reponendum esse significat. Eusebius autem post memoratum solum ex regibus hujus Dynastiæ Suthim, hoc ait; τῶν δὲ λοιπῶν οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον ἀνεγράφη. οἱ δὲ ἐβασίλευσαν ἔτη νμη′.

Ibid. l. 13. ἔτη ͵αμϛ′.] ͵αξγ′. indicat scribendum esse Scal.

DYNASTIA V.

Ibid. l. 14. βασιλέων ἐξ Ἐλεφαντίνης] Scaliger edidit ἐξ Ἐλεφαντίνων, βασιλέων θ′. *MS. prior Parisinus* βασιλέων η′.

Ibid. l. 25. Οὐσερχέρης] Ita Scaliger, firmantibus *MSS. Paris.* pro Οὐσέρχερις *Syncellini textûs.* Eusebius autem regibus omnibus hujus Dynastiæ omissis illam, quæ proxime sequitur, bifariam partitus est.

Ibid. l. 27. Νεφερχέρης] Scal. Νερχεφέρης in Ἱστορ. Συναγωγῇ. sed in *Chron. Isagog. Nephercheres* imprimendum curavit.

Ibid. l. 28. Σίσιρις] Scal. Σίσιχις in Ἱστορ. Συναγ. sed Sisiris in *Chron. Isagog.* Σισίρης *MS. alter Paris.* quod, ut infra Ῥαθούρης, nunc Syncello reponit ex eod. MS. Dindorfius.

Ibid. l. 29. Χέρης] Scal. Ἐχέρης.

P. 251. l. 1. Ῥαθουρὶς ἔτη μδ′.] Scaliger characterum α′. et δ′. similitudine deceptus μα′. vice μδ′. reddit in Excerpt. Errorem arguit summa 218. ex regum 9. istorum ætatibus alteri 1046. annorum summæ componenda, quæ solos licet 1264. reddat, non in monadibus sed in decadibus pravitatem admissam fateri cogit. Ubi vero error locandus sit, incertum penitus, nec otiose inquirere judicio dignum censet Scaliger. *Animad.* p. 250. Goarus. Ῥαθούρης *MS. alter Paris.*

Ibid. l. 2. Μερχέρης] Μενχέρης *MSSti Parisini.* ut nunc edidit Dindorfius.

Ibid. l. 3. Ταρχέρης] Scal. Ταχάρης. *MSSti Paris.* Ταυχάρης.

Ibid. l. 4. Ὄβνος] Scal. Οὗνος. *MS. alter Paris.* Ὄυνος.

Ibid. l. 5. Ὁμοῦ ἔτη σμη′.] At non σιη′. ex numeris præcedentibus summa colligitur? Goarus.

Ibid. l. 7. ͵ασϟδ′.] Fit annorum summa ex prioribus numeris regum nomina subsequentibus 1281, non autem 1294.

DYNASTIA VI.

P. 251. l. 15. Ὀθώης ἔτη λʹ.] Addit Scaliger ἔτη λʹ. Haud inepte. Succedentes enim reges quinque annorum 173. suis ætatibus explentes primum hunc Othoem annis 30. regnasse significant. Sex tamen supra 30. mallem assignari. Nam cum Phiops sexennis regnum assequutus ad annos centum pervenerit, non nisi 94. regnum tenuisse deprehenditur; ex quo anni sex alii Othoi regno desiderari conjiciuntur. Goarus. Ipsum hoc ἔτη λʹ. præstant *MSSti Parisienses;* atque hinc de Phiopsi colligitur, βασιλεύειν non ζῆν post verbum διεγένετο esse subaudiendum.

Ibid. l. 15. τῶν δορυφόρων] Vox ἰδίων, quam addidit hoc loco Scaliger, neque in *MSStis Parisinis* neque in *Eusebii Dynastia* comparet. Fortasse vero vocem invenit *interpres Armenius*, et habes infra in Dynast. xii. de Ammaneme rege, ὃς ὑπὸ τῶν ἰδίων εὐνούχων ἀνῃρέθη.

Ibid. l. 16. Φιὸς ἔτη νγʹ.] Scaligeri typographum errare censerem, ubi Scaligerum ἔτη γʹ. Authoris summam σγʹ. reponentem animadverto. Scaligeri tamen emendationem ρνγʹ. conspicatus, Scaligerum ipsum annis totis 50. aberrasse decrevi. Goarus.

Ibid. l. 18. Φίωψ] Ἀφίωψ interdum *Eusebius.*

Ibid. διεγένετο] Scal. ἐγένετο, sed minus bene.

Ibid. l. 21. Νίτωκρις] Ita Scal. post *Eusebium.* Νίτρωκρις mendose *Syncelli textus Goarinus,* ubi de hac Ægyptia Nitocri agere Herodotum lib. ii. cap. 100. notat Goarus, *Nitocris* in versione habens.

DYNASTIA VII.

P. 252. l. 8. Ἑβδόμη Δυναστεία] Hujus, atque illius quæ sequitur, Dynastiæ nulla extant nomina regum apud Syncellum. Ceterum ibidem *Eusebius* ait, quinque tantum reges extitisse, quibus assignat dies 75. Ab *Africano* reges septuaginta revera hic commemoratos esse, ostendit totalis regum omnium numerus pro illius rationibus collectus post Dynastiam xi, si modo eadem collectio ab eo profecta fuerit.

DYNASTIA VIII.

Ibid. l. 14. ρμϛʹ.] *Eusebius* ἔτη ρʹ.

P. 252. Γίνονται σὺν τοῖς προτεταγμένοις ἔτη ͵αχλθʹ. τῶν ὀκτὼ Δυναστειῶν] Edidit Scaliger Γίνονται οὖν σὺν κ. τ. λ. Si vere colliguntur anni 1497. Dynastiarum priorum, ut supra statutum est l. 3. tum vero post additos annos hujus Dynastiæ 146, fieret annorum numerus 1643. non autem 1639. Sin vero numerari debent anni 1484, quæ quidem summa est omnium regnorum, quemadmodum nunc singuli se habent numeri, ex hac summa atque hujus Dynastiæ annis 146. fieret summa totalis 1630. non 1639.

DYNASTIA IX.

Ibid. l. 21. Ἡρακλεοπολιτῶν] Mutat Scaliger in Ἡρακλεοπολιτῶν, non male, (*Goarinus Syncelli textus* habet Ἡρακλεωτικῶν) sed neque necessario. Non, inquam, male; Ἡρακλεοπολιτῶν enim, etiam emendatius, successura pag. (p. 139.) scribet Author; at superflue; cum Heracleotica Ægypti regio sit quæ Heracleopolim includit. Est ostium Nili Heracleoticum, idem quod Canopicum: ad illud est Heracleopolis civitas, ut et nominis ejusdem altera ad Pelusium. Consule Stephanum, Plinium, Ptolemæum, Strabonem, et ex his Ortelium. De Heracleote Nomo privatim Ptolemæum. Goarus. At vero non tantum *Eusebii Dynastia*, sed etiam *MStus uterque Parisiensis* hic et infra præstant Ἡρακλεοπολιτῶν.

Ibid. l. 23. Ὁ πρῶτος Ἀχθόης] Hic solus ex regibus novemdecim Dynastiæ hujus ab Africano Eusebiove nominatus est. Nec porro ulla regum nomina, sed tantum anni 228, quibus quidem regnarunt triginta et quinque reges, in duabus Dynastiis, quæ proxime post sequuntur, sunt signati.

Ibid. δεινότατος τῶν πρὸ αὐτοῦ γενόμενος] Similiter supra in Dynast. VI. εὐμορφοτάτη τῶν κατ' αὐτὴν γενομένη.

Ibid. l. 24. ὕστερον δὲ] Hæc verba addidi ex *MSStis Parisinis*, sed et ὕστερον *Dynastia Eusebiana* habet.

DYNASTIA X.

P. 253. l. 2. Ἡρακλεοπολιτῶν] Ἡρακλεωτικῶν *Syncellus Goarinus*, sed vid. not. ad Dynast. IX.

DYNASTIA XI.

Ibid. l. 11. βασιλεῖς ρϟβʹ.] Etiamsi addantur reges illi sep-

tuaginta ad Dynastiam septimam pertinentes, collecta tamen omnium regum nomina ad numerum tantum 200, modicum quid supra hoc 192, assurgent.

P. 253. l. 11. ,βτη'.] Numerus iste ,βτη'. 2308. nulla omnino ratione cum prioribus consentire videtur. Computatio mea est 2283. annis 25. ab altera discrepans. *MS.* autem *Parisiensis* alter habet ,βτ'. 2300. quod nunc reposuit Dindorfius.

DYNASTIA XII.

Ibid. l. 20. Δωδεκάτη Δυναστεία] Cum hac Dynastia incepit tomus Manethonis secundus.

Ibid. l. 21. Σεσόγχωσις] *Textus Syncelli* in *Africani* quidem verbis Γέσων Γώσης, sed γεσονγόσις *MS. alter Parisinus. Eusebii Dynastia* Σεσόγχωρις, idque Goarus *ad marg.* Africano reposuit. Quem quidem ego, sed litera σ servata secutus sum, jamque invenio *Armeniam Eusebiani Chronici Interpretationem Sesonchosis* præstare. Scaliger vero, ubi Africani Dynastias sistit, Γεσωνγώσης posuit. Similes autem existunt variationes in nomine regis primi Dynastiæ XXII.

Ibid. l. 24. Σέσωστρις] In varia abeunt chronologi atque historici de tempore ac nomine magni Sesostris. Sed vasto huic pelago ratem meam committere a meis consiliis abhorret. Sufficit nobis dicere, annos numerari 2146 inter Menem primum regem atque Sesostrem; cum harum Dynastiarum summa annorum sit 2284.

P. 254. l. 2. τῆς τῶν ἐθνῶν κατασχέσεως] *Syncelli textus* ἔθνος σχέσεως pro ἐθνῶν κατασχέσεως. Correxerunt ex *Eusebii Dynastia* Scaliger et *ad marg.* Goarus. Habet quidem ἐθνῶν *MS. uterque Parisinus.*

Ibid. l. 4. ταῖς στήλαις ἐγχαράσσων] De Sesostri et gestis ejus hic memoratis Herodotus lib. ii. cap. 102. Ὁτέοισι μὲν νῦν ἐθνέων ἀλκίμοισιν ἐνετύγχανε, καὶ δεινῶς γλιχομένοισι περὶ τῆς ἐλευθερίης, τούτοισι μὲν στήλας ἐνίστη ἐς τὰς χώρας, διὰ γραμμάτων λεγούσας τό, τε ἑωϋτοῦ οὔνομα καὶ τῆς πάτρης, καὶ ὡς δυνάμι τῇ ἑωϋτοῦ κατεστρέψατό σφεας· ὀτέων δὲ ἀμαχητὶ καὶ εὐπετέως παρέλαβε τὰς πόλις, τούτοισι δὲ ἐνέγραφε ἐν τῇσι στήλῃσι κατὰ ταὐτὰ καὶ τοῖσι ἀνδρηΐοισι τῶν ἐθνέων γενομένοισι· καὶ δὴ καὶ αἰδοῖα γυναικὸς προσανέγραφε, δῆλα βουλόμενος ποιέειν, ὡς εἴησαν ἀνάλκιδες. Ejusmodi cippos in Syria se vidisse fidem

facit idem Herodotus cap. 106. De Sesostris pyramidibus et virilium muliebriumque tum in Hieroglyphicis tum in somniis significatu, plura Joannes Pierius Valerius Hierog. lib. xxxiv. cap. 20. Goarus. De cippis istis ita impressis mentionem facit Diodorus quoque Siculus L. I. cap. 55.

P. 254. l. 8. λαβύρινθον] Quem vidisse se prodit, et ample describit Herodotus in Euterpe cap. 148. Goarus. Ait Eusebius in Dynastia sua, omissis regum trium proxime sequentium nominibus, Οἱ δὲ τούτου (Labaris, sic vocat eum Euseb. apud Syncellum, Lambaris in *Chronico Armenio* pro Lachari.) διάδοχοι ἐπὶ μβʹ.

DYNASTIA XIII.

Ibid. l. 24. υυγʹ.] Ita *MS. alter Paris.* et Scaliger post *Eusebii Dynastiam* pro ρπδʹ. quem numerum habet *Goarinus Syncelli textus.* Nunc repositus est υυγʹ. in editione nupera Syncelli.

DYNASTIA XIV.

Ibid. l. 28. Τεσσαρεσκαιδεκάτη &c.] Ex *MSto Syncelli altero Parisino* hanc Dynastiam, *Eusebianæ* similem, desumpsi. Desideratur in *Goarino textu*, atque *MSto priori Paris.* qui quidem λείπει habet manu recentiori scriptum sine ulla lacuna in textu. Hæc olim scripsi. Nunc vero recepit Dynastiam istam editio nupera Syncelli.

DYNASTIA XV.

P. 255. l. 2. Ποιμένων] Nonnullis etiam magni nominis auctoribus reges pastorales hujus Dynastiæ, et duarum proxime sequentium, iidem fuisse atque Israelitæ videntur, sed pluribus aliter sentientibus. Attamen cl. Bryantio in *Analysi Mythologiæ Antiq.* vol. iii. p. 347. et seq. duplex est istorum pastorum genus, unum Cuthæorum ex Ægypto ferro viribusque pulsum, alterum Israelitarum diu postea Mose duce exeuntium. Dynastias autem, quæ hanc pastorum antecedunt, omnes ὑποβολιμαίους esse, multis argumentis probare aggreditur, ut jam dixi, Bryantius. Tantum ego notabo, hos pastores ab Hebræis distinguere voluisse ipsum Dynastiologum Manethonem apud Josephum lib. I. *Contra Apion.* quippe qui Hebrææ gentis originem ad leprosorum colluviem mendaciter refert; dum ab Amenophi rege Hebræos expulsos esse, non a Tethmosi

pastorum victore, tradit. Quem quidem pastorum sub Tethonosi exodum 518. annis prius evenisse, quam alterum Hebræorum, retulit Manetho, teste ibidem Josepho cap. 26. Ad Africanum vero quod attinet, is tum infra in Dynast. XVIII, tum apud Eusebium lib. x. *Præp. Evang.* cap. 10. ex auctoribus prodidit, Mosem exiisse Ægypto regnante Amosi; hic autem auctore Syncello idem est atque Tethmosis, quem Manetho apud Josephum pastores, non autem Hebræos, expulisse ait. Africanus itaque, perinde ut alii quidam ex patribus, de Hebræis regna istæc pastorum interpretatus esse videtur. Cum vero mille prope anni tribus his Dynastiis Pastorum attribuantur, necesse est existimasse Africanum, cui notum tempus Israeliticæ in Ægypto habitationis, si modo ipse summas annorum collegerit, nonnullos ex regibus istis octoginta et uno connumeratis *συγχρόνους* extitisse, vel potius plane omittendos.

P. 255. l. 3. *οἳ καὶ Μέμφιν—ἐχειρώσαντο*] Omnia hæc Scaliger in Ἱστοριῶν Συναγ. *Eusebium* secutus post verba *ὁ Σαΐτης νομὸς* l. 7. posuit. Consentiunt his *MS. uterque Paris.* Saltem prior secundum Dindorfium, qui verba hoc ordine nunc collocavit. Aliter vero rem administrat idem Scaliger in *Canonum Isagog.* lib. ii. ubi hæ Dynastiæ Latine extant.

Ibid. l. 4. *ἐν τῷ Σεθροΐτῃ νομῷ*] Plinius lib. v. cap. 9. *Dividitur Ægyptus in præfecturas oppidorum, quas nomos vocant.* Et infra. *Quæ juxta Pelusium est regio nomos habet Pharbatitem, Bubastiten, Setroiten,* &c. Strabo Geog. lib. xvii. *ἐστὶ δὲ καὶ νομὸς Σηθρεΐτης* (ita legit ille) *παρὰ τὴν ἑτέραν λίμνην. Est quoque nomus Sethreites ad alium lacum.* De nomis Ægyptiis passim Herodotus lib. ii. c. 164. et seqq. *κατὰ γὰρ δὴ νομοὺς Αἴγυπτος ἅπασα διαραίρηται. In nomos Ægyptus tota dividitur.* Heliodorus statim sub Æthiopic. exordium legendus. Goarus. Summatim Epiphanius *Hær.* xxiv. sub init. *νομὸν γὰρ οἱ Αἰγύπτιοί φασι τὴν ἑκάστης πόλεως περιοικίδα, ἤτοι περίχωρον.*

Ibid. l. 6. *ὁ Σαΐτης νομὸς*] Habet verba de illo relatus Herodotus, et ab urbe Saï toti tractui nomen imponente nuncupatur. Principem hujus nomi primum vocat Josephus *Salatim* lib. I. Contr. Apionem pag. mihi 1039. (cap. xiv. p. 1337. ed. Hudson.) Goarus. Potius dicendum fuit, principem hunc Salatim nominasse Manethonem in Fragmento Ægyptiacorum ejus, quod Josephus ibi servavit.

P. 255. l. 8. Βνῶν] Ita *Eusebii Dynastia* et *MS. alter Paris.* Βυῶν *Goarinus Syncelli textus*, sed Βηῶν *Manetho* apud Josephum l. c. idque Goarus ad *marg.* Syncelli reposuit. Ἀνῶν Scaliger in Ἱστορ. Συναγ. et *Chronicorum Isag.* Vult autem cl. Bryant. in opere supra adducto, chronologos, cum regis hujus nomen ignoraverint, posuisse β'. ἀνών. vol. iii. p. 357. Ceterum *Eusebius* annos tantum 43, pro 44. huic regi attribuit. *Interpretatio* autem *Chronici Armenia* haud plures quam 40. Confer ibi cl. Aucheri notam. Βνῶν nunc recepit nuperus Syncelli editor Dindorfius.

Ibid. l. 9. Παχνᾶν ἔτη ξα'.] Ἀπαχνὰς *Manetho* apud Josephum. Goaro item ad *marg. Syncelli* hoc apponente. Huic regi apud eundem *Josephum* anni tantum 36. et menses 7. attribuuntur. *Eusebius* autem, qui hujus Dynastiæ nomina ad decimam septimam transtulit, hunc regem et Staan successorem ejus omisit.

Ibid. l. 10. Σταὰν ἔτη ν'.] *Manetho* apud Josephum: Ἰανίας (vel ut nonnulli ibi legunt Ἰαννὰς) πεντήκοντα καὶ μῆνα ἕνα, sed ibidem rex iste loco ultimo sistitur. Male ergo Scaliger ἔτη η'. pro ἔτη ν'. habet.

Ibid. l. 11. Ἄρχλης ἔτη μθ'.] Ἄσσις Manetho apud Josephum, μῆνasque δύο addit, dum annos 19. Eusebius dempsit.

Ibid. l. 12. Ἄφωβις] Ita cum ω Scaliger, firmante *MSto altero Parisiensi.* Sed *Syncelli textus* editus Ἄφοβις, ubi Goarus ad *marg.* reposuit Ἄφωφις, quod, vel Ἄπωφις, exhibet *Manetho* apud Eusebium et Josephum, qui quidem regem hunc loco penultimo, non ultimo, collocavit. Cum Africano tamen facit *Interpretatio Eusebiani Chron. Armeniaca. Eusebius* interea annos tantum 14. pro 61. attribuit; de qua re agit Syncellus.

DYNASTIA XVI.

Ibid. l. 24. ἄλλοι] Ita post Scaligerum edidi pro Ἕλληνες apud *Syncellum,* ubi ait de Scaligero Goarus, " Ille nescio ubi " legerit ἄλλοι." Sed eadem verba cum voce ἄλλοι, non cum isto Ἕλληνες, Dynastia proxime sequens exhibet, nec dubito, quin vox Ἕλληνες vitiosa sit. Nihil opis interim, siquis id desideret, ex *Eusebio* quærendum est, qui istic per omnia Africanum reliquit. Jam vero certior factus sum, extare ἄλλοι non Ἕλληνες in *MS. Parisino utroque.* Idemque nuper recepit Dindorfius.

DYNASTIA XVII.

P. 256. l. 2. *βασιλεῖς μγ'.*] *βασιλεῖς λγ'.* Scaliger.

Ibid. l. 3. *Θηβαῖοι Διοσπολῖται*] Vetera Homeri Scholia: *Θῆβαι πόλις Αἰγύπτου, ἡ νῦν καλουμένη Διόσπολις.* Vide Diodorum. Goar. Urbs de qua Goarus, in Ægypto superiore, sive Thebaide, sita est. Alia quoque fuit Diospolis inferioris Ægypti, ad quam quidem urbem Dynastias Diospolitanorum, simpliciter ita vocatorum, referendas esse censet Perizonius cap. 6. *Ægypt. Originum Investig.* Sed hac de re quærant alii.

Ibid. l. 4. *ἔτη ρνα'.*] Pastorum regnum in Ægypto per tres hasce Dynastias summam efficit 953. sed vero in hac Dynastia xvii. Thebanorum Diospolitanorum regna censentur *σύγχρονα* fuisse pastoribus in eadem memoratis. Hos autem numeros consentire cum narratione Josephi, quæ ex Manethone sumpta in lib. I. *Contra Apionem* cap. 14. p. 1338. ed. Hudsoni extat, difficile erit ostendere. In ea tamen fit mentio de sex illis Dynastiæ Decimæquintæ principibus, quibus ibidem Manetho annos tantum 260. non, ut hoc loco 284. attribuit.

DYNASTIA XVIII.

Ibid. l. 13. *Ἄμως*] Syncellus Goarinus Ἀμῶς. Sed Ἄμως paroxytonum *MSS. ambo Paris.* Ἀμώσης non Ἄμως exhibet *Eusebius*, et *Amasis* in *Chronico* ejus extat a cl. Roncallio anno 1787. Patavii edito. *Tethmosis* vocatur a Manethone apud Josephum. Audi vero Georgium Syncellum pag. 63. *Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτον τὸν Ἀμώσην τὸν πρῶτον ἐπὶ τῆς ιη'. δυναστείας Αἰγύπτου βασιλεύσαντα ὁ Ἀφρικανὸς Ἄμωσιν ὀνομάζει, ὅτι δυώνυμος ἦν Ἄμωσις, ὁ αὐτὸς καὶ Τέθμωσις καλούμενος, υἱὸς Ἀσήθ.* Ἄμως nunc recepit in Syncellum Dindorfius.

Ibid. *ἐφ' οὗ ὁ Μωσῆς ἐξῆλθεν* &c.] Plane liquet verba de Mosis sub Amosi exitu ad Africanum pertinere, qui idem statuit, num. xxii. p. 276. non Manethonis fuisse, cum Manetho tradiderit, ut ostendi supra ad Dynast. xv. *Judæos* ex Ægypto pulsos ab Amenophe seu Ammenephthe Rampsis, seu Ramesis, patre, qui quidem tertius Dynastiæ xix. rex fuisse videtur; et contra prius accidisse *Pastorum* exitum sub Tethmosi, sive Amosi hujus Dynastiæ rege primo, quod quidem temporis spatium fuisse annorum 518 ait Josephus,

sed annos tantum 375 hæ Dynastiæ suppeditant. Præterea viri summi monuerunt, dixisse diu ante Mosem fratribus suis Josephum patriarcham in *Genesi* xlvi. 39. *quod detestantur Ægyptii omnes Pastores ovium.* Attamen Eusebius, etsi ducentis annis posterius, quam fecerat Africanus, Mosis exodum collocavit, multo prius quam Manetho apud Josephum eundem exodum sub regibus hujus Dynastiæ XVIII. Horum regem nonum succedentibus contigisse statuit. Et notatu dignum est, Epiphanium in *Hæresi* LXXVII. num. 23. p. 1055. ed. Petavii, Amenophis filiam Thermutem Mosem educavisse referre.

P. 256. l. 14. *ἀποδείκνυμεν*] Ita *MSS. duo Paris.* pro editi Syncelli lectione *ἐπιδείκνυμεν* p. 69. ubi legitur *ἀπ' Αἰγύπτου* pro *ἐξ Αἰγύπτου.* Dum P. 62. *iidem MSS. ἀποδεικνύομεν* pro *δεικνύομεν.* Sed hæc de Mosis exitu Scaliger omisit, qui huic regi annos 25 ex *Eusebii Dynastia* et *Chronico* ejus *Latino* attribuit. *Τοῦ γὰρ Ἀμῶς οὐδ' ὅλως εἶπεν ἔτη* Africanus, inquit Syncellus pag. 70. Etenim anni isti 25. in summa finali 263. haud inclusi sunt. Ait vero Manetho apud Josephum, *μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τὸν λαὸν τῶν Ποιμένων εἰς Ἱεροσόλυμα, ὁ ἐκβαλὼν αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου βασιλεὺς Τέθμωσις, ἐβασίλευσεν μετὰ ταῦτα ἔτη κέ. καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἐτελεύτησεν, καὶ παρέλαβε τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ υἱὸς Χέβρων ἔτη δεκατρία. Contra Apionem* lib. I. c. 15. p. 1338. ed. Hudsoni. Hierosolymam urbem ante Mosem extitisse Sacra Scriptura ostendit. Consentit de regni annis Theophilus Antiochenus, qui in lib. iii. *ad Autolycum* cap. 19. p. 342. ed. Wolfii hujus Dynastiæ reges et annos sistit. Habet *Eusebius* cum Josepho et Theophilo *Χέβρων* pro *Χεβρώς.* Ceterum Eusebium omnia hæc, ac plura Manethoniana ex Josepho in librum priorem Chronici sui post Dynastias transtulisse, Interpretatio ejus Armenia nunc ostendit. Vide Vol. I. p. 222—235. edit. Aucher.

Ibid. l. 18. *Ἀμενωφθὶς ἔτη κδ'.*] Reposuit ad marg. Goarus *κα'.* Ita enim *Eusebius*; et *Manetho* quoque apud Josephum atque Theophilum habet, *Ἀμένωφις εἴκοσι καὶ μῆνας ἑπτά.* At numerum *κδ'* summa collecta firmat. *Eusebius Syncellinus* nomen præ se fert *Ἀμμενῶφις* cum duplici *μ'.* Variatur autem in *Chronici Latini* exemplaribus. *Ἀμένουφος Scaligeri Eusebius.* Amophis cum simplici *μ Versio Chronici Armenia.*

Ibid. l. 19. *Ἀμερσὶς ἔτη κβ'.*] *Ἀμενσὶς MS. alter Paris.*

Eusebius omisit. Sed Manetho apud *Josephum* habet, τοῦ δὲ (Amenophis) ἀδελφὴ Ἀμεσσὴς εἰκοσιὲν καὶ μῆνας ἐννέα. Quasi rex femina fuerit. Et apud *Theophilum*, ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ Ἀμέσση ἔτη κα΄. μῆνα α΄.

P. 256. l. 20. Μίσαφρις] Μίσφρις Scal. Μιφρὶς *Euseb.* sed in Latinis *Mephres. In Versione Armen. Memphres.* Itidem *Manetho apud Josephum* Μήφρης. Proxime post pro ἔτη ιγ΄. habet ἔτη ιβ΄. *Eusebius; Manetho*que *apud Josephum* et *Theophilum* ἔτη ιβ΄. καὶ μῆνας ἐννέα.

Ibid. l. 21. Μισφραγμούθωσις ἔτη κϛ΄.] Μηφραμούθωσις κε΄. καὶ μῆνας δέκα *Manetho apud Joseph.* sed *apud Theophilum* Μηθραμμουθώσις ἔτη κ΄. μῆνας ι΄.

Ibid. ἐφ' οὗ ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμός.] Haud additum ab Eusebio, neque a Scaligero editum est, Africani istud. Contradicitque Chronologo nostro Syncellus pag. 70. ubi Africanum vult loco Ogygii diluvii posterius hoc Deucalionis perperam consignasse, ex ipsius Africani scriptis eum confutans. Adi sis ejus argumenta, quibus hoc addendum videtur contra σφάλμα istud de diluvio Deucalionis, nimis longum revera interesse tempus inter Mosis exodum, quam quidem Ogygiano diluvio et Amosi regi mox facit σύγχρονον Africanus in Num. XXII. et annum septuagesimum Aud judicis Hebræi, quo Deucalionis aquas ipse, ut ex Num. XXV. constat, collocaturus est, quam ut eædem aquæ cum regno hujus Misphragmuthosis sextum post Amosin locum occupantis conveniant.

Ibid. l. 23. Τούθμωσις ἔτη θ΄.] Θούθμωσις a Scaligero editum est. Θμῶσις θ΄. καὶ μῆνας η΄· *Manetho apud Joseph.* sed apud *Theophilum* Τυθμώσης nomen scribitur.

P. 257. l. 2. φθεγγόμενος λίθος] Nota cuique historia est de Memnonis Æthiopis statua sub ortum solis vocali. Lemma autem diversi esse scriptoris a Manethone probat silentium Josephi, ideoque ad Africanum adscribendum. Δαμφενόφις nomen Theophilo est pro Ἀμενῶφις.

Ibid. l. 3. ἔτη λζ΄.] *Eusebius* ἔτη λϛ΄. ἐν ἄλλῳ λη΄. *Eusebius Latinus ann.* 38. *Armenius* 23. *Manetho apud Joseph.* et fortasse *Theoph.* λϛ΄. μῆνας ε΄.

Ibid. l. 4. Ἀχεῤῥῆς] *Eusebius* Ἀχενχέρσης. *Euseb. Lat. Acencheres*, vel *Acencris. Euseb. Armen. Achencheres* annis 16. Et *Manetho apud Josephum* habet τοῦδε (Hori) θυγάτηρ Ἀκεγ-

χρής. Confer pag. 251. lin. 21. Idemque pro ἔτη λβ'. habet ιβ'. καὶ μῆνα ἕνα, prout Eusebius Syncellianus ἔτη ιβ'. assignat huic reginæ, quod tamen Africano reponendum esse summa annorum totalis negat. Apud *Theophilum* τούτου δὲ θυγάτηρ ἔτη ι', μῆνας γ'.

P. 257. l. 5. Ῥαθῶς ἔτη ἕξ.] *Eusebius* Ἄθωρις ἔτη λθ'. *Euseb. Lat.* Athoris vel Achoris ann. 9, *edit.* autem Scaligeri, Achoris ann. 7. Sed *Manetho apud Joseph.* τῆς δὲ (Acenchris) Ῥάθωτις ἀδελφὸς θ'. *apud Theoph.* Ἀθωρὶς ἔτη ιβ'. μῆνας γ'. Ita ed. Wolfii, sed Μερχερὴς vulgo Theophilus.

Ibid. l. 6. Χεβρῆς ἔτη ιβ'.] *Eusebius* Χενχέρης ἔτη ιϛ'. *Euseb. Chron. Lat.* Chencres ann. 10. sed *MSS. Coll. Magd.* et *Merton.* ann. 16. atque Arnaldi Pontaci *editio Chron. Lat. Edit.* autem Scaligeri, Cenchres ann. 18. *Manetho apud Joseph.* Ἀκεγχήρης ιβ'. καὶ μῆνας πέντε, sed *apud Theoph.* confusa nomina fuerunt.

Ibid. l. 7. Ἀχεῤῥῆς ἔτη ιβ'.] *Eusebius* Χεῤῥῆς ἔτη ιε'. *Manetho apud Joseph.* Ἀκεγχήρης ἕτερος ιβ'. καὶ μῆνας γ'. sed apud *Theoph.* reges confusi sunt. Sub hoc rege Mosis exodum collocat Eusebius in *Chronico Latino*, sed *Versio* ejus *Armenia* sub rege Orum sequenti, *Achencherem* quem vocat, at Euseb. Syncelli sub *Chencheri* tertio rege post Orum.

Ibid. l. 8. Ἀρμεσῆς ἔτη ε'.] Ἀμερσῆς edidit Scaliger. Ἀρμὲς habet *Euseb. Syncellianus*, Ἄρμαϊς *Euseb. Scaligeri.* Ita et *Manetho apud Joseph.* Ἄρμαϊς δ'. καὶ μῆνα ἕνα, apud *Theophilum* vero lectio variata, et confusa nomina fuerunt. Hunc regem Danaum quoque appellavit in *Dynastia* sua Eusebius, (Ἀρμὲς ὁ Δαναὸς,) et Ἀμμεσῆν seu Ῥαμεσσῆν fratrem ejus et successorem nominavit Ægyptum; Ἀμμὲς ὁ Δαναὸς ἔτη ε'. μεθ' ἃ ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐκπεσὼν καὶ φεύγων τὸν ἄδελφον Αἴγυπτον εἰς τὴν Ἑλλάδα ἀφικνεῖται, κρατήσας τε τοῦ Ἄργους βασιλεύει Ἀργείων. Sed Manethonem dixisse Josephus refert, Sethosin seu Ramessem, qui Amenophi successit, appellatum esse Ægyptum, et fratri hujus Armaïn nomen Danaum impositum. Hic autem Sethosis, idem qui Sesostris pluribus ita referentibus, primus Dynastiæ proxime sequentis rex est. Vid. et Eusebii *Chron. Lat.* ad an. DCXLII.

Ibid. l. 9. Ῥαμμεσσῆς ἔτος ἕν.] Cum simplici σ Scaliger et una μ *MS. alter Parisinus.* Eusebius habet Ἀμμεσῆς, ὁ καὶ

Αἴγυπτος, ἔτη ξη′. Sed *Chron.* ejus *Lat. Remesses* hunc appellat. *Versio Armenia Ramesses* seu *Rampses.* Et Manetho apud *Josephum* habet, Ῥαμεσσῆς ἓν καὶ μῆνας δ′.

P. 257. l. 10. Ἀμενῶφ ἔτη ιθ′.] Ἀμενωφὸθ *MS. alter Parisinus,* et *Eusebius Syncell.* habet Μέμωφις ἔτη μ′. *Euseb.* Scaligeri Μένωφις cum ν., *Latinum*que *Chron.* ejus *Menophis,* vel *Menophes,* vel *Menophus. Versio Armenia Amenophis* seu *Ammeniphthis. Manetho apud Josephum* habet Ἀμένωφις ιθ′. καὶ μῆνας ϛ′. Addita sunt in vet. edd. Theophili, quas quidem inter hæc contuli, post Amenophim regem, τοῦ δὲ Θοΐσσος καὶ Ῥαμέσσης ἔτη ι′, quæ corrupta fuisse ostendunt alia quædam Manethonis apud Josephum, magisque pertinere ad Dynastiam proxime sequentem.

Ibid. l. 11. Ὁμοῦ ἔτη σξγ′.] Hujus Dynastiæ regum omnium anni sunt 262, excluso tempore regis primi Amosis, cui Eusebius, ut dixi, annos 25. attribuit, perinde atque apud Josephum *Manetho* additis quatuor mensibus.

DYNASTIA XIX.

Ibid. l. 20. Σέθως ἔτη να′.] νε′. Euseb. et *Chron. ejus Lat.* vulgo *Zethus,* sed edit. Scal. et *MS. Coll. Merton. Sethus.* Σέθωσις, quod idem nomen est, appellat hunc *Manetho* apud *Josephum,* sed regni tacet annos. Sethos an. 55 *Chron. Eusebii Armen.*

Ibid. l. 21. Ῥαψάκης ἔτη ξα′.] *Eusebii Dyn.* Ῥάψης ἔτη ξϛ′. Sed *Chron. ejus Latinum Ramses* hunc regem vocat. Rampses ann. 66. *Chron. Armen.* et *Josephus.*

Ibid. l. 22. Ἀμμενεφθὴς] Cum simplici μ *MS. alter Paris. Eusebii Dyn. ex ed. Scal.* Ἀμένωφθις. In *Chron. Lat.* ita variatum est, *Amenophtes, Amenophes, Amenophis, Amnenopis.* Pro ἔτη κ′. *Euseb.* habet ἔτη μ′. *Chron.* ejus *Armen. Amenephthis* an. 8. De hoc rege supra aliquid annotavi, p. 394.

Ibid. l. 23. Ῥαμεσῆς ἔτη ξ′.] *Eusebii Dyn.* omisit. Ibidem *Chron. Armenium.*

Ibid. l. 24. Ἀμμενεμνῆς ἔτη ε′.] Nomen scribit Scaliger Ἀμμενεμῆς. *Euseb.* habet Ἀμμενεμμῆς ἔτη κϛ′. *Chron. Armen. Ammenemes* an. 26.

Ibid. l. 25. Θουωρὶς, ὁ παρ' Ὁμήρῳ &c.] Hæc verba in *Eusebiana* pariter atque *Africani Dynastia* adeo partita et luxata

sunt, ut duo reges Thuoris et Ἄλκανδρος, ex uno Thuori, qui Ἀλκάνδρας maritus fuit, efficerentur, quippe cum vox ἀνὴρ post Ἀλκάνδρας male esset omissa. Correxit ea vel ex Syncelli *Chronograph.* pag. 169. vel ex Eusebii *Chronico Latino* Scaliger, ubi ad an. cccxxxv. hæc extant: *Thuoris rex Ægypti ab Homero Polybus vocatur, maritus Alcandræ, cujus meminit in Odyssea* (δ'. v. 126.) *dicens, post Trojæ captivitatem Menelaum et Helenam ad eum divertisse, repetentes Græciam post bellum Trojæ.* Postea certior factus sum extare in *utroque Parisiensi MSto* Ἄλκανδρος (Ἀλκάνδρας) ἀνήρ. Jamque recepit Ἀλκάνδρας in nuperam Syncelli editionem cl. Dindorf. qui refert lectorem ad pag. Syncelli Goarini p. 169. Ceterum pro ἔτη ζ'. edidit Scaliger ἔτη ς'. per incogitantiam, opinor, eo quod voci Πολύβους numerus ς'. additus esset in Africani Eusebiique Dynastiis apud Syncellum quandoque corruptum, non item in Parisiensibus ejus scriptis. Verum aliter ipse quoque Scaliger in *Eusebianis* suis, unde plus semel Goarus inconstantiæ crimine eum arcessivit. Consentit in annis *Chron. Euseb. Armen.* notatque cl. Aucher. interpretem Armenium certe legisse in suo apographo Græco ἀνὴρ Ἀλκάνδρος, vel quid simile. Verum refert ille, habere *Armen. Interp.* in Canone Eusebii *maritum Alcandræ.*

P. 258. l. 2. βασιλεῖς ϟς'.] Immo conversis numeralibus reges σϟ'. 290. in antecedentibus præstantur. *Chronicon Armen.* agnoscit reges 92. annos 2121.

Ibid. l. 3. ἔτη ,βρκα'.] At fit summa ex numeris antecedentibus 2216. absque Amosis regis annis 25.

DYNASTIA XX.

Ibid. l. 10. ἔτη ρλε'.] Scal. ρκε'. *Euseb. Dynast.* ροη'. *Euseb. Chron. Armen.* 172.

DYNASTIA XXI.

Ibid. l. 15. ζ'.] *Syncelli textus* νζ'. quem Scaliger ante Goarum ex *Eusebii Dynast.* correxerat. Itidem emendate ζ'. *Syncelli MS. alter Parisinus*, et nunc *Chron. Armenium.*

Ibid. l. 16. Σμενδῆς] Ita *MS. alter Paris.* et *Scaligeri Euseb.* Σμένδις *Euseb. Syncelli*, et *Euseb. Armen. Euseb. Latinus Semendis* vel *Smendis.* Σμεδῆς *Goarinus Syncelli textus*, Σμερδῆς Scal. in *Africani Dyn.* Nunc et Dindorfius Σμενδῆς recepit.

Ibid. l. 17. Ψουσένης ἢ Ψουνέσης] Ita *Syncelli MS. Paris.*

prior textum Goarinum firmans. Ψουσέννης cum duplici ν Scaliger in *Africani Dyn. Eusebiana Dyn.* et *MStus alter Paris.* Solum Ψουσένης nunc posuit Dindorfius. *Psosennes* Euseb. Chron. Armen. Pro ἔτη μϛ'. Scal. edidit μβ'. *Euseb.* habet μα'.

P. 258. l. 18. Νεφελχερῆς] *Eusebius Syncelli* Νεφερχέρης. *Euseb.* Scaligeri Νεφερχένης. Variant *Chronici Latini* Exemplaria in literis istis l et r. Firmat *Nephercheres* Versio Armenia.

Ibid. l. 20. Ὀσοχὼρ] Ita *MS. Syncelli Paris. alter* et *Eusebii Dynast.* Ὀσοχὸρ *textus Syncelli Goarinus.* Ὀσόχων Scal. in Ἱστορ. Συναγωγ. sed in *Canon. Isagog. Opsochon.* Ὀσοχὼρ nunc posuit Dindorfius, et *Osochor. Chron. Armen.*

Ibid. l. 21. Ψιναχῆς] Ita *MS. uterque Paris.* atque *Eusebii Dynast. Euseb. Latinus* Psinaches, vel, Psinaces. Sed Pinaces *MS* in Coll. S. Magdal. Oxon. quemadmodum Πιναχῆς *textus Syncelli Goarinus.* Ψιναχῆς nunc Dindorfius. *Psinnaches* cum duplici n *Chron. Armen.*

P. 259. l. 1. Σουσέννης ἔτη ιδ'.] Goarus quidem ad marg. atque in notis reposuit ἔτη λ'. ut confici summa posset annorum 130, quæ huic Dynastiæ infra attribuitur. Eusebii autem Dynastia habet Ψουσέννης cum *MSto altero Parisino*, et ἔτη λε'. Ὁμοῦ ἔτη ρλ'. Eusebius enim Psusenni regi hujus Dynastiæ secundo annos tantum 41. pro 46. apposuit. Nunc Ψουσέννης Dindorfius Syncello reposuit. *Chron. Euseb. Armen.* præstat *Psosennes annis* 35. Summa ann. 130.

DYNASTIA XXII.

Ibid. l. 5. βασιλέων θ'.] Eusebio tres tantum reges sunt in hac Dynastia.

Ibid. l. 6. Σέσογχις] Σεσώγχις *MS. alter Paris.* Scaliger in *Canon. Isagog.* posuit *Sesonchis* vel *Sesochis. Eusebius* habet Σεσέγχωσις, sed in *Chronico Latino* suo, *Sysonchosis*, vel *Sesoncoris*, vel *Senscoris. Chron. Armen.* præstat *Sesonchusis.*

Ibid. l. 7. Ὀσορθὼν] Ita edidi ex *MS. utroque Parisiensi* et *Eusebio Scaligeri* pro *Goarini textus* Ὀσωρώθ. *Euseb. Syncell.* Ὀσωρθών. et *Scaligeri Africanus* Οὐσόρθων. Nunc et Dindorfius Ὀσορθὼν recepit, sed *Osorthos* præbet *Chron. Eusebii Armen.*

Ibid. l 11. ἔτη ριϛ'.] Ita convenienter cum numeris prioribus edidit Scaliger, sed habet ρκ'. *Syncellus editus.*

DYNASTIA XXIII.

P. 259. l. 18. Πετουβάστης] Scal. et *Eusebii Dynast.* *Petubastes Chron. Lat.* et *Armen.* Πεσουβάτις vero *Africani Dynastia.* Pro ἔτη μ'. *Eusebius* cum apud *Syncell.* tum in *Chronico Latino* annos 25. huic regi ascripsit. Nunc vero præstat ann. 26. *Chron. Eusebii Armen.*

Ibid. ἐφ' οὗ Ὀλυμπιὰς &c.] Hunc igitur Ægypti regem σύγχρονον fuisse Joathamo et Achaz Judææ regibus Africanus statuebat, si modo hoc lemma ipsius fuerit. Conf. Num. XXXVI. et XXXVII.

Ibid. l. 20. Ὀσορχῶ ἔτη η'.] Ita et περισπώμενον, pro edito Ὀσωρθὼν *MS. uterque Parisinus.* Ὀσορθῶν ἔτη θ'. *Eusebius.* ὃν Ἡρακλέα Αἰγύπτιοι καλοῦσιν. An sensus verborum est, quem cum Hercule Græcorum Ægyptii comparant? Conferas Num. XII. Ὁ καὶ Ἄρης κληθεὶς, ὡς πολεμικώτατος.

Ibid. l. 23. Ζὴτ ἔτη λα'.] λδ'. *MS. alter Parisiensis.* Omisit hunc regem *Eusebius*, et in titulo Dynastiæ exhibet βασιλέων τριῶν. In *Canonum* autem *Isagog.* Scaliger posuit istud. " Ze......XXXI." quasi nomen mutilatum fuisse censuerit.

DYNASTIA XXIV.

P. 260. l. 3. Βόκχορις] Ita edidit Scaliger pro illo Βόχχωρις in *Syncelli textu.* Βόχχορις *MS. alter Paris.* Pro ἔτη ϛ'. habent Scaliger et *Eusebii Dynastia* ἔτη μδ'. Eusebiusque in *Chron. Latino*, *annos* 44. sed interdum 42. vel 46. *Chron. Armen.* 44. Hunc regem sapientiæ laude ornat Diodorus Siculus lib. I. *Hist.* cap. 65. vid. et capp. 45. et 94.

Ibid. ἐφ' οὗ ἀρνίον ἐφθέγξατο] Ælian. lib. xii. cap. 13. De animalibus. Λέγουσιν Αἰγύπτιοι, καὶ ἐμὲ μὲν ἥκιστα πείθουσι, λέγουσι δ' οὖν, ἄρνα καὶ ὀκτάπουν καὶ δίκερκον κατὰ τὸν Βόκχοριν τὸν ᾀδόμενον ἐκεῖνον γένεσθαι, καὶ ῥῆξαι φωνήν. Vide cetera. SCALIGER. *Animadv. in Chron. Eusebii*, pag. 68. ubi ad an. Abrahæ MCCXXXVI. hæc posita extant; *Bocchoris Ægyptiis jura constituit, sub quo et agnus locutus est.* Memoratur Τέχνατις ὁ Βοκχόρεως πατὴρ a Plutarcho *De Iside et Osiride*, cap. 8.

Ibid. l. 4. ἔτη ϡϞ'.] Redundant hæc, aut alia desunt. GOARUS. In summa totali quæ sequitur numerorum hujus libri, hæc non includi videntur.

DYNASTIA XXV.

P. 260. l. 12. ἔτη η′.] *Eusebius* præbet ἔτη ιβ′. Huic autem *Sabaco* Æthiopum regi annos regni Ægyptiaci quinquaginta, antequam abdicaverat se illo, Herodotus attribuit lib. ii. *Hist.* cap. 139. De rebus gestis ejus videndus Diodorus Siculus Lib. I.

Ibid. l. 13. ἔτη ιδ′.] *Eusebius* ιβ′.

Ibid. l. 14. Ταρκὸς ἔτη ιη′.] Ταρακὸς ἔτη κ′. *Eusebius* in *Dynast.* sed in *Chronico Latino Tarachus*, quod posuit Scaliger in *Canonum Isagog.* Taracus *Armenii Chron. Interp. Latina.*

DYNASTIA XXVI.

Ibid. l. 22. Σαϊτῶν] Ita *MS. alter Paris.* et emendante ad marg. Goaro post *Eusebii Dynast.* pro Ἀσαιτῶν. Nunc ita et Syncellus nuper editus.

Ibid. l. 24. Στεφινάτης] Ab Eusebio Στεφανάθις vocatur. Ceterum ante hunc regem posuit *Eusebius* Ἄμμαρις Αἰθίωψ ἔτη ιβ′. omisso rege ultimo Dynastiæ hujus Psammecherite. In *Chron. Lat.* Merres. sed in *Armenio*, *Ammeres, Æthiops annis.* 18. In eod. *Chron. Armenio* extat *Stephinathis.* in *Latino Stephinatis*, cujus quidem chronici Manuscripti libri in hoc nomine inter se multum variant.

Ibid. l. 24. Νεχεψῶς] Ita *MStus uterque Paris.* Scaligerque n Ἱστορ. Ἰσαγωγ. et *Canonum Isagog.* pro Νερεψῶς *Syncellini textus.* quem nunc correxit Dindorfius. Νεκεψῶς habet *Eusebii Dynastia,* atque ita variatur in *Chronici Latini Exemplaribus,* Nechepsos, Nichepsos, Nichepsus, Nochepsos. In *Chron. Armen.* extat *Nichepsus.*

Ibid. l. 25. Νεχαὼ ἔτη η′.] In *Canon.* autem *Isagog.* omittit hunc regem Scaliger, verbaque hæc ponenda curavit; "Hac-"tenus Manetho. Reliqua ex Herodoto." Tum postea Dynastiæ proxime sequenti lemma hoc ab eo præpositum est; "Rursus ex Manetho."

Ibid. l. 26. Ψαμμίτιχος ἔτη νδ′.] Ita edidit Scal. post *Eusebii Dynastiam*, et *MS. alter Syncelli Parisinus* habet Ψαμμήτιχος pro edito Ψαμμίτικος. Atque ita nunc edidit Dindorfius, consentiente *Chron. Armen.* *Eusebii Chron. Lat.* habet Psammitichus, vel, Psammeticus. in quo, prout in *Armenio*, ap-

ponuntur anni 44. pro 54. atque sic Scaliger in *Chron. Isagog.* sed *Eusebius in Dynastia Syncellina* habet annos 45. minus accurate quam Africanus, cujus numeros confirmat Herodotus in lib. ii. cap. 157. Hunc autem regem Ægyptium sæpius quam alium quemvis memoravit Herodotus; cujus tradit naves tota Africa triennio circumnavigata per mare Mediterraneum ad Ægyptum rediisse. Ei patrem atque filium Νεκὼν historicus attribuit, capp. 152. et 158. ejusd. lib. et Psammetichum *Saitem* ab urbe vel nomo appellat Diodorus Siculus lib. I. *Hist.* cap. 66.

P. 261. l. 1. Νεχαὼ δεύτερος ἔτη ϛ'.] Nechao propter priorem regem cognominem, et hujus Dynastiæ regem tertium, Nechao secundus dictus, hic statuitur idem fuisse atque Pharao Necho, qui, postquam Josiam regem optimum superaverat, successorem ejus Joachas in Ægyptum abduxit. Vid. 2 *Paralipom.* capitibus penult. et ult. De eo Herodotus — καὶ Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκῶς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε. μετὰ δὲ τὴν μάχην Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίας ἐοῦσαν μεγάλην εἷλε. lib. ii. cap. 159. Qua quidem appellatione Hierosolymam designari putant. Huic autem regi annos 17. pro 6. quos Africanus et Eusebius ei assignant, Scaliger in *Canonum Isagog.* attribuit, Herodotum, ut videtur, secutus, qui tamen annos tantum 16. commemorat: Μετὰ δὲ, ἑκκαίδεκα ἔτεα τὰ πάντα ἄρξας, τελευτᾷ τῷ παιδὶ Ψάμμι παραδοὺς τὴν ἀρχήν. ibid.

Ibid. l. 2. αἰχμάλωτον] Supplevi istud ex *MSStis Parisinis, Eusebiique Dynastia.* quodque nunc Syncello suo restituit Dindorfius.

Ibid. l. 4. Ψάμμουθις ἕτερος ἔτη ἑξ] *Euseb.* ἔτη ιζ'. Atque Scaliger in *Canon. Isagog.* annos 16. Sed vulgo *Eusebii Latinum Chron.* ann. tantum 6. quibuscum atque Africano ipse quoque Herodotus consentit. lib. ii. cap. 161. Pontaci tamen et Roncalliana Chronici hujus editiones, immo et nuperrima Maiiana, annos præstant 12. consentiente MS. Collegii S. Magdal. Oxon. In *Chron.* vero *Armenio* hoc extat, *Psammuthes alter, qui est Psammetichus, annis* 17. Ad lectionem quod attinet Ψάμμουθις ὁ ἕτερος, hæc scribit cl. Schurzfleichius in *Castigatt. et Animadv. ad Chron. Euseb. et Paschal.* "Ego malim " una voce legere Ψαμμουθισέτερος non enim alius Psammuthi " precedit, et si vel maxime præcessisset, scriberetur tunc potius

"Ψάμμουθις ὁ δεύτερος." p. 248. *Notitia Biblioth. Vinar.* At fortasse, cum habeat Eusebii Dynastia Ψάμμυθις ἕτερος, ὁ καὶ Ψαμμιτικὸς, Africano reponendum foret Ψάμμουθις, ἑτέρως Ψαμμίτιχος. Adi alium regem cognominem, qui tertius est Dynastiæ XXIX, et notam ad loc.

P. 261. l. 6. Οὔαφρις ἔτη ιθ'.] Eusebius in *Dynastia*, quem secutus est Scaliger in *Canon. Isagog.* annos 25. similiter atque Herodotus, Vaphri seu Apriei ibidem attribuit. Sed Diodorus Siculus lib. I. cap. 68. annos tantum 22. Eusebius interdum in *Chron. Lat.* 30.

Ibid. ᾧ προσέφυγον] Rex iste dictus *Vaphres* est itidem a LXX. Interpretibus in *Jeremiæ* cap. xliv. comm. ult. sed *Ephree* vel *Hophra* scribunt, qui Hebræum codicem sequuntur.

Ibid. l. 8. Ἄμωσις ἔτη μδ'.] Eusebius in *Chronici* exemplaribus exhibet vel *Amasis,* quemadmodum apud auctores frequenter nomen scribitur, vel, *Anamasis*, vel denique *Amasais.* In *Dynastia* quoque et *Chronico* Eusebius annos adposuit 42, vel in edit. Pontaci ann. 43. firmat vero Herodotus Africani numeros 44. cap. 10. libri tertii. Diodorus tamen Siculus annos eidem regi 55. attribuens, Βασιλεύσας δ' ἔτη, inquit, πέντε πρὸς τοῖς πεντήκοντα, κατέστρεψε τὸν βίον, καθ' ὃν χρόνον Καμβύσης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑξηκοστῆς καὶ τρίτης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Παρμενίδης Κιμαριναῖος. lib. I. cap. 68. Ad hunc regem, quem ob sapientiam, justitiam, clementiamque, laudat Diodorus c. 95. Solon, teste Herodoto, adiit. vid. lib. I. cap. 30. Ad hæc nunc vidi nomen *Amasis* habere *Chron. Eusebii Armen.* Variant inter se chronographi vel *Amosis* vel *Amasis* scribentes.

Ibid. l. 9. Ψαμμεχερίτης] Ita *MSSti Paris.* et Scaliger. Ψαμμαχερίτης editus *Syncellus.* Nescit hunc regem *Eusebius*, quem Cambyses devicit mortuo Amasi patre hujusce Psammecheritis, seu Psammeniti, prout appellat eum Herodotus. vid. lib. iii. capp. 10. et 14. ubi idem sex mensium spatium regno ejus tribuitur.

DYNASTIA XXVII.

Ibid. l. 21. ἔτη ϛ'.] Eusebius in *Dynast.* ἔτη γ', qui post hunc istud addidit, Μάγοι μῆνας ζ'. Et annos 4. Cambysi attribuit Scaliger in *Canonum Isagog.* Meliusque hæc Eusebii atque

Scaligeri cum *Ptolemæi Canone* conveniunt, in quo quidem anni tantum octo universo, sive Persico, Cambysis regno adpositi sunt. Vid. et Num. XLIII. Vulgo ἑαυτοῦ, sed αὐτοῦ reposui, prout fere scribitur in codicibus.

P. 261. l. 22. ἔτη λϛ′.] Dario Hystaspi iidem anni attribuuntur ab Herodoto lib. vii. *Hist.* cap. 4.

Ibid. l. 23. ἔτη κα′.] Euseb. in *Chronico Lat.* ann. 20. Sed in *Armen.* ut in *Græcis,* ann. 21

Ibid. l. 24. Ἀρταβανὸς μῆνας ζ′.] Omisit Eusebius in *Dynast.* sed in *Chronici Canone* habet.

Ibid. l. 25. ἔτη μα′.] *Euseb.* ἔτη μ′. Atque ita Scaliger in *Canonum Isagogicorum Libris.*

P. 262. l. 2. ἔτη ιθ′.] Scaliger, ubi supra, notam istam adposuit, "Iste (Darius Xerxis) in Perside annos XIX. imperavit, "anno XII. imperii sui Ægyptum amisit." Vocem ἔτη ex *MSStis Paris.* atque *Eusebio* addidi.

DYNASTIA XXVIII.

Ibid. l. 9. Ἀμύρτεως] Ἀμυρταῖος Scaliger ubique. Ἀμύρτεος *MS. alter Paris.* Ἀμύρτανος *Euseb.* in hac *Dynastia*, ubi Ἀμυρταῖος *MS. uterque Paris.* ut nunc edidit Dindorfius. Eusebius autem in *Chronico Lat. Amartheus* vel *Amanteus.* Ceterum Usserio in *Annalibus* p. 111. ed. Genev. Amyrteus Saïtes rex ille fuisse videtur, cujus nominis mentionem facit Herodotus, tum lib. iii. cap. 140. tum lib. iii. cap. 15. ubi plurimis malis Persas ab eo affectos significat. Alii præterea duo reges Pausiris et Psammenitus ab Herodoto et Diodoro Siculo commemorantur, qui Amyrteo successerint.

DYNASTIA XXIX.

Ibid. l. 13. Μενδησίων βασιλέων] Μενδήσιοι βασιλεῖς *MSS. Paris.* atque *Eusebii Dynastia.* Sed supra in his titulis casus genitivus semper adhibitus est. Et *regum Mendesiorum Chronici Armen. Versio Latina* exhibet.

Ibid. l. 14. Νεφερίτης] Νεχερίτης Scaliger in Ἱστορ. Ἰσαγωγῇ, sed in *Can. Isagog. Nepherites* posuit. Νεφερίτης cum ι pro ει *Eusebius* et *MS. alter Parisinus*; sed in *Chronici Eusebiani*

MSto codice vidi nomen *Thinestes* pro Nepherite extans. Olim ego cum Syncello Goarino Νεφερείτης. Correxit Dindorfius.

P. 262. l. 15. ἔτη ιγ΄.] Euseb. in *Chron. Lat.* an. 12. quem secutus est Scaliger in *Canon. Isagog.* Verum aliter Euseb. apud Syncellum, et *Chron. Armen.*

Ibid. l. 16. Ψαμμουθὶς] Psammetichum hunc regem nomine appellare videtur Diodorus Siculus lib. xiv. cap. 35. ἀπόγονον ὄντα, inquit, τοῦ Ψαμμητίχου, regis quarti Dynastiæ xxvi.

Ibid. l. 17. Νεφορότης μῆνας δ΄.] Scaliger ubique Νεφερίτης, et Eusebius, etsi in *Dynast.* Ἀνεφερίτης notante Goaro mendose scriptum est, præstat *Nepherites* in *Chronicis Latino* et *Armenio.* Habet *MS. prior Parisinus* Νεφορότις, *MS. alter* Νεφερίτης, quod nunc reposuit Dindorfius. Pro mensibus quatuor duos tantum præbet *Nepheriti* suo Scaliger in *Canon. Isagog. Nepherea* hoc nomen posuit Diodorus Siculus lib. xiv. cap. 79. Ceterum addidit *Eusebii* Dynastia post hunc regem Μοῦθις ἔτος α΄. Cum vero nullum *Muthum* exhibeat ejusdem Eusebii Chronicon, ex posteriori parte vocis *Psammuthis* fictum esse hoc regnum videtur.

DYNASTIA XXX.

Ibid. l. 25. Νεκτανέβης ἔτη ιη΄.] *Eusebii Dynastia* annos tantum quinque præbet, sed *Chron.* ejus *Latinum* 18. et *Chron. Armen. Nectanebus* ann. 10.

Ibid. l. 26. Τέως] De rebus hujus regis, quem *Tachum* appellat Diodorus Siculus, contra filium suum Nectanebum gestis videndus est idem scriptor in *Biblioth.* suæ *Hist.* Libro 15.

P. 263. l. 1. Νεκτάνεβος ἔτη ιη΄.] Ita Scaliger ubique, firmantibus *MSStis Syncelli Parisinis,* pro Νεκτανέβης ἔτη ιη΄. lectione *editi Syncelli*, nunc vero mutata. Hoc autem loco, ut fit supra, etsi *Eusebii Chronica Lat.* et *Armen.* annos eosdem adposuerunt, sed præstat annos tantum octo *Dynastia* ejus. Præterea propter numerorum convenientiam in Eusebiano Chronico cum Africani quæ vocata est Dynastia, hanc Dynastiam cum altera Eusebiana commutandam esse opinatur Goarus. Utcunque res se habet, annos trium harum penultimarum Dynastiarum qui colliguntur 64, defectioni Ægyptiacæ a Persico imperio attribuendos esse, quamdiu separatio illa duraverit ostendentes, censuit eruditissimus Usserius in *An-*

nalibus, veteri historico Diodoro Siculo in consilium adhibito. Verum annos tantum 47 Dynastiæ Eusebianæ supplent. Ceterum de ultimo isto rege Ægyptio hoc tradit Cornelius Nepos in Vit Chabriæ Atheniensis, *Nectanebum adjutum profectus* (Chabrias) *regnum ei constituit.* cap. 2.

DYNASTIA XXXI.

P. 263. l. 7. εἰκοστῷ ἔτει] Scaliger ait in *Canonum Isagog. Libris*, "Hic decimo septimo anno regni sui Ægyptum re-"cepit." *Ptolemæi Regum Canon.* annos tantum 21. Ocho attribuit. Habent *MSSti Parisini*, τῆς αὐτῶν Περσῶν βασιλείας, pro τῆς ἑαυτοῦ Π. β. ex Dynastia Eusebii reposui αὐτοῦ.

Ibid. l. 8. ἔτη ϛ'.] Ita *MS. alter Paris.* et Scaliger ubique præterquam quod in *Canon. Isagog.* posuit ann. 10. Syncelli vero textus habet ἔτη β'. *Chron. Armen. annis* 6.

Ibid. l. 8. ἔτη γ'.] Sed Scaliger ubique et *Eusebii Dynastia* Ἀρσῆς Ὤχου ἔτη δ'. Consentientibus *Chron. Lat.* et *Armen.*

Ibid. l. 10. Δαρεῖος ἔτη δ'.] Scaliger ubique et *Euseb.* ἔτη ϛ'.

Ibid. l. 11. Ὁμοῦ ἔτη γ'. Τόμου ͵αν'.] Ita post Manethonis libros primum et secundum numeri recensentur, nec *MSSti Parisienses*, habent ϛ'. pro γ'. et ὁμοῦ pro τόμου, prout Goarus ad Syncelli *marginem* et in Latina Interpretatione posuit. Itaque correxi ιγ'. γ'. τόμου ͵αν. Omnium vero hujusce libri numerorum summa est anni 862. et menses duo, exclusis annis illis Dynastiæ vicesimæ quartæ 990. nam summa annorum non est, quæ hoc loco collecta est, 1050.

Ibid. l. 18. Μέχρι τῶνδε Μανεθῶς &c.] Addidit verbum παρίσταται ante συγγραφέων *Eusebius*. Sed in *Chronico* ejus extat istud, *Huc usque Manetho*, post Nectanebum ultimum Ægyptium, non post ultimum Persam. Præterea Scaliger in Ἱστορ. Συναγωγ. post eandem Dynastiam Africani tricesimam hæc edidit, "Εως ὧδε Μανεθῶς τὰς λα'. δυναστείας Αἰγύπτου περιέγραψεν ἐξ ἱερῶν βιβλίων· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἐξ Ἑλληνικῶν συγγραφέων. At vero hæc potius ad hanc Dynastiam pertinent, ubi Scaliger ipse addidit, Ταῦτα τοῦ τρίτου τόμου Μανεθῶ. Illa insuper, Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα κ. τ. λ. Africanus fortasse de opere suo dixit.

XII.

P. 263. l. 24. Ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Σὴμ &c.] In Schedis Grabianis, de quibus in Præfatione dixi, hoc Africani descriptum est fragmentum, cui quidem præmisit, quæ sequuntur, Grabius; "In Chronico Symeonis Logothetæ, quod modo typis mandatur ex Regio Cod. cum translatione Latina Combefisii, "hunc Africani locum reperi, qui apud Syncellum non occurrit." Ita quidem Grabius, qui nullam interpretationem hujus ῥήσεως Latinam adjecit; vehementerque dubito, utrum hoc ipsum Chronicon, vel saltem pars istæc operis, ad hunc usque diem typis excusum fuerit, quippe quod idem videtur esse atque Annales illi a Fabricio in *Biblioth. Gr.* vol. vi. p. 158. primæ edit. his verbis commemorati: "Simeonis Magistri et Logothetæ Chronicon collectum ex variis Chronicis "et Historiis, ab Adamo usque ad Constantinum Porphyrogenitum.——Codex MS. Regis Christianissimi, quo usus "est Cangius in Glossario Græco notisque ad Zonaram et "aliis in scriptis; desinit in Leone Armenio cum Theophane, "cui in multis consonat." Porro ex iis quæ postea scripsit Fabricius p. 352. ejusd. vol. constat partem tantum posteriorem istius Chronici, quod Grabius commemorat, a Combefisio fuisse inter Scriptores post Theophanem anno 1685. editam. Videtur ergo Grabius hoc tantum velle dicere, se in Chronico Symeonis Africani locum reperisse. Ceterum plurima hujus ῥήσεως, sed mixta aliis, exhibet cum *Chronicon Paschale* seu *Alexandrinum* p. 36. et seqq. ed. Ducangii, tum Cedrenus in *Historiarum Compendio* p. 15. ed. Paris. qui ad verbum majorem ejus partem produxit, nomine itidem *Africani* adjecto. Adi et *Eclogam Chronicorum* p. 234—236. quam e codice MS. Paris. nuper edidit Cramerus. Hoc vero Africani fragmentum, in Chronicum suum Eusebium haud desumpsisse, nunc tandem nobis liquet ex Armenia ejusdem Chronici Interpretatione, quæ opera virorum doctissimorum nuper prodiit.

Ibid. l. 25. ὑπὸ τοῦ πατρὸς] Hunc *Domnum* appellat *Chronici Paschalis* auctor; Οὐρανὸν vero Anon. Scriptor ante Mallelam, referente nunc cl. Bekkero in nupera editione Cedreni.

P. 263. l. 25. εἰς τὴν ἐπωνυμίαν] Hoc ex *Chron. Paschal.* et *Cedreno* pro εἰς ἐπώνυμα edidi.

Ibid. l. 26. ὃς πρῶτος ἦρξε τῶν Ἀσσυρίων] Assyriorum reges primi hoc ordine fere recensentur, primus Belus, secundus Ninus, qui Beli fuit progenies, testibus plurimis scriptoribus, maritusque Semiramis, non filius; tertia Semiramis, quartus demum Ninyas filius Nini atque Semiramis. Porro hunc ordinem succedendi ipsi Africano attribuit Josephus Scaliger *Notis in Græca Eusebii* p. 413. et alibi. At dubium hoc facit ῥῆσις istæc, nisi dubiæ fidei sit ipsa, in qua quidem Belus Nino successisse, non rex primus fuisse dicitur.

P. 264. l. 2. ὁ καὶ Πῖκος] Ita nomen scribo cum post Dionysium Hal. *Antiq.* lib. I. p. 11. ed. R. Steph. ubi πῖκος avis commemoratur, tum post Cedrenum. Corrupte enim legitur Πῆκον in hac Symeonis ῥήσει, olimque ita in *Chronico Paschali*, etsi interdum Πῖκος et περισπώμενον ibi positum est, sicut semper apud Cedrenum. Et *Picus* Latine scribitur;

——*Fauno Picus pater, isque parentem*
Te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor.

Virg. *Æn.* vii. 48.

Ibid. l. 3. ἔσχε δὲ Κρόνος καὶ ἑτέρους δύο &c.] Cedrenus qui Belum Saturni filium retulerat fuisse, hæc habet; ὡς δὲ Ἀφρικανός φησι, καὶ ἕτερον υἱὸν ἔσχεν ὁ Κρόνος τὸν Ἄφρον, ἐξ οὗ Ἄφροι, ὃς γήμας Ἀστυνόμην ἐποίησε &c. atque sic deinceps ad usque finem τῆς ῥήσεως.

Ibid. l. 7. κατίων ἐν τῇ δύσει] κατελθὼν ἐν τῇ δ. *Cedrenus.*

Ibid. l. 11. ἐν τῇ Κρήτῃ] Addidi articulum ex *Cedreno*, sicut in l. 8. ante Ἀσσυρίων.

Ibid. l. 12. Θοῦρας, ὁ καὶ Ἄρης] Θούῤῥας nomen scribitur in *Chron. Paschal.* Θοῦρος habet *Cedrenus.* θοῦρος Ἄρης apud Homerum frequenter positum est, θούριος Ἄρης Sophocli aliisque solennis. Θούρας denique cum simplici ρ, et paroxytonum, Suidas in *voce*, qui, perinde atque auctor *Breviarii Chronologici* MS. Barocciani a Joanne Gregorio pagg. 222, et 229. et alibi *Operum ejus* commemoratus, tradit de viro similia illis quæ apud Cedrenum, Malalamque in *Chronograph.* pag. 17. extant. Θύρας nomen scribitur in *Eclogis* p. 235 a Cramero editis Thor Septentrionalium Mars est. Positus est loco quinto regum Assyriorum Arius a Syncello in pag. 103. *Chrono-*

graphiæ. In Chronico vero Eusebiano, alibique, post Ninum regem primum Assyriorum Arius rex quartus et Belochus et Balæus, ordine octavus nonusque recensentur; sed tanquam si Belus primus rex fuerit, qui Nino pater fuit, Arium regem quintum appellasse alibi refertur Africanus, hoc est Num. xxiii. dum in hoc fragmento Arius seu Thuras, rex tertius, aut maxime quartus est.

P. 264. l. 14. Βάαλον, ἢ Βὴλ, *μετονομάσαντες*] Βάαλ Θεὸν, ἤτοι Βὴλ *μετονομάσαντες Cedrenus.* Baal Hebraice *Dominus. Scribit Thallus in historia sua, Belum regem Assyriorum, quem Babylonii colunt, quique Saturni fuerit æqualis et amicus, antiquiorem fuisse Tröico bello annis* 322. Lactantius in *Epitome,* cap. 24. Sed omnino discrepare ab his numeris Africanum Series Chronologica fine Adnotatt. posita ostendit.

Ibid. *ἀναστηλώσαντες σέβονται*] Auctor *Chronici Paschalis,* p. 38 vel 69. ed. nov.—*ᾧ τινι* Ἀρεὶ *ἀνέστησαν πρῶτον στήλην οἱ* Ἀσσύριοι, *καὶ ὡς* Θεὸν *προσεκύνουν αὐτόν.* Eadem et Cedrenus quoque pag. 13.

Ibid. l. 16. *ὃς μετωνομάσθη* Ἑρμῆς] *μετωνομάσθη* pro *μετονομασθεὶς* ex *Cedreno* recepi. Georgius Syncellus p. 237. Τινὲς *βούλονται* Κρόνον *πρῶτον* Ἄλβανον (habet Syncellus pag. 171. —*καλούμενον* Ἄλβανον *ἀπὸ τοῦ* Ἀλβάνου Κρόνου *τῶν πάντων κατὰ τὴν* Ἰταλίαν *βασιλέων πρώτου λεγομένου*) *κρατῆσαι τῶν κατὰ τὴν ἑσπέραν τόπων, μεθ' ὃν φασὶ* Πεῖκον *υἱὸν αὐτοῦ, τὸν καὶ* Δία, *βασιλεῦσαι. εἶτα* Φαῦνον Διὸς *υἱὸν, τὸν καὶ* Ἑρμῆν· *ἐφ' οἷς* Ἡρακλῆς *ἐπανελθὼν ἀπὸ* Σπανίας, *καὶ μετ' αὐτὸν* Λατῖνος, *ἐφ' οὗ* Αἰνείας *μετὰ τὴν ἅλωσιν* Τροΐας *ἐλθὼν* &c. Vid. et pag. 171. Φαῦνος vero Ἄρεος, *ὥς φασιν, ἀπόγονος, ἀνὴρ μετὰ τοῦ δραστηρίου καὶ συνετὸς,* scribit Dionysius Halicarnassensis libro primo *Antiquitatum Roman.* p. 20. Multi tamen ferunt, quemadmodum Africanus in *ῥήσει* istac, Faunum filium Pici, sive Jovis, in Italia regnasse. Sed vero Picum Fauni patrem, seu, ut tradit Lactantius in *Epitome* c. 22. fratrem, atque avum Latini, Saturnii Jovis fratrem fuisse, non eundem atque Jovem, tradit Arnobius lib. I. *Advers. Gentes* p. 94. ed. Lugd. Bat. Proxime post *λογικώτατος* pro *λογιώτατος Cedrenus.*

Ibid. l. 18. *τὴν τοῦ χρυσοῦ ποίησιν ἔφευρεν* &c.] *τοῦ χρυσοῦ τὴν φύσιν Cedrenus,* sed ad marg. ejus *τὴν ποίησιν.* et auri fabricatio *ἐκ μετάλλων* hic significatur. Auctor tamen *Chro-*

nici Paschal. de hoc Fauno pag. 44. vel 8vo. ed. nov. ait, ἦν ἀνὴρ πανοῦργος καὶ μαθηματικὸς, ὅστις ἐφεῦρε τὸ μέταλλον τοῦ χρυσίου ἐν τῇ δύσει πρῶτος καὶ τὸ χωνεύειν. ἐξεῦρεν litera φ superscript. in Grabii *Apographo.* ἐξεῦρεν Cedrenus.

P. 264. l. 19. ποικίλῃ] Hesychius, Ποικίλον, ἁπαλόν. πυκνόν. συνετόν. Ita apud Platonem in *Gorgia*, Οὐδὲν ποικίλον, nihil *exquisitum* vel *insolitum.* Invenit λεγομένῃ pro γενομένῃ *Cedrenus.*

XIII.

P. 265. l. 9. Λιμοῦ κατασχόντος &c.] Huic ῥήσει apud Syncellum titulus Ἀφρικανοῦ præfixus est. Historia extat in *Gen.* xii. 10. et seqq.

Ibid. l. 7. δεδιὼς δὲ μὴ &c.] Ita post Scaligerum edidi, qui hæc Africani verba *Chron.* suo *Eusebiano* inseruit pag. 20. Nam abest a Syncelli textu particula δὲ, ubi καὶ ante δεδίως Goarus ad marg. posuit. Sed Scaligerum tuetur *MS. alter Parisinus.* Nunc quoque ita edidit Dindorfius. Proxime post recte σκήπτεται pro σκέπτεται idem Scaliger.

Ibid. l. 15. διεπληκτίσαντο] Scaliger habet διεπληκτίζοντο. Sed *MS. Paris. alter.* διαπληκτήσαντο. De re ipsa adi *Genes.* xxii. 7. et seqq.

Ibid. l. 19. Σεβωεὶμ] Ita ediderat Scaliger ante Goarum pro Σεβοεὶμ cum ο, editos quidem LXX ut opinor, in *Gen.* xiv. 2. et alibi, secutus, sed codices nonnulli eorundem interpretum, quos commemorat cl. Holmesius, per ο nomen scribunt. Habet quoque Cedrenus Σεβόϊν, qui in *Hist. Compend.* p. 28. ed. Paris. hæc Africani, sed nulla facta nominis ejus mentione, attulit a vocibus δι' ἀρετὴν usque ad finem τῆς ῥήσεως. Attamen disertim legi in utrisque *MSStis Syncelli Parisinis* Σεβωεὶμ cum ω postea certior factus sum, idque nunc recepit Dindorfius. Mox vero pro voce Αἰλὰμ habet Αἰλὼμ Scaliger, et Ἐλὰμ τῶν ο'. edd. pleræque, sed Αἰλὰμ aliæ edd. et plurimi codices scripti ab Holmesio memorati. *Cedrenus* mendose ὁ Ἰλάμ.

P. 266. l. 2. τὴν ἁλυκὴν] Ita Scaliger pro τὴν ἁλικὴν cum ι, quod exhibent *Syncellus* et *Cedrenus.*

Ibid. l. 3. θάλασσα νεκρά·] Beda *De Locis Sanctis* cap. xi. *Mortuum autem mare appellatur, quod nihil recipiat generum viventium, neque pisces, neque assuetas aquis aves ; tauri camelique*

fluitant. p. 321. ed. Smithi *Operum Bedæ.* Similiterque scripserat de hoc lacu Tacitus; *Neque pisces aut suetas aquis volucres patitur. Hist.* v. 6. Ultima vero Bedæ verba de tauris camelisque fluitantibus Pliniana sunt, quæ post afferam. Mox sequitur ζώων τε γὰρ οὐδὲν ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ φέρει, ubi ζῷον pro ζώων habet *Cedrenus*, et vox φέρει cum vi *producendi* vel *pariendi* adhibetur, sicut infra in l. 7. Narrat autem Maundrellus idoneus auctor in *Itinerario* suo pag. 84. visas a se ipso fuisse inter calculos super maris hujus arenam duas tresve conchas testis ostreariis consimiles, quum undis ejectæ essent, idque intervallo itineris duarum horarum ab eo loco, quo Jordanes rivus ad mare mortuum accedit; quod quidem a se commemoratum ait, ut ne flumine advectæ in mare fuisse hæ conchæ cuiquam viderentur. Hæc Maundrellus, dubitans, an vere traditum sit, hisce aquis nullos innutriri pisces; sed vero cl. Volneius in nupera *Peregrinatione Syriaca et Ægypt.* vol. I. cap. 20. sect. 6. antiquam famam veram esse confirmat; quodque nimium habeant salis hæ aquæ, causam rei esse putat. Addidit Beda, loco modo allato, *Denique si Jordanes auctus imbribus pisces illuc influens rapuerit, statim moriuntur, et pinguibus aquis supernatant.*

P. 266. l. 4. καὶ νεκροὶ μὲν—βαπτίσαιντο] *Cedrenus* elegantius, καὶ νεκρὰ μὲν σώματα ὑποβρύχια γίνεται, ζῶν δέ τις οὐδ᾽ ἂν ῥαδίως βαπτίσαιτο. Rem hic memoratam firmat Maundrellus in loco jam allato, narrans se corpus sensisse suum inter nandum in hoc mari vi insolita sustentum, sed tamen rem ait exaggerasse auctores. Firmant et alii duo scriptores, Lusignanus vol. II. p. 185. *Itin.* et Leghus Anglus, anno 1818 harum aquarum vim ipse expertus, quod ante Lusignano contigerat. Ait Tacitus, l. c. *Incertæ* (*inerti* corrigit Freinshem.) *undæ superjecta ut solido feruntur, periti imperitique nandi perinde attolluntur.* Pliniusque *Nat. Hist.* lib. ii. cap. 106. *Nihil in Asphaltite*, ait, *Judeæ lacu, qui bitumen gignit, mergi potest.* Post vero re melius perpensa posuit, lib. v. cap. 15. *Tauri camelique fluitant; inde fama nihil in eo mergi.*

Ibid. l. 6. λύχνοι δὲ μὲν καιόμενοι ἐπιφέρονται] *Syncellus Goarinus* habet λύχνοι μὲν καιόμενοι δὲ ἐπιφέρονται, ubi δὲ redundare ait Goarus, posuitque καὶ pro illo ante ἐπιφέρονται Scaliger. Ex MS. altero Parisino, ut olim ego, nunc Din-

dorfius correxit. Hanc tamen particulam καὶ haud male exhibet ante λύχνοι *Cedrenus*. Ceterum in *Notis* pag. 414. scribit Scaliger; " In fragmento Africani est egregia lacus Asphal-" titis descriptio ἐκ τῆς ἱστορίας καὶ αὐτοψίας auctoris; in quo " notabis λύχνοι μὲν καιόμενοι καὶ ἐπιφέρονται. Quod et apud " Hegesippum reperies lib. iv. cap. 18. (*De Bello Judaico*) " *Lucernam accensam ferunt aquis supernatare, sine ulla con-" versione extincto demergi lumine.* Quod ab Africano, non a " Josepho accepit. Tertullianus in poemate de Gomorris et " Sodomis,

" ——————————*si denique testæ*
" *Luciferam narem insistes, qua spiritus igni est,*
" *Velificabit apex flammæ. Si flamma perempta est,*
" *Ibit subter aquas destructio naufraga lucis.*"

P. 266. l. 7. ἐνταῦθα εἰσὶν αἱ τῆς ἀσφάλτου πηγαὶ] Particulam δὲ post ἐνταῦθα fide nixus *MSti alterius Paris.* atque *Cedreni* omisi. Nunc itidem Dindorfius. Abest τῆς a Scaligeri *Eusebianis.* Habet *Genes.* xiv. 10. de loco, ubi Sodomitæ a Syris victi; Ἡ δὲ κοιλὰς ἡ ἁλυκὴ ΦΡΕΑΤΑ ᾿ΑΣΦΑΛΤΟΥ. Tradit Maundrellus nostras, quem quidem bis ante memoravi, colligi solere affatim *bitumen* prope montes, quibus cingitur ab oriente et occidente mare mortuum, idque picem maxima similitudine referre, nec facile ab ea distingui posse, nisi ex sulphureo ejus odore ac sapore. Immo vero alius auctor celebris Shawius *Observatt. in Syriam* &c. cap. iii. p. 374. postquam certiorem se factum esse narravit, bitumen hoc certis quibusdam temporibus ex imo mari sub forma magnorum hemisphæriorum efferri solitum esse, et reperiri in littore gagatis instar nigerrimi nitoris, pergit scribere, tribui debere hujusmodi eruptionibus *puteos et cavos* prope lacum sitos, qui a Maundrello cum locis, in quibus prius fuerant calcareæ fornaces, conferuntur. Tacitus *Hist.* v. 6. loco ante allato, *Sed gnari locorum tradunt, undantes bitumine moles pelli, manuque trahi ad litus; mox ubi vapore terræ, vi solis inaruerint, securibus cuneisque ut trabes aut saxa discindi.*

Ibid. l. 8. στυπτηρίαν καὶ ἅλα] ἅλας *MS. alter Syncelli* et *Cedrenus*, quod reposuit nunc Dindorfius suo Syncello. Quod ad salem attinet, narrat Georgius Sandysius in *Itinerario* suo, init. lib. iii. vicinum populum inde salem sibi comparare so-

litum. Ad hæc cl. Volneius, quem modo attuli, docet abundare salo fossili montes juxta sitos. Hinc vana fuisse videtur Jacobi Palmerii super lacu Asphaltite animadversio in *Miscell. Observ.* vol. x. tom. i. p. 254. ubi sales his locis negat.

P. 266. l. 10. *ἔνθα δ' ἂν καρπὸς εὑρεθῇ, κάπνου πλέον εὑρίσκεται θολερωτάτου*] *αὖ* pro *ἂν*, et *οὐδὲν*, id quod abest a Syncello, post *πλέον*, edidit Scaliger. Apud *Cedrenum* *οὐδὲν* extat sine *θολερωτάτου*. De fructibus istis Josephus *Bell. Jud.* lib. v. Tacitusque *Hist.* lib. v. quorum narrationes Maundrellus l. c. profert ridetque. Attamen conferri meretur Lusignanus modo adductus, qui mentione facta de malis malisque punicis juxta hoc mare consitis ait, opinari se fructus eorum, antequam maturescant, flatibus austri præfervidi corrumpi solitos.

Ibid. l. 12. *λήγει τε*] Habet *δὲ* pro *τὲ* Scaliger, qui et paulo post omittit *τὰ* ante *ἐναντία*. Exhalentur vero subsideantve ocius solito hæ aquæ necesse est, aut occultis quibusdam effluant meatibus, quippe quæ nihil augentur accessu tum Jordanis magni rapidissimique interdum fluvii, tum plurimorum item torrentium, quos commemoratos habes a Relando in *Palæstina* sua cap. 44. Et Shawius, in loco modo adducto, ad nihil aliud recurrendum esse in hac re explicanda censet, præter vaporis e mari mortuo exhalationem, quæ quotidie fit; cujus quantitatem computare ibidem aggreditur, vindicatis postea rationibus suis in vol. Operis sui secundo. Vide et Volneium idem ipsum statuentem in libro supra commemorato, vol. I. cap. 20. sect. 6. Paulo post *ὁ τόπος* pro *τὸν ποταμὸν* habet *Cedrenus*, cui quidem adversatur illud *παρ' αὐτῇ* infra lin. 14. ubi intelligatur oportet *ἡ θάλασσα*.

Ibid. l. 13. *εἰ δὲ μὴ Ἰορδάνην εἶχε τὸν ποταμὸν τροφὴν, ὡς πορφύραν διατρέχοντα*] Goarus in enumerandis locis Syncelli textûs, quos ait a Scaligero fuisse vitiatos et corruptos, hæc scribit; "Expungit Scaliger *τροφὴν* necessariam dictionem "pag. textus Euseb. 20. ibid. *διατρέφοντα* pervertit in *δια-* "*τρέχοντα*." Quod vero ad posteriorem vocem *διατρέχοντα* attinet, extat illa apud *Cedrenum* atque in *MSto altero Parisiensi*, atque ita correctus fuit *prior MStus*. Goarus quidem vertit, *et nisi Jordanem ad instar conchæ nutritium et continuum humorem subministrantem haberet.* Ego interea verbo *διατρέ-*

χοντα alteri διατρέφοντα prælato, istud ὡς πορφύραν διατρέχοντα ita interpretor, quasi dixerit Africanus, Jordanem fluvium cum turbidis aquis suis purpuram colore referentem per mare currere. Ita apud Homerum legitur sæpenumero κῦμα πορφύρεον, habetque Hesychius, Πορφύρει. ταράττεται. φροντίζει. μελανίζει. Et Πορφύρεος θάνατος. ὁ μέλας. καὶ βαθύς. καὶ ταραχώδης. De Jordane, ut post vidi, hæc scribit Daniel metropolita Ephesius, in Διηγήσει sua, quam Mingarellus in *Catalogo Codd. Græc. Nanianarum* protulit, Ἔστι δὲ ὁ Ἰορδάνης οὐ τοσοῦτον μέγας πόταμος, ὅσον ῥεῖ τάχος· ἀλσώδης δέ ἐστι ὡς ἐπίπαν ἑκατέραις ταῖς ὄχθοῖς αὐτοῦ, καὶ καλαμώδης, ΚΑΤΑΘΩΛΟΝ ἔχων πάντοτε τὸ ὕδωρ. p. 296. Denique de ipso *hoc amne*, ait Tacitus, ubi supra, *nec Jordanes pelago accipitur; sed unum atque alterum lacum integer perfluit, tertio retinetur.*

P. 266. l. 15. θᾶττον ἢ φαίνεται] Lucidius esset, θᾶττον ἢ νῦν φ. Sed nihil adderem.

Ibid. τοῦ βαλσάμου φυτόν.] τὸ pro τοῦ *Cedrenus.* Eusebius in *Onomastico Urb. et Loc. S. Script.* Βαβλὰ, καὶ ἐστὶ ἡ Σίγωρ, νῦν Ζωαρὰ καλουμένη, μόνη διασωθεῖσα ἀπὸ τῆς τῶν Σοδομιτῶν χώρας, ἣ καὶ εἰς ἔτι νῦν οἰκεῖται, τῇ νεκρᾷ παρακειμένη θαλάσσῃ· καὶ φρούριόν ἐστι στρατιωτῶν. καὶ φύεταί γε παρ' αὐτῇ βάλσαμον, καὶ ὁ φοῖνιξ, δεῖγμα τῆς παλαιᾶς τῶν τόπων εὐφορίας. p. 32. ed. Clerici. Eademne sit planta hic commemorata atque balsamum celebre Judaicum seu Gileaditicum, an altera arbuscula, quæ hodie ibi gignitur, cujusque laudat fructum oleumque ex nucleo tractum Maundrellus pag. 86. *Itinerarii* sui, ignarus sum. Παρ' αὐτὴν pro παρ' αὐτῇ ex *MS. Paris.* altero nunc posuit Dindorfius.

Ibid. l. 16. ὑπονοεῖται δὲ ἀνατετράφθαι] Quid subversum fuisse putabant? Non balsamum quidem plantam, ut Goarus interpretatus est, etiam Africani temporibus in iis locis manentem, sed terram mari mortuo occultatam, atque a Deo propter incolarum scelus ab imis sedibus eversam.

XIV.

P. 267. l. 2. Παροικήσας δὲ &c.] Cum margini esset Cedreni adlitum pag. 28. lemma istud, Ἀπὸ τῶν τοῦ Ἀφρικανοῦ, hæc Africano asserere visum est. Ibi in notis ait Xylander, "Mu-

"tilate hæc Cedrenus; in margine est, esse ex Africano pe-
"tita. Incertum hæc ne an quæ sequuntur de Loto et mari
"mortuo. Posterius puto verum esse: neque ejus miracula
"Cedrenum sed Africanum sibi visa referre." Satis recta hæc Xylander, pro eo quod ipse tum scire potuit, cum nondum editus esset Georgius Syncellus, apud quem quidem pag. 100. proxime ante ῥῆσιν illam de Loto et mari mortuo jam adductam hæc quæ sequuntur, extant; Ἀβραὰμ παρῴκησεν ἐν Γεράροις. ἥν τινες Ἀσκάλωνά φασιν εἶναι, ὡς καὶ Ἀφρικανός. Ἀβραὰμ ἔλαβεν τὴν Χετοῦραν γυναῖκα μετὰ τελευτὴν Σάρας, ἐν τῷ γήρει αὐτοῦ, ἐξ ἧς ἔσχεν υἱοὺς ϛ΄. Σεμωριὰμ, Ἰεκτὰν, Μαδὰμ, Μαδιὰμ, Ἰεσβώκ. Cum ergo ex solo isto Syncelli loco, nisi accessisset Cedreni testimonium, non sequeretur id quod nunc palam est, Africani omnia hæc esse, hinc constat multa ad eundem Africanum pertinere posse apud hos chronologos, quæ haud licet pro certo ei tribuere.

P. 267. l. 1. τὴν νῦν Ἀσκάλωνα λεγομένην] Legendum puto τῇ νῦν Ἀσκάλωνι λεγομένῃ. At vero urbes Gerara et Ascalon semper diversæ inter se fuisse videntur, neque enim Gerara urbs maritima. Aliter vero de hac re statuisse videtur Africanus, qui Palæstinæ incola fuit.

Ibid. l. 5. υἱοὺς πέντε] Biblia in *Genesi* xxv. 2. sex filios recensent. In nominibus autem ipsorum scribendis variant cum exempla Græca et Latina, tum auctores, qui hunc S. Scripturæ locum adduxerunt.

XV.

Ibid. l. 15. Ἑβδομήκοντα ἑπτὰ &c.] Confer *Gen.* capp. xxix. et xxx. et cap. xli. comm. 46. et capp. xlvii. comm. 9. ex quibus locis idem ipsum de Jacobi ætate colligunt vel præstantissimi chronologi. Sed opponit se Africano Syncellus statuens, Jacobum anno ætatis suæ 73. paternam reliquisse domum, cujus rationes tueri Goarus in notis aggreditur. Cum Africano autem consentit Prosper Aquitanus in *Chronico Integro*, quod Labbæus primus edidit, p. 526. *Vetustiorum Lat. Chronic.* a Roncallio anno 1787. Patavii typis impress. Posuit hanc ῥῆσιν Scaliger in *Eusebianis* pag. 22. additis verbis, ὡς ἐκ

τῆς γραφῆς, quæ quidem Georgii Syncelli esse videntur, qui huic ῥήσει, titulo ὁ Ἀφρικανὸς insignitæ, verba subjunxit, ὡς ἐκ τῆς γραφῆς· ἡ δὲ γραφὴ οὐδαμοῦ φαίνεται τοῦτο λέγουσα &c.

XVI.

P. 267. l. 21. Οὔτε κατὰ τὸν Ἀφρικανὸν &c.] Scaliger quidem pag. 22. *Eusebianor.* cum ea quæ sequuntur, tum alia quædam de Crete primo insulæ Cretæ rege, Africano attribuit. Ἀφρικανοῦ. τῷ πζ'. ἔτει τοῦ Ἰακὼβ ἐγεννήθη Λευί. Τινὲς τὸν αὐτόχθονα Κρῆτα &c. At vero tam apud Syncellum, ex quo sumpsit sua Scaliger, servantur ea de Crete in pag. 105. quam apud Eusebium in *Chronico Latino* ad ann. Abrahæ LVI, sed Africano haud adscripta. Pertinere eadem ad *Chronicon Eusebianum*, nisi ad Africanum, firmat nobis *Interpretatio* ejus *Armenia.*

Ibid. l. 22. τῷ πζ'. ἔτει] Conf. loca SS. Scripturæ ad Num. XV. proxime ante commemorata. Infra vero pro verbis τῷ αὐτῷ πζ'. legendum esse τῷ αὐτοῦ πϛ'. ostendunt Georgii ipsius verba pag. 116. οὔτε τῷ Ἀφρικανῷ πιστευτέον πζ'. ἔτει τοῦ Ἰακὼβ λέγοντι γεννηθῆναι τὸν Λευὶ, οὔτε τῷ Εὐσεβίῳ λέγοντι, τῷ πϛ'. ἔτει.

XVII.

P. 268. l. 2. Ἡ ποιμενικὴ σκηνὴ &c.] Exhibet eadem usque ad vocem κεραυνῷ Scaliger quoque in *Eusebianis* pag. 22.

Ibid. ἐν Ἐδέσσῃ] Urbe celebri in Mesopotamia sita; et beata semper prædicanda, quod reges ejus Christiani facti diu ante imperatores Romanos Christum colerent. Emendate Ἐδέσσῃ Scaliger pro Ἐδέσῃ, quod habet *Syncelli textus*; sicut infra Ἐδέσης in Num. LI. et recte Scaliger cum *MSto altero Parisino* κεραυνῷ pro κεραυνῶν præstat.

Ibid. l. 3. Ἀντωνίνου] Antoninum intellige hic Elagabalum, sub quo Chronica sua scribebat Africanus. SCALIG. Dubitare vero quemque permittimus de reliquiis istis hujus tentorii arborisque mox dicti supra duos mille annos, ut ferebant, conservatis; etsi de quercu, quæ plus mille annos in sylva regum nostrorum, Nova appellata Foresta, servata fuerat, me adolescente narratio verisimilis percrebuerit.

XVIII.

P. 268. l. 13. ——ταύτης παρὰ τὸ πρέμνον ὥς φησιν ὁ Ἀφρικανὸς &c.] Totus locus apud Syncellum ita se habet pag. 107. Ἰακὼβ ἀπαρεσθεὶς τοῖς ὑπὸ Συμεὼν καὶ Λευὶ πραχθεῖσιν ἐν Σικίμοις, διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς φθορὰν, εἰς τοὺς ἐπιχωρίους, θάψας ἐν Σικίμοις οὓς ἐφέρετο θεοὺς παρὰ τὴν πέτραν ὑπὸ τὴν θαυμασίαν τερέβινθον, ἥτις μέχρι νῦν εἰς τιμὴν τῶν πατριαρχῶν ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων τιμᾶται· μετῆρεν εἰς Βεθήλ· ΤΑΥΤΗΣ παρὰ τὸ πρέμνον κ. τ. λ. παρὰ ταύτην ὁ τάφος Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαάκ. φασὶ δέ τινες ῥάβδον εἶναι τινὸς τῶν ἐπιξενωθέντων ἀγγέλων τῷ Ἀβραὰμ φυτευθεῖσαν αὐτόθι. *Tristatus Jacob de cæde Sichimorum a Symeone et Levi sororis Dinæ stuprum ulturis perpetrata, cum sepelivisset in Sicimis Deos, quos tulerat, ad petram sub mirabili terebintho, quæ usque in hunc diem ab incolis in honore est, inde migravit in Bethel.* ANTE terebinthi istius stipitem &c. &c. *Ad eam Abraham et Isaac sepulchra posita. Baculum unius ex angelis hospitio receptis ab Abraham, ejus ibi manu plantatum quidam esse affirmant.* Scaliger Africano omnia attribuens usque ad vocem ἔνοικοι l. 14. istæc in *Eusebianis* suis p. 22. reposuit, verbis omissis, ὥς φησιν ὁ Ἀφρικανός. Cum vero ex Syncello solo transtulerit hæc Scaliger, haud necesse est omnia Africani esse, etsi res ita habere possit. Totam quidem χρῆσιν ei fidentius tribuerem, si modo *Commentarius in Hexaemeron* a Leone Allatio editus Eustathio Antiocheno quarti sæculi præsuli proculdubio esset adscribendus. Locus enim, quem paulo infra ex eo Goarus affert, omnia apud Syncellum hic posita spectat exprimitque. Sed fabulæ in eodem opere extantes atque etiam ipsa pars illa ejus, ex qua locus a Goaro desumptus est, universum opus suspectum fecerunt. Cons. Cavii *Hist. Lit.* vol. I. p. 188. Mox exhibet *Goarinus Syncellus* τῆς τερεβίνθου post ὁ Ἀφρικανὸς, Scaliger vero post τὸ πρέμνον, sed ego quidem illud τῆς τερεβίνθου ex margine primitus irrepsisse suspicatus sum. Nunc delevit τὸ ante πρέμνον Dindorfius *Cod. alterum Paris.* secutus.

Ibid. ——ταύτης (scil. τῆς τερεβίνθου)] Vallis Terebinthi hactenus vocatur locus ille, peregrinis Ierosolyma voti causa proficiscentibus notissimus. Vide quæ ad numerum Canonis

MMCXXIV. notavimus. Ceterum eam Terebinthum esse, de qua agitur in editione Septuaginta Genes. XXXV. 4. palam est. Hebraice est אלה, quod diverse interpretantur Hebræi. Peregrini Ierosolymitani dicunt unam Terebinthum adhuc superesse duobus M. P. ab Ierosolymis, eamque esse hanc, de qua nunc loquimur. SCALIGER. Versio *Bibliorum* Anglica, sicut aliæ, hanc arborem quercum esse statuit, non terebinthum, ut Græci et Latini. Immo vero Septuaginta interpretes Hebræam vocem interdum δρῦν verterunt. Nec distinguitur quidem inter ipsas arbores a nonnullis auctoribus. At vero terebinthus, quam ex narratione aliorum posuit Scaliger duobus mille passuum ab Hierosolymis distantem, diversa videtur fuisse a patriarcharum arbore terebintho prope Hebron, de qua ita Eusebius in *Onomastico De Urb. et Locis: Arbo* sive *Hebron*, inquit, ἀπὸ Αἰλίας (Hierosolymæ) ἐν νότῳ, διεστῶσα σημείοις β΄. πρὸς εἴκοσιν, ἡ δρῦς Ἀβραὰμ καὶ τὸ μνῆμα αὐτόθι θεωρεῖται, καὶ θρησκεύεται ἐπιφανῶς πρὸς τῶν ἐχθρῶν (l. ἐθνῶν) ἡ τερέβινθος, ὅτι ὑπ' αὐτῆς πάλαι τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθέντες οἱ ἄγγελοι. p. 21. ed. Clerici. Confer et v. Δρυσμαβρῆ. Itidem in itinerariis suis Sandysius et Maundrellus nostrates terebinthum alteram illam prope Hierusalem memorantes, ita de ea loquuntur, ac si propter id solum celebrata sit, quod Beatissima Virgo ante præsentatum in templo Christum sub umbra ejus recubuerit. Notat Goarus disserere de terebintho oculatos testes Fr. Quaresmum in *Elucidatione terræ sanctæ*, et Eugenium Rogerium, et alios de sacris peregrinationibus auctores.

P. 268. l. 14. τὰς ἐκτενὰς] Quid pro illo nihili ἐκτενὰς substituendum sit, quærant studiosi. SCAL. Ἐκτενὰς se ignorare fatetur Scaliger. Usitat Ecclesia Orientalis: *Preces* videlicet *protensiores* a Diacono pronunciandæ, quibus pro cunctis hominum generibus variisque humanæ vitæ necessitatibus Ecclesia diserte et explicate Deum Optimum Maximum exorat. Quanti faciendæ ab omni vere Christiano homine vetustas earum a quatuordecim jam sæculis probata commonet. De illis abunde in nostris Euchologicis. GOAR. Hæc ille. Mihi vero locus ab ipso Goaro ex Eustathio *in Hexaemeron* in Notis allatus aliud quid suggerere videtur;—ἐστὶ γὰρ ἄχρι τοῦ δεῦρο (ait Eustathius verba Africani secutus) παρὰ τὸ πρέμνον αὐτῆς βωμὸς, ἐφ' ὃν τά τε ὁλοκαυτώματα καὶ τὰς ἑκατόμβας ἀνέφερον.

p. 77. ed. Lugd. Hinc constat, τὰς ἑκατόμβας pro τὰς ἐκτενὰς hoc loco legi debere; nihil enim hic agitur de Christianorum ritibus, sed de sacrificiis incolarum ethnicorum, qui patriarcharum memoriam maxima reverentia prosequebantur. Ad hæc cum alii historici, tum vero Sozomenus lib. ii. *Hist. Eccl.* c. 4. mercatu hoc atque festo, ad quod quidem celebrandum undique confluere solebant Judæi, Christiani, Ethnici, commemorato, aram dirutam fuisse a Constantino M. tradit, super quam lautissima immolabantur sacrificia. Ipsæ quoque Constantini literæ propterea missæ apud Eusebium lib. iii. *De Vit. Constant.* capp. 53. et 54. extant. Postquam hæc scripsi, Leonem Allatium, qui Eustathii opus ex scripto ediderat, vidi ex auctore suo Africani verba sic restituisse; cujus quidem emendationem non tantum silentio transmisit Goarus, sed eidem oppugnat etiam Gallandius in *Bibliotheca* sua *PP.* tom. ii. pag. 366. qui Goari verbis hæc addidit, " Suicerum adi, si " placet, in *Thes. Eccl.* tom. I. pag. 1073. v. Ἐκτενής. II. " Ceterum Allatius notis ad Eustathium pag. 293. hæc Afri- " cani verba corrupta censet, atque ita ex suo Eustathio re- " stituenda: ἐφ' ὃν τά τε ὁλοκαυτώματα καὶ τὰς ἑκατόμβας ἀνέ- " φερον. Quod minime admittendum videtur. Verba enim " Africani παραφράζειν auctor perhibetur, ut mox patebit." Ita ille; sed judicet lector.

P. 268. l. 15. ἐν ταῖς πανηγύρεσι] Hieronymus Commentario in cap. xi. Zachariæ: Pasce gregem occisionis: *Hoc est: Nunc interim nutriatur, et crescat, qui postea ab hostibus occidendus est: quas oves et pecora Principes Romanorum, qui possidebant ea et obtinebant jure victoriæ, interficiebant, et non miserabantur: sive immolabant, et non sentiebant dolorem. Id est: nihil mali pro tanta crudelitate patiebantur. Et vendebant ea, quæ non propter clementiam, sed propter precium reservabant. Legamus veteres historias et traditiones plangentium Judæorum: quod in Tabernaculo Abrahæ, ubi nunc per annos singulos mercatus celeberrimus exercetur, post ultimam eversionem, quam sustinuerunt ab Hadriano, multa hominum millia venundata sunt: et quæ vendi non potuerunt, translata in Ægyptum: et tam naufragio et fame, quam gentium cæde truncata.* Hæc ille: ubi *Tabernaculum Abrahæ* est Terebinthus illa celeberrima, et *mercatus*, πανήγυρις Ἀδριάνειος. A Tabernaculo Abrahæ *Mansio* dicta

est *ad Terebinthum* in Itinere Burdegalensi. Pseudohegesippus lib. iv. cap. 23. *Terebinthus illis magna arbor a constitutione mundi fuisse asseveratur, nunc tamen utrum maneat, incertum nobis est. Quæ quidem terebinthus a Christianis summo in cultu fuit.* Eusebius: ὅθεν εἰσέτι νῦν παρὰ τοῖς πλησιοχώροις, ὡς ἂν θεῖος, ὁ τόπος εἰς τιμὴν τῶν αὐτόθι τῷ Ἀβραὰμ ἐπιφανέντων θρησκεύεται, καὶ θεωρεῖταί γε εἰς δεῦρο διαμένουσα ἡ Τερέβινθος, οἵ τε τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθέντες ἐπὶ γραφῆς ἀνακείμενοι, δύο μὲν ἑκατέρωθεν, μέσος δὲ ὁ κρείττων ὑπερέχων τῇ τιμῇ. lib. v. Ἀποδειξ. 147. SCALIG. *Animadv. in Chron. Eusebii*, ad an. MMCXXXIV. pag. 209. qui in antecedentibus aliud præterea Hieronymi testimonium huc pertinens ex *Comment.* in xxxi. cap. Jeremiæ adduxerat, et *Chronici* quoque *Paschalis* locum ad secundum Hadriani Imp. annum.

Ibid. l. 16. ἡ δ' οὐ κατεκαίετο &c.] Cum indicet Eustathii locus modo memoratus sæpe ostensum fuisse hoc portentum, inde fit verisimile per singulas periodos populo imperito fucum factum fuisse a nebulonibus; post illa enim de angeli baculo ab Abrahamo terræ infixo, quæ attulit Syncellus, hæc pergit scribere Eustathius, καὶ ἐξ αὐτῆς (ῥάβδου) ἡ ἀξιάγαστος ἐνεφύη τερέβινθος. ὑπαφθεῖσα γὰρ ὅλη πῦρ γίνεται. καὶ νομίζεται τοῖς πᾶσιν εἰς κόνιν ἐκ τῆς φλογὸς ἀναλύεσθαι, κατασβεσθεῖσα μέντοι ἀσινὴς ὅλη καὶ ἀκέραιος δείκνυται. p. 78.

XIX.

Ibid. l. 24. ἐξ οὗ Ἰὼβ] Jobab, qui inter posteros Esau in *Genesi* cap. xxxvi. comm. 33. recensetur, eundem fuisse atque Job τὸν πάνυ, multi affirmant. Sed contra hanc pugnat opinionem Usserius *Chronol. Sacr.* cap. xi.

XX.

P. 269. l. 6. Ἰωσὴφ δὲ ἦν ἐτῶν μ'.] Cum hæc verba a sequentibus perperam omnino disjuncta essent apud Syncellum, inde corrupta omnia Goaro interpreti evaserunt. Josephus vero triginta annos natus Ægypti præfectus constitutus fuerat (*Gen.* xlii. 46.); inde secuti sunt septem anni fertilitatis

et duo famis. Descendit in Ægyptum Jacobus annos, fortasse solidos, natus 130. (*Gen.* xlv. 6, 11. et xlvii. 9.), cum quinque alteri famis anni superessent. Josephus autem annis exactis 110. mortuus esse dicitur. (*Gen.* l. comm. ult.) Propterea duo hæc consequi videntur, et Josephum annorum fuisse 39, non 40, quo tempore Jacobus pater annum agens 131. in Ægyptum descenderet, et Josephum huic patris descensui, annos 71. non 70. supervixisse.

XXI.

P. 269. l. Ἀπὸ Ἀδὰμ τοίνυν &c.] Hoc a Syncello in pag. quoque iii. positum, addidit *Eusebianis* suis Scaliger pag. 22. Titulus Ἀφρικανοῦ utrique Syncelli loco præfixus est.

Ibid. καὶ] Mavult ἐκ Goarus, sed indicatur vel finis libri *Genesis*, qui morte Josephi clauditur, vel, quod tamen minus probabile est, tomi alicujus hujusce operis, *De Temporibus*, conclusio. Receptum est ἐκ in Syncellum recens editum.

Ibid. l. 15. γενεαὶ μὲν κγ΄.] Excluso nimirum Cainan, quem Africanum præteriisse novimus.

Ibid. ἔτη δὲ ͵γφξγ΄.] Africano fere conveniunt, dignum hoc notatu est, Demetrii apud Eusebium *Præparat. Evang.* lib. ix. cap. 21. ante Christum natum initæ rationes. Is enim allatus ab Eusebio ex Alexandro Polyhistore annos colligit ab Adamo usque ad Jacobi *descensum* 3624, inclusis, ut videtur, annis illis 130. Cainan secundi, quos Africanus solet rejicere; hos autem si dempseris, restabunt anni 3494, quibus additis annis 70. vel 71. Josephi paterno descensui superstitis, colligentur anni 3564. vel 3565, loco horum Africani 3563. Sin vero Africani summæ addideris duos annos, quos ille omisisse videtur statim post diluvium, numeri optime convenient. Vid. notam ad Num. IX. p. 373. Ait quidem hic Goarus, "observa γέννησιν, haud τελευτὴν apud Africanum legendum." Sed huic correctioni, etsi a Gallandio repetitæ, minime consentiendum est. Confitendum tamen est, quidquid ex S. Scriptura in superioribus posuerim, colligere me posse annos tantum *secundum Africani rationes* 3562. pro 3563. ab orbe condito ad Josephi τελευτήν.

Ante Abrahæ nati annos 75, profectionem, anni ab orbe condito sunt - - -	3277.	Excerpt. IX.
Abraham, cum esset annorum 100, genuit Isaac. - -	25.	Genes. xxi. 5.
Isaac, cum esset annorum 60. genuit Jacob. - - -	60.	Genes. xxv. 26.
Jacob annos natus 130, vel annos solidos 129, Ægyptum adiit.	130.	Excerpt. xx.
Josephus patris descensui superstes fuit ann. - - -	70.	Idem Excerpt.
	3562.	

Forsitan illud in Num. xx. de annis Josephi ac Jacobi, quo tempore descendebat hic in Ægyptum, collegit sibi Syncellus tantummodo ex verbis, quæ Africani sequuntur.

XXII.

P. 269. l. 21. Ἀπὸ τοῦ Τρίτου τῶν Ἀφρικανοῦ Χρονογραφιῶν] Quæ sequuntur, Eusebius cum hoc titulo adduxit in lib. x. *Præparat. Evang.* cap. 10. p. 487. ed. Vigeri; sed auctiora a me multis locis reddita ex Syncelli *Chronographia* pag. 63. et alibi, ubi a verbis φαμὲν τοίνυν pag. 272. lin. 16. ad usque finem nonnullæ partes ejusdem ῥήσεως extant, sed plurimis omissis. Præterea ex eodem Syncello constat, extitisse Africani istæc sub libri tertii initium, quod pauca ex his afferens pag. 70. *Chronograph.* ita scribit, ὡς αὐτὸς Ἀφρικανὸς μεμαρτύρηκεν ἐν ἀρχῇ τοῦ τρίτου λόγου.

Ibid. l. 22. Μέχρι μὲν τῶν Ὀλυμπιάδων, οὐδὲν ἀκριβὲς ἱστόρηται τοῖς Ἕλλησι,] Extat hoc frustulum in *Cohortatione* quoque *ad Græcos*, S. Justino Martyri quæ vulgo tributa est cap. 12. ed. Benedictin. οὐδὲν Ἕλλησι, inquit auctor, πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἀκριβῶς ἱστόρηται. Atque ideo vir, regnante in Britannia Anna et duobus successoribus ejus, pietate atque doctrina præstans Carolus Ashtonus, tum ex his Africani verbis, tum ex aliis vel manifestioribus indiciis mox afferendis, collegit sibi, *Cohortationem ad Græcos* alicui scriptori Justini ætate

posteriori adjudicari debere. Vid. postumam ejus edit. *Utriusque Apol. Justini* Cantabrigiæ 1768. p. 293. Interea ostendit Hen. Dodwellus in Prælect. Inaug. De Historiæ Græcæ Antiquitate, quam *Prælectionibus Camdenianis* suis præmisit, nimis liberaliter cum Græcis egisse Varronem et patres ecclesiæ antiquissimos, qui ab ipsis Olympiadibus certam eorum inchoarent historiam. §. xi. p. 23. Varro scilicet, Censorino teste, tria discrimina temporum esse tradidit. Primum ab hominum principio ad priorem cataclysmum vocabat *ἄδηλον*, secundum inde ad Olympiadem primam *μυθικὸν*, tertium a prima Olympiade ad se *ἱστορικόν*. *De Die Natali* cap. xxi. p. 111. ed. Havercamp. Mox *προτοῦ*, haud *πρὸ τοῦ* divisim, etsi in hac re variatur, curavi imprimendum.

P. 270. l. 1. *αἱ δὲ ἠκρίβωντο πολλοῖς*] Scribendum puto, *αἱ δὲ ἠκρίβουν τὰ πολλὰ*, *hæ vero* (Olympiades) *pleraque accurata reddebant.* Infra legitur *ὅποθεν Ἕλληνες ἀκριβοῦν τοὺς χρόνους ἐνόμισαν,* habet *τὰ πολλὰ* *pleraque* Africanus initio num. L. p. 297. l. 12. et *ἠκρίβωνται* scriptum est in MSto Coll. S. Joan. pro *ἠκρίβωντο*. Nunc adde sex alios codices, qui in usum cl. Gaisfordi in nupera editione *Præp. Evang. Eusebii* collati sunt.

Ibid. l. 9. *τὰς Ἑβραίων*] *τὰ Ἑ.* in editis, sed *τὰς* subaudito *ἱστορίας* *MS. Eusebii* in Coll. S. Joan. Oxon. servatus, quod nunc reposui. Præstant lectionem *tres codd. Gaisfordiani.*

Ibid. l. 11. *καὶ ταύτης ἐχόμενος, ἀφαίρων τε καὶ προστιθεὶς,* &c.] Africani istis multam perfudit lucem magnus ille Scaliger in *Prolegomenis* suis *in Chronica Eusebii:* "Quia (inquit) ignora-"tione unius intervalli reliqua ignorari necesse est, quemad-"modum uno deprehenso, ceterorum cognitio expeditissima "est, ut in iis rebus, quæ veris demonstrationibus nituntur, "contingere solet: Africanus id sibi negotii proposuit, ut uno "intervallo ad aliquem certum historiæ exoticæ titulum re-"lato, tam antecedentium, quam consequentium veritatem "erueret. Quod igitur apud exoticæ historiæ auctores re-"perit, quod proposito suo maxime consentaneum esse arbi-"tratus est, id ille pro titulo et termino operis sui arripuit. "Legerat itaque apud Josephum ex Polemone, Apione, et "Ptolemæo Mendesio, Hebræos ex Ægypto, duce Mose, mi-"grasse circiter initium regni Argivorum, hoc est annis MXX. "ante primam Olympiadem: quod tempus alii ad Inachum,

" alii ad Phoroneum referunt: idque tanquam sepem ac fundamentum Chronologiæ suæ sibi constituit, ad quod præterita tempora, et a quo sequentia deduceret, κατὰ προσθαφαίρεσιν, ut ipse loquitur; κατὰ μὲν τὴν ἀφαίρεσιν, εἰς τὰ προηγούμενα· κατὰ δὲ τὴν πρόσθεσιν εἰς τὰ ἑπόμενα. Fiduciæ cumulus accessit auctoritas Tatiani, et post eum Clementis, qui Mosem plusquam mille annis ante primam Olympiadem fuisse prodiderunt. Hac epocha firmata, quinque libros Chronologicos contexuit." fol. 1. Iterum f. 3. " Neque Eusebius neque Africanus ad scribendum se contulerunt, nisi prius instructi aliquo gesto Hebraico, quod in tempus certum historiæ Græcæ inciderit, λαβόμενος, inquit Africanus, μιᾶς πράξεως Ἑβραϊκῆς ὁμοχρόνου πράξει ὑφ' Ἑλλήνων ἱστορηθείσῃ. Omnis enim quæ de temporum ratione instituitur, disputatio munimentum habet tempus certum et definitum, quod Græcis dicitur παράπηγμα, Censorino *Titulus*. Id autem duplex est, ἀφ' οὗ, ἐφ' ὅ. *Unde, et quo.* Hoc est, unde rationes temporum deducuntur et quo referuntur. Ii sunt termini intervallorum, uno enim tantum posito, nullum est intervallum, non magis quam punctum est linea. Sed quod duo puncta interjacet, id linea est: et quod inter duos terminos, intervallum. Hæc commutantur; τὸ ἀφ' οὗ enim potest fieri τὸ ἐφ' ὅ, quando vetustior epocha antecedit: et contra, τὸ ἐφ' ὅ potest esse τὸ ἀφ' οὗ, si posterior epocha alia ab eo deducatur. A prima Olympiade, exempli gratia, ad hunc annum Christi Dionysianum MDCVI. fluxerunt anni MMCCCLXXXI. Hujus anni prior terminus, sive παράπηγμα τὸ ἀφ' οὗ, est prima Olympias, τὸ ἐφ' ὅ annus Christi propositus: Africano igitur τὸ ἀφ' οὗ est Exodus, ad quam, ab Adam, rationes suas deducit. τὸ ἐφ' ὅ est primus annus Cyri, Olympiade LV. ineunte, a qua, ad se, tempora deduxit. Itaque ut operi suo fundamenta jaceret, primum apprehendendum fuit aliquod intervallum, cujus unus terminus vel demonstrandus esset, vel pro demonstrato assumendus, ut est Exodus, cujus tempus ipse satis demonstratum esse putavit ex eo, quod Apion, Josephus, Ptolemæus Mendesius, et alii veteres, illud in initium Inachi contulerunt. Inachum vero MXX. annis ante primam Olympiadem floruisse ex Philochoro didicerat. Sed Eusebio nostro intervallum παραπήγματος

" sunt anni septuaginta captivitatis. τὸ ἀφ' οὗ statuit in capto " Sedekia, τὸ ἐφ' ὃ in secundo anno Darii Hystaspidæ. De " initio illius intervalli, a casu Sedekiæ, et templi excidio, " multos auctores habuit, quos sequeretur. de fine ipse pri-" mus, et solus vaticinatus est: quemadmodum et de laxatione " captivitatis joculariter hallucinatus, quam trigesimo anno " post excidium templi statuit, ut primam Olympiadem in " tempus Joatham conjiceret, auctorem Africanum secutus." (Sed vero, dum Africanus primum annum Achazi regis, qui Joatham secutus est, cum prima Olympiade comparabat, ut ipse ostendit Scaliger, Eusebius annum 50 prioris regis Azariæ prætulit, primo tamen Joathami in quadriennio Olympico incluso. Hic Joatham annis 16 regnavit.) " Quare alterius " intervalli primus annus Joatham est τὸ ἀφ' οὗ, annus secun-" dus Darii τὸ ἐφ' ὃ, in quo septuagesimum, ut diximus, annum " captivitatis statuit, Olympiadis LXV. anno secundo. Quia igi-" tur intervallum ab Exodo ad conditum templi, et inde ad " ad Joatham regem, perspicue conceptum extat in sacra his-" toria, inde quantum intersit ab Exodio, ad primam Olympia-" dem ignorari non potest." Hæc Scaliger. De errore autem Africani in eo quod conclusionem captivitatis Babylonicæ cum certissimo tempore instituti a Cyro regni super Persas conjungere soleret, mox dicendum.

P. 270. l. 13. συνεχρόνισεν] Ita *MS. Vigeri* et codex ille *S. Joan. Oxon.* pro συνεχρόνησεν. Adde quinque *codices Gaisfordianos.*

P. 271. l. 2. Κῦρος Περσῶν ἐβασίλευεν, ᾧ ἔτει Ὀλυμπιὰς ἤχθη νε'.] ἐβασίλευσε *MS. Coll. S. Joan.* et alii *quatuor Gaisfordiani.* De regno Cyri post Astyagen superatum hoc verum est. " A Medis ad Persas," ait Petavius in *Rationario Temp.* part. I. lib. ii. cap. 11. " post annos 317. dominatus transiit, ineunte " Olympiade 55. ut antiquorum omnium consensus habet, qui " est ante Christum 559."

Ibid. l. 12. αἱ μὲν οὖν ἱστορίαι συντρέχουσι, Κύρου τε &c.] Vereor, ut hæc veritatis fulcro nitantur. Usque ad imperii Persici initium, quod ab omnibus Olympiadis 55. anno primo assignatum est, numerantur tantum quadraginta circiter anni ab initio regni Zedeciæ, unde, ut diserte ait Syncellus in Num. XLI. captivitatem orditus est septuaginta annorum Africanus. Propterea Babylonico Cyri imperio, quod multos annos post

illud Persicum constitutum est, finem captivitatis, seu *annum primum* Cyri et fine libri *Chronic.* et ab Ezra commemoratum, affigas necesse erit. Hoc autem tempus cum Olymp. 55. 1. minime convenit. Ad hæc, quoniam omnes Cyri regis anni intra triginta sistuntur, atque idcirco inter initium illud regni Zedeciæ, quod, ut dixi, Persico regno Cyri annos circiter quadraginta præivit, et inter ipsum etiam *finem*, non initium, regni Cyri, anni intercessisse tantum septuaginta queunt, verior videtur illa cum veterum tum recentiorum opinio, qua septuaginta anni cœpisse statuuntur a priore parte regni Joachimi, quando captivitatem istam prædixit Hieremias, et multi nobiles captivi ad Babylonem ducti sunt, stipendiariusque factus est Joachimus. Saltem computatis regum Judæorum annis non potest non retractari servitus ad tempora ante Zedeciam, si altera epocha Babylonici Cyri imperii, Olymp. 60. 3. cum fine captivitatis conveniat, illa enim morti Cyri novem quoque annis præcedit. Hinc illi, qui perinde atque Africanus, captivitatem ab initio regni Zedeciæ, quando regis prioris filius Jechonias captivus abductus est, ordiuntur, Babylonem ipsam a Cyro captam fuisse volunt, diu postquam invaderet ille Babylonicum imperium. Nil interea opus est, ut aliis quorundam opinionibus hic insistam de captivitatis fine, cum Africanus palam, de cujus placitis hic solum agimus, anno primo Cyri eum plus semel assignaverit.

P. 271. l. 14. καὶ κατὰ τὰς Ὀλυμπιάδας] Fortasse legendum καὶ τὰ κατὰ τ. Ὀ. Mox τὰ δὲ πρὸ τούτων pro τὰς δὲ π. τ. scribi sequentia postulant.

P. 272. l. 6. ἔτη συνάγεται χίλια εἴκοσιν] Hanc Acusilai, uti vocatur a Scaligero et Petavio, computationem inseruit *Rationario* suo *Temp.* Petavius part. I. lib. i. cap. 4. Posuit καὶ ante εἴκοσιν Scaliger pag. 359. *Thesauri Temp. Eusebiani*, ubi in Ἱστορ. Συναγωγῇ, pauca hæc de diluvio Ogygiano reposuit; sed et paulo inferius lin. 14. hi numeri ἀσυνδέτως afferuntur.

Ibid. l. 8. ταῦτα γὰρ Ἀθηναίων ἱστοροῦντες &c.] Malim ταῦτα γὰρ ἱστοροῦσι, deleto Ἀθηναίων. VIGERUS. Cum plura extent, ut supra dixi, in *Cohortatione ad Græcos*, Justino M. vulgo tributa unde, additis aliis argumentis, inductus est in Notis ad Justini M. *Apologias* p. 293. doctissimus Ashtonus, ut librum a Justino abjudicaret, jam ex his locis unum adducam, ut

Africano sanitas inde præbeatur. In §. 9. ed. Benedictin. hæc leguntur: καὶ οἱ τὰ Ἀθηναίων δὲ ἱστοροῦντες, Ἑλλάνικός τε καὶ Φιλόχορος ὁ τὰς Ἀτθίδας, Κάστωρ τε καὶ Θαλλὸς, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ, ἔτι δὲ καὶ οἱ σοφώτατοι Φίλων τε καὶ Ἰώσηπος, οἱ τὰ κατὰ Ἰουδαίους ἱστορήσαντες, ὡς σφόδρα ἀρχαίου καὶ παλαιοῦ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντος Μωϋσέως μέμνηνται. Hinc legendum esse apud Africanum puto, ταῦτα γὰρ οἱ τὰ Ἀθηναίων, et postea lin. 10. ὁ τὰς Ἀτθίδας, neque enim hæc emendatio Hellanicum excluderet a scriptione rerum Atheniensium, cujus Ἀττικὴ συγγραφὴ ab auctoribus commemoratur. Etsi vero lin. 12. habes post vocem Διόδωρος istud, ὁ τὰς βιβλιοθήκας, atque *Cohortationis* auctor Diodorum sic memorat, καὶ ὁ ἐνδοξότατος δὲ παρ' ὑμῖν τῶν ἱστοριογράφων Διόδωρος, ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπιτεμὼν ἐν τριάκοντα ὅλοις ἔτεσιν &c. nihil tamen idcirco apud Africanum addendum est. Legerim autem paulo ante καὶ ὁ τὰ πάντων, et infra, οἵτινες pro καί τινες.

P. 272. l. 17. ἔκ γε τοῦδε τοῦ συγγράμματος] Scriptum alicujus auctoris ante laudaverat Africanus. Particulam autem γε pro τε tam ex *Georgio Syncello* pauca horum verborum afferente pag. 148. quam ex Scaligero in *Eusebianis* pag. 25. reposui. Legitur quidem ibi apud Syncellum, ἔκ γε τοῦδε σ. omisso articulo τοῦ: sed apud eund. p. 63. ubi omnia fere hujus ῥήσεως, ut dixi, hinc usque ad finem ejus comparent, sic se verba habent, ἐκ τοῦδε τοῦ σ. Vigerus autem in *Notis* ad Eusebium h. l. particulam τε monuit aut expungendam esse, aut aliquid aliud postulari.

P. 273. l. 2. ἀπ' Αἰγύπτου] Ita *Syncellus* pag. 63. Scaligerque in *Eusebianis*. Nam Αἴγυπτον solum præstat *Syncellus* pag. 148. atque *Eusebius editus*, ubi tamen in *MS. Coll. S. Joan.* *duobus*que *codd. Gaisford.* et in Syncelli *MS. priore Parisino*, legitur Αἰγύπτου. Habetque Georgius Trapezuntius qui ante Græca edita *Præp. Evang.* Eusebii interpretatus est, *ab Ægypto.* Dixerat ad Eusebium Vigerus, "Dele hanc vocem Αἴ-"γυπτον, aut repone ἀπ' Αἰγύπτου." Ita ille. Mox articulum addidi ex MS. Eusebii jam dicto et ex Syncello ante πρώτην. Nunc firmant *codd. tres Gaisfordiani.*

Ibid. l. 4. δειχθήσεται] Mavult legere δείκνυται Vigerus. Proxime post voci πρώτης addidi articulum ex *Eusebii MSto. S. Joan.* Firmant *codd. tres Gaisfordiani.*

P. 273. l. 6. βασιλείας] Ex *Syncello* atque *Eusebii MS.* pro βασιλέως hoc posui. Infra simili in loco p. 272. l. 3. βασιλείας extat. Firmant *codd. quinque Gaisfordiani.*

Ibid. l. 7. ἔτη σιζ′.] Exhibet Syncellus σιε′. ac semper deinceps ͵ασλε′. pro numeris ͵ασλζ′. Pauca hæc verba *Eusebianis* suis nusquam, quod sciam, Scaliger inseruit, sed in alteris numeris ͵ασλζ′. variant ipsius Syncelliana excerpta. Vide *Chronica* Euseb. p. 25. et *Animadv.* pp. 20. et 22. Nata autem varietas est ex enumeratione quæ sequitur annorum singulorum inter Mosen et captivitatis finem.

Ibid. l. 8. ἀναφέροι] Vulgo ἀναφέρει, sed *Eusebii MS.* et *Syncellus* ἀνάφεροι, qui quidem Syncellus præstat postea εὑρήσει pro εὑρίσκεται. Firmant *quinque codd. Gaisfordiani.*

Ibid. ἐπιλογιζόμενος] Habet *Syncellus* ἀναλογιζόμενος, et mox ἀναλογίαν pro ἀνάλυσιν. Sed rectius *Eusebius.*

Ibid. l. 9. τὰ ͵ασλζ′.] Articulum addidi ex *Syncello*, qui ut modo dixi, numeros ͵ασλε′. habet.

Ibid. l. 13. ὃς ἔκτισεν Ἐλευσῖνα] Scripsisse Pausaniam non ab Ogyge, sed ab Eleusine Ogygis filio, conditam esse Eleusinam, notat Scaliger ad *Chronica Euseb.* p. 20.

Ibid. l. 15. Ὀλίγα δὲ τούτων ἐν Ἀσσυρίοις &c.] Hæc desumpsi usque ad illa, Καὶ τοσαῦτα μὲν πρὸ Ὠγύγου &c. pag. 274. l. 9. ex Syncelli *Chronographia* pag. 64. cum præterita hæc ab Eusebio fuissent in *Præp. Evang.* qui posuit post verba τὴν Ἀττικὴν χρονογραφίαν istud, Καὶ μεθ' ἕτερα, resumpta oratione cum illis, καὶ τοσαῦτα μὲν πρὸ Ὠγύγου. Gallandius vero in *Bibliotheca* sua *Patrum* istæc Syncelli neglexit.

Ibid. l. 16. πρῶτος ἦρξε Νῖνος &c.] Eusebius initio *Chronici* sui *Canonis* proprie sic dicti: *Primus Assyriorum rex Ninus Beli filius regnavit omni Asiæ, exceptis Indis annos* LII. Et recte Goarus ad marg. *Syncelli*, pro ἔτεσι τ′. reposuit numeros νβ′. Confer not. supra p. 409. de Nino.

Ibid. Νῖνος—οὐ πολὺ πρότερον Ὠγύγου] Οὐ πολὺ πρότερον, (nam optime nunc addidit particulam οὐ ex *MSto priore Paris. Syncelliano* Dindorfius,) h. est, annos circiter 150, secundum Africani rationes, qui libro hoc tertio operis sui statuerat, regnum cœpisse Argivorum anno ducentesimo Assyriorum. Vid. Num. proxime sequentem. Phoroneus autem rex Argivorum secundus, quem quidem æqualem Africanus supra dixit Ogygis, patri Inacho post regnum annorum 50. successit ; sicut

Ninus Assyriorum rex vulgo habitus successor Beli, qui annis 55. regnasse fertur, ipse annis 52. imperium tenuit. De Belo autem vid. supra Not. ad Num. xii. Itaque primus annus Phoronei, qui σύγχρονος Ogygis fuit, post Ninum regno defunctum annos 143. contigisse videbitur, si dempseris hos Beli et Nini annos 107. ab illis regni Assyriaci 250, quibus finitis, vel mox finiendis, regnare cœpit rex Argivorum secundus Phoroneus. Rem habes in tabella comprehensam.

Assyriorum rex primus Belus annos regnavit	55.
Rex secundus *Ninus* an. regn.	52.
	107.

Anno 200. Assyriaci imperii, 93. autem post *Ninum* mortuum, Argivorum rex primus fuit Inachus, qui regnavit an. 50.—Anno 250. ejusdem Assyriaci imp. 143. autem post mortuum *Ninum*, Argivorum rex secundus extitit Phoroneus, qui *Ogygis* σύγχρονος fuit.

P. 274. l. 1. ἣ πολλαχοῦ τῆς γῆς ἔγειρε &c.] Eusebius in *Chron. Latino* ad an. Abrahami x: *Semiramis uxor Nini Assyriis imperavit annos* XLII: *de qua innumerabilia narrantur: quæ et Asiam tenuit, et propter inundationem aggeres construxit, plurimas Babyloniæ urbes instaurans.* Ubi hæc Scaliger, "Euphratis inundationem intellige. Ad verbum ex Herodoto, "(L. i. cap. 180.) αὕτη μὲν ἀπεδέξατο χώματα ἀνὰ τὸ πεδίον "ἔοντα ἀξιοθέητα, πρότερον δὲ ἐώθεε ὁ ποταμὸς ἀνὰ τὸ πεδίον "πᾶν πελαγίζειν. In nostra συναγωγῇ legimus: αὕτη διὰ ῥεύ-"ματα τοῖς ποταμοῖς περιέβαλε στόμια. Et Cedrenus habet. "Ubi nove στόμια ἀντὶ τῶν χωμάτων, quum στόμιον sit primum "ἐκβολὴ ποταμοῦ εἰς θάλασσαν, deinde ἀνατροπὴ τοῦ ποταμοῦ, ut "diserte extat in Æthiopicis Heliodori de obsidione Syenes, "ubi simul ponuntur et distinguuntur χώματα καὶ στόμια. Sed "illa χώματα a Semiramide excitata, et Babylonem ab ea con-"structam negat Berosus. Africanus vero ἐν τρίτῃ χρονο-"γραφιῶν scribit illos aggeres &c." p. 16. *Animadv.*

Ibid. l. 8. τούτου θυγάτηρ Ἰοῦς] Corrige Ἰὼ, cujus genitivus quidem est Ἰοῦς. Io et ab Herodoto lib. I. cap. 1. et a plerisque Inachi filia dicitur; sed tamen ab Acusilao, cujus hic meminit Africanus, et ab Hesiodo, alii patri tributa fuerat, si Apollodori Epitomatori credendum est init. lib. ii. Κάστωρ δὲ, inquit, ὁ συγγράψας τὰ χρονικὰ ἀγνοήματα, καὶ πολλοὶ τῶν

τραγικῶν, Ἰνάχου τὴν Ἰὼ λέγουσιν. Ἡσίοδος δὲ καὶ Ἀκουσίλαος Πειρῆνος αὐτὴν φασὶν Ἰὼ γένεσθαι. p. 75. ed. Tan. Fabri. Immo vero infra in Num. xxiv. p. 279. eandem, credo, feminam filiam Promethei ipse appellavit Africanus.

P. 274. l. 9. κατὰ δὲ τοὺς τούτου χρόνους, ἐξῆλθε &c.] Quanquam Mosem horum temporum æqualem fuisse affirmabant præter Africanum alii quoque nobiles scriptores, tamen egressos fuisse Hebræos ex Ægypto ducentos circiter annos post Inachum atque Ogygem, persuasit chronologis plerisque recentioribus Eusebius, qui interea ostendit, ait Scaliger *Prolegomm. in Ejusd. Chronica*, "majorem quidem vetustatem "Mosis esse, quam omnem fere memoriam intervalli gentium "mythici, sed tamen non tantam, quanta Africano visa est." fol. 2. Sed vero ab aliis viris eruditis prælata sunt rationibus Eusebianis testimonia veterum de Mosis atque Inachi et filii ejus Phoronei synchronismo; inter quos recensendus est Perizonius in *Origin. Ægypt.* cap. iii. p. 35. et alibi. Plura hac de re vide in nota ad Num. xxiii. Falso autem narrat Syncellus p. 121. *Chronographiæ* suæ, Africanum cum multis aliis ex veteribus adscripsisse Mosis *natales* ad Inachi tempus, propterea a Scaligero plus semel vapulans, cum Mosis quidem exodus, non natales, temporibus illis ab his veteribus alligaretur. Neque in istac re defendi posse Syncellum puto, etiamsi secundum Africani rationes (uti exposuit illas Scaliger pag. 22. *Animadv. in Eusebii Chronica*) Ogygium diluvium, cui Mosis exodum σύγχρονον Africanus facit, ad numerum Eusebianum ccxx, hoc est annum x. Phoronei filii Inachi contigerit; nam vel ita Mosis natales, qui annorum fuit octoginta, quum ex Ægypto exivit, ad Inachi tempus pertinere non possent, sed ei antecederent, qui quidem rex annos tantum 50. regnasse fertur. Sed Syncelli error inde ortus esse videtur, quod quadraginta et duos post annos collocasset diluvium Ogygium Eusebius, hoc est ad numerum cclxii, sive Phoronei annum penultimum.

Ibid. l. 10. ἀπ' Αἰγύπτου] Redierat, ut dixi, Eusebius cum verbis Καὶ τοσαῦτα μὲν πρὸ Ὠγύγου, supra l. 9. sed hoc loco vicissim nos deserit Syncellus post hæc verba ἀπ' Αἰγύπτου usque ad illa, Ἀπὸ Ὠγύγου τοίνυν. p. 275. l. 12.

Ibid. l. 15. ἔτη κε'.] Legendum est ἔτη κζ'. saltem ad com-

plendam summam ͵ασλζʹ. 1237. et non tantum Clemens Alex. in *Strom.* I. p. 384. ed. Potteri annos 27. Josuæ attribuit, verum etiam affirmat Syncellus p. 174. omnes fere auctores traditioni non scriptæ annorum 27. Jesu filii Naue consentire. Conferas et Num. xxx. Excipiendus autem est Josephus, qui annos 25. ei tribuit, *Antiquit. Jud.* lib. iv. cap. 1. fine. Veteremque esse hanc lectionem annorum 25. ostendit, cum Syncelli lectio ͵ασλεʹ, quæ commemorata supra est pag. 429. tum brevis quidam Chronologiæ Africani Recensus, quem ad finem harum ῥήσεων collocavi. Nunc quoque addendus est Anonymus Scriptor *Hist. Physicæ*, seu Julius Pollux, nuper editus, p. 36. Idem vero ibidem, ut obiter id notem, cum Africano de tempore Inachi, Phoronei, Ogygiique diluvii consentit. At mihi quidem uterque numerus, tam ille toties hic repetitus 1237, quam alter 27. firmari videbatur, cum ex illis, quæ mox sequuntur p. 275. tum vero ex collatione annorum, qui in Excerpt. XLIX. pag. 295. commemorantur, cum illis qui signant Mosis exodum, Heli finem, annumque Olympiadicum morti Christi ab Africano attributum; etsi inde illud sequeretur, annos tantum 428. a vocatione Abraham usque ad Mosis exodum collegisse Africanum, non, ut refert de eo vetus ille Recensus, annos 430. Aliam vero originem summæ annorum 1237. pro 1235 positæ. Vigerus dabit, de qua lector judicet.

P. 274. l. 15. πρεσβυτέρων ἔτη λʹ.] Confer Num. XXVII. Ἰησοῦν pro Ἰησοῦ ex *Eusebii MS. Coll. S. Joan.* posui, atque ita vertit Vigerus, *qui post Jesum judices fuere.* Vide et Num. xxx. p. 283. l. 10. Nunc video Clintonum virum cl. in *Fastis Hellenicis* Vol. I. p. 300. cui placet numerorum κζʹ. substitutio, non sine causa censuisse, proxime post legendum esse, μετὰ Ἰησοῦν. Κριτῶν δὲ τῶν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Κριτῶν περιεχομένων. Præstant Ἰησοῦν pro Ἰησοῦ *tres MSS. Gaisfordiani.*

P. 275. l. 1. ἧς τὸ τελευταῖον ἔτος] Deest hic aliquid. Quo enim τὸ ἧς referatur? Forte ante hunc articulum, scripserit Africanus, τῆς δ' αἰχμαλωσίας ἑβδομήκοντα. Certe ὁμὰς illa mille ducentorum ac triginta septem annorum, quos ab Exodo ad Cyrum usque numerat, ex consequentium annorum collectione non existet, nisi hos septuaginta insuper addideris: tametsi ut deesset omnino nihil, duobus et septuaginta opus esset. Nam detractis septuaginta, confiunt modo mille cen-

tum et sexaginta quinque, quibus septuaginta si addideris, 1235. habiturus es. Sed (opinor) anni Mosis octogesimi partem adnumerat, et annum captivitatis septuagesimum ultra Cyri primum mensib. aliquot excurrisse putat. Eam enim summam non ex librariorum errore, sed Africani ex mente conflatam esse, constat ex sequentib. ubi sæpius eadem inculcatur. VIGERUS. Vide supra not. ad lin. 15. pag. 274.

P. 275. l. 3. ἐπὶ δὲ πρώτην Ὀλυμπιάδα] Ita emendavi ex *Eusebii MS. Coll. S. Joan.* pro ἐπὶ δὲ πρώτης Ὀλυμπιάδος. Mox habet καὶ pro κἂν *idem MS.* Excidisse mihi quidem videtur particula καὶ post notas numerales ͵ακʹ. ante illa εἴπερ ἐπί. Præstant πρώτην Ὀλυμπιάδα *codd. quinque Gaisford.* in nupera Eusebii edit. et καὶ pro κἂν de illis *unus.*

Ibid. l. 6. μετὰ δὲ Ὤγυγον — μέχρι Κέκροπος — καταριθμῶν] Verba hæc usque ad pag. 276. lin. 9. attulit Syncellus quoque, cum alibi tum in pag. 148. unde sumpta sunt a Scaligero in *Chronica Eusebiana* pag. 25. et in Συναγωγὴν Ἱστοριῶν iisdem annexam pag. 361. Sed apud Malalam in *Chronographia*, ubi pag. 74. eadem hæc partim laudantur, per annos 270. desertam jacuisse Atticam Africanus dicit. Cum vero alterum numerum 189. Africano attribuat Eusebius in *Præparatione* sua, atque duobus locis Syncellus, is enim in pag. quoque 70. operis sui hæc de Attica deserta adduxit, addam hoc præterea pro numero isto minori 189. computasse annos ferme 400. a Cecrope Atticæ restitutore ad Trojam captam Africanum, uti constat ex paucis verbis a Leone Allatio in Notis ad Eustathii *Hexaemeron* p. 19. adductis, quæ jam posui in horum fragmentorum num. XXVIII*. Quod vero rem conficere videtur, ex aliis Africani numeris colligitur eadem circiter summa 189. Sunt enim anni Mosis in Deserto 40. Josuæ anni 25. vel 27. Seniorum post Josuam anni 30. anni denique 95. inter Prometheum, qui Gothonielis judicis vixit tempore, atque Cecropem, qui omnes fiunt 190. Vid. hanc ῥῆσιν infra, et notas ad Num. XXIV. et XXX. Annos autem 199. apud Eusebium Georgius Trapezuntius interpres ejus memoratos invenit. Interea constat ex eo quod Africanus, teste Syncello, ipsa hæc ad libri tertii initium scripserit, satis magnæ molis fuisse Chronica ejus.

Ibid. l. 9. Τὸν γὰρ μετὰ Ὤγυγον Ἀκταῖον] *Syncellus*, et ex eo

Scaliger, Τὸν μὲν γὰρ Ὤγυγον Ἀκταῖον. Stephanus Byzant. *De Urbibus et Populis* v. Ἀκτή. Ἀκτὴ, οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἀκταίου τινός. Ἀνὴρ δὲ ἦν αὐτόχθων, ὡς Φαβωρῖνος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐκεῖ, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ οὕτω τὴν χώραν ὠνόμασε, καὶ τοὺς λαούς. Ἀπολλόδωρος δὲ τἀναντία φησίν· οὕτω γὰρ ἐκλήθη, διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς καθικνεῖσθαι εἰς θάλασσαν. Τριγώνου γὰρ οὔσης, αἱ συνεύουσαι ὑπὸ τὸ Σούνιον ἑκατέρωθεν δύο πλευραὶ παράλιοι τυγχάνουσι. Δι' ἃς τῶν ἐπὶ Κέκροπος φυλῶν τεττάρων οὐσῶν, δύο προσηγόρευσαν, Ἀκταίαν καὶ Παραλίαν. p. 55. ed. Pined. Ogygem vero in Attica Eleusinam condidisse, quæ antiquitus vocabatur *Acta*, et alias plurimas civitates, refert Eusebius in *Chronico* ad ann. CCXXXVI. Vid. supra not. p. 429.

P. 275. l. 12. Ἀπὸ Ὠγύγου τοίνυν &c.] Cum his verbis denuo incepit Syncelli excerptum pag. 64. *Chronographiæ*, quod cum verbis ὥς τινες prope finem τῆς ῥήσεως concluditur. Mox ἀλλὰ inde suppletum ante καὶ addidi.

Ibid. l. 15. Πολέμων μὲν — λέγει] Ex *Syncello* λέγει pro λέγων posui. Pro numeris ͵ασλζ' habet ͵ασλε' Syncellus, de quo sumpsi in superioribus Αἰγυπτιακοῦ pro Αἰγυπτίου. Ceterum de Apide Phoronei filio cons. Car. Stephani *Dictionarium* a Lloydio editum.

P. 276. l. 2. αὐτοὶ] οὗτοι *Syncellus* pro αὐτοί.

Ibid. l. 3. περιεργότατος γραμματικῶν] Habet *Eusebii MS. S. Joan.* vocem nihili συγγραμμιτικῶν.

Ibid. l. 5. Ἀμώσιος] Hunc primum in regum Ægyptiorum Dynastia XVIII. posuit Africanus. Πρῶτος Ἀμῶς, inquit, ἐφ' οὗ ὁ Μωσῆς ἐξῆλθεν ἀπ' Αἰγύπτου, ὡς ἡμεῖς ἀποδείκνυμεν. Vid. supra pag. 256. Jacobus autem Perizonius in *Ægypt. Orig. Invest.* cap. 18. huic testimonio Apionis de exodo adversatus, quod Africanum Justino in *Cohort. ad Græcos* debuisse minus recte opinatur, hæc scribit, "Valde mihi hic suspecta est "fides Justini et Africani; nam Josephus, qui ex professo "*contra Apionem* hunc scripsit, longe aliam tribuit ei sen-"tentiam de Judæorum origine ex Ægypto. Nimirum pulsos "fuisse Ægypto propter lepram et alios corporis morbos "*anno* I. *Olympiadis* VII. *qua et Pœni Carthaginem condiderint.* "Ducem autem eos tunc habuisse Mosen quendam *Heliopoli-*"*tanum,* qui leges eis dein dederit. pp. 1061, 1062. Mani-"feste hæc quidem falsi arguuntur, vel ex sola temporis ra-

" tione quod incidit in extinctum jam ferme ab Assyriis Israël-
" itarum regnum, atque ideo alienissimum est a primis gentis
" Israëliticæ seu Judaicæ initiis. Sed vel sic ab Apione, Ju-
" dæorum et eorum antiquitatis adversario, quin fuerint tra-
" dita, nullum potest esse dubium, si Josephi responsionem
" consideramus. At si ea tradidit, tum vero neutiquam cre-
" dibile est, illum alibi retulisse originem Judæorum et ipsum
" Mosem ad tempora Inachi. Sed et, si hoc fecisset, haud
" dubie id illi ipse Josephus objecisset, quippe quo nihil magis
" erat idoneum ad labefactandam ejus fidem arguendamque
" lepræ calumniam. Quid ergo? Nullus dubito, quin Apion
" æque ac Manetho, ut mox videbimus, ad tempora Amosios
" retulerit ejectionem *Pastorum* ex Ægypto, et hoc Justinus
" de Judæis fuerit interpretatus, atque ita Apioni tribuerit
" *Judæorum* et *Mosis* mentionem, quam ille tamen nullam istic
" fecerat." Hæc Perizonius p. 364. Conferas quæ supra annotata sunt ad Dynast. XV. et XVIII.

P. 276. l. 7. μέμνηται δὲ καὶ Ἡρόδοτος &c.] Idem vir cl. Perizonius capite 19. ejusd. Operis: " Quod vero Africanus
" ait apud Euseb. *Præpar. Evang.* x. 10. et Syncellum pag. 64.
" etiam Herodotum lib. ii. *meminisse istius Defectionis*, Ju-
" dæorum scil. ab Ægyptiis, *et ipsius Amoseos; Aliquo Modo*
" *etiam ipsorum Judæorum in illis, qui circumcidi solent, eos con-*
" *numerantem, et Assyrios Palæstinæ vocantem, forte propter*
" *Abrahamum;* in eo errat, nec Herodotum, qui nusquam isto
" in libro, nec alibi, Defectionis Judæorum ab hoc Amosi, nec
" ipsius Amoseos meminit, inspexisse videtur, sed tantum
" verba Josephi satis oscitanter respexisse; qui *lib.* I. *Contra*
" *Ap.* p. 1047. illud modo tradidit, designari ab Herodoto Ju-
" dæos, ubi agit de gentibus, quæ circumciduntur. Ait enim
" *neque Herodotum ignorasse Judæorum gentem, sed Aliquo Modo*
" *meminisse eorum, quia de Colchis in l.* ii. (c. 104.) *scribens ita*
" *loquatur, Phœnices autem et Syri in Palæstina, fatentur etiam*
" *ipsi, ab Ægyptiis se* circumcisionem *didicisse;* subjicit jam
" his Herodoti verbis denuo Josephus, *Ergo dixit Syros in*
" *Palæstina habitantes circumcidi. Eorum autem qui Palæ-*
" *stinam incolunt soli id faciunt Judæi. Hoc igitur sciens, de iis*
" *hæc dixit.* Manifestum hinc, et vel maxime ex illo, τρόπῳ τινὶ,
" *Aliquo Modo*, Africanum ante oculos habuisse hunc Josephi

"locum, satis licet negligenter inspectum; quum neque Jo-
"sephus, neque Herodotus, *Assyrios*, quos ille ab Abrahamo
"arcessit, sed *Syros*, Palæstinæ memorent. At *defectionem*
"*Judæorum* et hunc *Amosin* de suo addidit Africanus, quum
"nusquam Herodotus ullum de iis verbum fecerit." p. 39.

P. 276. l. 11. Πτολεμαῖός τε ὁ Μενδήσιος &c.] Rectius fortasse τε pro δὲ *Syncellus*, idque nunc recepi. Tatianus in *Oratione ad Græcos* §. 59, vel 38, hæc scribit: Αἰγυπτίων δέ εἰσιν αἱ ἐπ' ἀκριβὲς χρόνων ἀναγραφαὶ, καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς πραγμάτων ἑρμηνεύς ἐστι Πτολεμαῖος, οὐχ ὁ βασιλεὺς, ἱερεὺς δὲ Μένδητος. οὗτος τὰς τῶν βασιλέων πράξεις ἐκτιθέμενος, κατ' Ἄμωσιν βασιλέα Αἰγύπτου γεγονέναι Ἰουδαίων φησὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν, εἰς ἅπερ ἦλθον χωρία, Μωϋσέως ἡγουμένου. λέγει δὲ οὕτως. ὁ δὲ Ἄμωσις ἐγένετο κατ' Ἴναχον βασιλέα.

Ibid. l. 15. μετά γε Μωσέα] Addidi γε ex *Syncello*, qui præterea habet ὡς εἴ τί ποτε.

Ibid. l. 17. Σπαρτοὶ] Supplendum credo, vel ὀδόντες, vel στρατιῶται, vel aliquid simile. omnino enim post Europam, de Cadmo, Cadmique militibus ex Draconis dentibus repente satis, loquutus videtur. VIGERUS. Agitur de Cadmi Europæ fratris sociis, ipsi enim, ut docent fabulæ, a verbo σπείρω *Spartorum* nomen habent. Stephanus Byzant *De Urbibus:* Σπάρτη· Λακωνικὸν χωρίον, ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμον Σπαρτῶν· περὶ ὧν Τιμαγόρας φησὶν, Ἐκπεσόντας δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν Λακωνικὴν, Σπάρτην ἀφ' ἑαυτῶν ὀνομάσαι. pag. 615. ed. Pined. De hac re nos mittit cl. Jortinus in *Observatt. ad Hist. Eccl.* Vol. III. p. 468. ad *Hygini Fab.* p. 178.

Ibid. l. 18. ἆθλοι Ἡράκλειοι] Dum apud editum Eusebium post voces τὰ περὶ Ἴλιον exstat de Hercule istud, idem huc retraxi, temporis rationibus consulens, et fide nixus *Eusebii MSti* ac *Syncelli*. Nunc addas *sex* alios *codd. Gaisfordianos*.

P. 277. l. 1. Ὀλυμπιάδες.] Conferri merentur ea, quæ ipse quoque Eusebius scribit lib. x. *Præp.* suæ *Evang.* cap. 9. de ætate Mosis vel antiquissimis Graiorum fabulis priore, quem tamen tantum Cecropis æqualem statuit:— εὕροις ἂν κατὰ μὲν Ἑβραίους Μωσέα, κατὰ δὲ Ἕλληνας Κέκροπα τὸν γηγενῆ. κατώτερα δὲ τῶν Κέκροπος ἱστορεῖται χρόνων τὰ παρ' Ἕλλησι θαυμαζόμενα· γίνεται γὰρ μετὰ Κέκροπα ὁ κατὰ Δευκαλίωνα κατακλυσμὸς, καὶ ἡ ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις, Ἐριχθονίου τε γένεσις, Κόρης

τε ἁρπαγὴ, καὶ Δήμητρος μυστήρια, Ἐλευσινίων ἵδρυσις, Τριπτολέμου γεωργία, Εὐρώπης ὑπὸ Διὸς ἁρπαγὴ, Ἀπόλλωνος γένεσις, Κάδμου ἐπὶ Θήβας παρουσία· καὶ ἔτι τούτων νεώτεροι, Διόνυσος, Μίνως, Περσεὺς, Ἀσκληπιὸς, Διόσκουροι, Ἡρακλῆς. τούτων δ' ἁπάντων πρεσβύτερος γεγονὼς συνίσταται Μωσῆς, ὡς ἂν κατὰ Κέκροπα τὴν ἡλικίαν ἀκμάσας. p. 484. ed. Vigeri. His similia proferunt, sed Inacho æqualem Mosem facientes, Tatianus et Clemens Alex., qui ante Africanum scripserunt, ab Eusebio in capp. 11. et 12. ejusd. libri adducti. Confer fin. Num. XXIV.

P. 277. l. 2. ἔδοξε δή μοι] δὴ pro δὲ *Eusebii MS. S. Joan.* et *Syncellus.* quod nunc reposui. Firmant *codd. quatuor Gaisfordiani.* Ogygis spectatur tempus τῷ Mosis æquale.

Ibid. l. 13. ὅτι τε Ἀθηναίους] Mavult Vigerus τούς τε Ἀ. et Goarus ad *Syncell.* ubi legitur ὅτε Ἀ. censet scribendum ὥστε. Ego potius, modo quid mutandum sit, ἔτι τε, quæ quidem voculæ conjunctæ alibi nobis occurrunt.

Ibid. l. 16. ἐν τῷ Τρικαρήνῳ Θεόπομπος] E fabulis Theopompi, qui veteris comœdiæ poeta fuit, *Tricarenum* istud fuisse olim censui; verum, referente cl. Gaisfordo in nupera edit. *Præp. Evang.* monuit Augustus Meineke in *Hist. Crit. Comicorum Gr.* p. 243. advocatis pluribus scriptoribus eruditis, *Tricarenum* non fabulæ titulum, sed historici operis inscriptionem esse, cujus auctor Theopompus Chius ferebatur.

Ibid. l. 18. ἦν Προμηθεὺς &c.] Confer Num. Africani XXIV. S. Hieronymus in Eusebii *Chron.* hæc Africani ita vertit: *His temporibus secundum quorundam opinionem Prometheus fuit, a quo homines factos commemorant: et re vera, quum sapiens esset, feritatem eorum, et nimiam imperitiam, ad humanitatem et scientiam transfigurabat.* ad an. Abrahæ CCCXXXI. Ceterum Africani verba Græca ad imam paginam editionis suæ posuit *Armeniæ Interpretationis* editor Aucherus, quod neglexit facere in nupera editione *Chronicorum Eusebii* Maius.

XXIII.

P. 278. l. 10. Οὔ μοι δοκεῖ καλῶς &c.] Pergit Georgius scribere; ἔσται γὰρ κατὰ τοῦτο Μωσῆς πρὸς τῷ τέλει τῆς ζωῆς Ἀβραὰμ τεχθείς· εἴ γε πάντες ὁμολογοῦσιν τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ κατὰ τὸ μδ'. ἔτος Νίνου τοῦ δευτέρου βασιλεύοντος μετὰ Βῆλον Ἀσ-

συρίων. Βῆλον (cor. Βήλου) *γὰρ νε'. Νίνου μδ'. Ἀβραὰμ ρα'. Ἔσται ἄρα* Μωσῆς *κατὰ τὸ ρα'. ἔτος Ἀβραάμ· ὅπερ ἀδύνατον. ὁμολογεῖ δὲ αὐτὸν κατὰ Ἴναχον.*

P. 278. l. 10. Οὔ μοι δοκεῖ καλῶς &c.] *Hoc certe vere collectum est a Georgio,* scribit Scaliger, hanc pericopen referens. *Animadv.* pagin. 17, 18, 253, &c. Ratio hæc est. Si ad Africani mentem Assyriorum regnum aliud, quod Argivorum, annis solis ducentis præcedat; ut spatii hujusmodi terminus ad Inachi Argivorum regis primi annum primum attingit, ita quoque ad Mosis natalem diem circa Inachi primordia incurrentem accedit: idem vero annorum ducentorum terminus Abrahæ annus supra centesimum primus statuitur. Moses itaque anno Abrahæ eodem ad lucis et mundi consortium ingressus est. Demonstrativam confutationem hanc vocat Scaliger loco primo relato. Hæc Goarus. At vero quidquid Eusebius aliique de Abrahami natali die statuerunt, haud facile mihimet persuadeo, Africanum ipsum rem ita administrasse, ut ejusdem ortum ad ann. 43. vel. 44. Nini regis differret, qui plus ducentos annos citius Eusebiana computatione Mosis exodum collocasset. Certe constat constituisse Africanum Abrahami natales ferme annos 190. ante Sicyonium imperium, cujus regni initia Eusebius Abrahamo vetustiora facit annis 75. Confer enim Fragmentorum horum Num. XXIX. cum *Chronici Eusebiani* principio. Immo vero palam est, plus ducentos et quinquaginta annos ante ipsa initia Assyriaci regni patriarchæ natales ab Africano positos fuisse. Conf. Num. XXII. et notas supra pp. 431. et 432. Ab aliis quoque auctoribus ad longe posteriora tempora quam solitum est, relatum fuisse Nini imperium novimus. Georgius autem, dum pariter atque Africanus Mosis et Inachi *συγχρονισμὸν* ratum habebat, quod ex *Chronographia* ejus p. 150. alibique constat, nec tamen cum eo sentiens de natalibus Abrahami diu ante Ninum constituendis, existimasse videtur Argivorum illud ab Inacho fundatum regnum non ducentesimo anno regum Assyriorum sed postea collocari debere, contra quam statuisset Africanus.

XXIV.

P. 278. l. 20. Καλλιθύια Πείραντος &c.] Extant hæc apud Syncellum pag. 149. titulo Ἀφρικανοῦ præfixo, relata autem sunt in *Eusebiana* sua a Scaligero pag. 26. Pleraque porro eorum ab *Eusebio* in *Chron. Lat.* pag. 13. et 75. reposita sunt. Et ad ann. CCCLXXIII, ubi hæc de Callithya repetuntur, Scaliger in *Animadv.* ita scribit: "Omnes libri tam scripti, quam editi: "*In Argis primus sacerdotio functus est Callicias Perantis filius.* "Nobis primo oculorum conjectu vitium oboluit, qui sciremus "Argivæ Junonis sacerdotium non viris, sed feminis mandari "solitum. Itaque statim legebamus: *prima sacerdotio functa* "*est Callithya Piranti filia.* Conjecturam nostram confir-"marunt biennio post Græca Eusebii, in quibus ita plane est, "ut emendavimus; nisi quod Σπείραντος non Πειράνθου habet, "qui erat frater ipsius Criasi, quanquam et Πείραντα vocat "Eusebius ipse, de hac Callithya scribens lib. iii. προπαρασκ. "ex Plutarcho: Λέγεται δὲ Πείρας ὁ πρῶτος Ἀργολίδος Ἥρας "ἱερὸν εἱσάμενος τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρᾳ Καλλίθυιαν ἱερείαν κατα-"στήσας, ἐκ τῶν περὶ Τίρυνθα δένδρων ὄχνην τεμὼν εὐκτέανον "Ἥρας ἄγαλμα μορφῶσαι. Hanc sacerdotem Callithoën vocat "Hyginus fabula CXLV, ubi perperam excusum Callirhoë. Sed "Callithoën legendum esse constat ex Phoronidis auctore. "——Ab hac Callithya tempora sua putare instituerunt Ar-"givi, quum hæc prima omnium Junonis Argivæ sacerdos "fuerit, ab annis autem earum Fastos signare solebant, illo "et illo anno Callithyæ, &c. Thucydides initio libri ii. τῷ δὲ "πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει ἐστὶ, Χρυσίδος ἐν Ἄργει. Glossæ: ἡ "Χρυσὶς ἱέρεια ἦν ἐν Ἄργει. ἠρίθμουν δὲ τοὺς χρόνους οἱ Ἀργεῖοι "ἀπὸ τῶν ἱερειῶν." pag. 24. Syncelli textus habet Καλλιθυσία Σπείραντος, ubi Scaligeri emendationem Καλλιθύια Πείραντος Goarus in marg. reposuit. Sed et ante Scaligerum verba ita emendaverat Arnaldus Pontacus Chronicorum Eusebii editor, *In Argis prima sacerdotio functa est Callithya filia Pirantis.* Immo eodem Pontaco teste, *Callitheam* (sic) *Pirantis filiam* et Fronto Ducæus in Clementem Al. et Leopardus in *Emendatt.* adduxerunt.

Ibid. ἱεράτευσε τῆς Ἥρας] ἱεράτευσαι *Syncel.* et ad *marg.*

Goarus φασὶν addit, sed Scaligerum ego secutus sum, τῆς Ἥρας tamen pro τῇ Ἥρᾳ mutans.

P. 279. l. 1. ὡς ἐπιστήμης ἕνεκεν] Habet ὡς pro τῆς Syncelli *MS. prior Paris.* id nunc recipiente Dindorfio, quem in hac altera editione secutus sum. Goarus ad *marg.* καὶ pro τῆς posuit, et Scaliger in *Eusebianis* suis ὃς habet, Hieronymum fortasse secutus, qui in Interpretatione *Eusebiani Chronici* ad pag. 13. hoc scribit: *Atlas frater Promethei præcipuus astrologus fuit: qui ob eruditionem disciplinæ etiam cœlum sustinere dictus est.* Ait Arnobius *Adv. Gentes* lib. ii. *Quando siderum motus, aut ratio cœpta est genethliaca sciri? Non post Theutin Ægyptium, aut post Atlantem, ut quidam ferunt, gestatorem, bajulum, tibicinem illum ac destinam cœli?* p. 92. ed. Lugd. Bat. Interea cl. Schurzfleisch, quem supra ad Dynast. Ægypt. XXVI. adduxi, legendum monet διέλαμπε τῆς δὲ (τῆσδε) ἐπιστήμης ἕνεκεν &c. Num. 379. p. 124. *Notitiæ Biblioth. Vinar.* Ei vero non puto assentiendum, etiamsi in MSto ab eo commemorato, et in Pontaci edit. *Chronicorum* Eusebii positum sit *istius* ante vocem *disciplinæ*, quod tamen a multis MSStis abesse idem Pontacus notavit.

Ibid. l. 6. Κουρῆτες] Goarus in *marg.* habet Κουρῖται. Sed Κούρητες Steph. Byzant. *De Urbibus*, voce Κούρης. quod et Syncelli *MS. Paris. posterior*, sed Κουρήτες paroxytonum.

Ibid. l. 7. οἱ τὴν ἐν ὅπλοις εὔρυθμον κίνησιν] Articulum τὴν ex *MS. Syncelli Paris. altero* olim addidi, ut nunc similiter fecit Dindorfius, exhibetque τῆς prior codicum illorum.

Ibid. l. 10. τὸ αὐτὸ] H. e. κατὰ τὸ αὐτὸ, vel ὡσαύτως.

Ibid. l. 11. Ἄργον τε] Addendum videtur ex Hieronymo, qui vertit, *et Argum cuncta cernentem*, Ἄργον τε τοῦ πανόπτου, vel τοῦ καὶ Πανόπτου, deletis illis καὶ Πανόπτου in sequentibus. Ceterum nonnulla his affinia de Atlante, Prometheo, Epimetheo, Argo, tibi dabit Cedrenus *Hist. Compend.* pag. 66. et 67. ed. Basil. in pag. vero 81. et 82. ed. Paris.

Ibid. l. 13. οἱ μὲν γὰρ, ὅτι κατὰ Κέκροπα &c.] Verbum aliquod hic deest, vel fortasse supplendum est ex superioribus ἱστοροῦσιν. Necesse autem est, ut ex Africani ipsius sententia vetustiores fuerint Prometheus et frater Atlas, quam Cecropis imperium. Quum enim hos fratres Gothonielis temporibus, qui statim post Josuam et Seniores Israelitis præfuit, Afri-

canus Syncello teste attribuerit, idemque Mosem Ogygi æqualem fecerit, non poterat ille censere floruisse eos regnante Cecrope, qui ex ejus sententia ferme ducentis post Mosem annis vixerit. Proxime post scribit Africanus, dictum fuisse a nonnullis, illos antiquiores fuisse Cecrope annis 60. ab aliis vero 90. Sed vero anni 95. colliguntur ex ætatibus Cecropis atque Promethei supra in Num. XXII. pagg. 275. et 278. commemoratis. Cecropem quidem istorum fratrum æqualem ex Tatiano facit Petavius *Rat. Temp.* lib. I. cap. 4. prout statuunt scriptores ab Africano hic significati, e quibus fortasse Tatianus est.

XXV.

P. 280. l. 4. *κατακλυσμόν.*] Subjecit Georgius, nisi forte horum verborum partem addidit ipse quoque Africanus, qui simile quid de temporibus ante Olympiadas monet in Num. XXII. pag. 155. *ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο ἀκριβῶς ἀποδεῖξαι, τῶν παρ' Ἕλλησι πάντων χρόνων διασφαλλομένων, ὅσοι πρὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἱστόρηνται· πλὴν ὅτι τοῦ ἀληθοῦς ἐγγὺς ἐστοχάσατο* (Africanus), *ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς παραπλησίως, μὴ ἔχοντες ἄλλό τι περισσοτέρως δεῖξαι.* Confer not. supra ad Dynastiam Ægyptiacam XVIII. p. 269.

XXVI.

Ibid. l. 9. Τοῦτον τὸν Ἀβιμέλεχ &c.] Hæc Georgii profert Scaliger in *Animadv. in Chronica Eusebii* pag. 49. ubi verbis ultimis, *αὐτοὺς λέγει πάντας*, hoc minus recte adjecit, *πλὴν Ἰωνάθου τοῦ νεωτέρου*, quod factum est ex omissione verborum, quæ interveniunt; *Ἀβιμέλεχ ὁ ἐκ τῆς παλλακῆς υἱὸς Γεδεὼν ἀποκτείνας πάντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, πλὴν Ἰωναθοῦ* &c. Confer Georg. Syncellum a Goaro post Scaligeri tempora editum.

Ibid. l. 11. Ἀφρικανὸς δὲ τοῦ Ἱεροβαὰλ &c.] Cons. *Jud.* cap. viii. sub finem, et cap. ix. comm. 1. et 16. et 1 *Reg.* xii. 11. Cum Scaligero affirmare necesse fuerit, insignem hanc esse hallucinationem, vel potius, ut ille ait, delirationem, quod Jerobaal vocaverit Georgius fratrem Gideonis. Verum haud sequitur, in eodem versatum esse errore Africanum existimandum, nam bene interrogat Goarus, Serrario in *Jud.* cap. vi. quæst. 1.

sese opponens, "At cum idem Gideon, qui Ierobaal, nonne "filii Gideonis qui Ierobaalis?" τοῦ pro τοὺς ex *MSStis Parisinis* reposui, quod Scaliger prior præstiterat.

P. 180. l. 13. Ἀὐδῶν κριτὴς &c.] *Jud.* xii. 14. Errorem Africani a Syncello indicatum monuit Usserius fine operis *Chronol. Sacr.* ex Græcorum numeralium κ'. et η'. similitudine facillime esse ortum.

XXVII.

Ibid. l. 23. Εὐσέβιος δὲ &c.] Cum horum partem *Eusebianis* suis inseruisset Scaliger pag. 34. ait ibidem, "objecisse Eu-"sebium Africano, illum septuaginta annos addidisse de his-"toria, XL. τῆς ἀναρχίας, XXX. τῆς εἰρήνης, et præterea C. οἴ-"κοθεν, de suo, quæ simul fiunt CLXX." Hæc vir magnus festinantius; nihil enim clarius, quam centum tantum annorum additionem Africano hoc quidem loco exprobratam fuisse, scil. XXX. τῶν πρεσβυτέρων, XL. τῆς ἀναρχίας, XXX. τῆς εἰρήνης, itaque, ut hic dicitur, τὰ ὅλα ρ'. sive C. Contra Eusebius in Chronico hos annos omittebat. Postquam vero hæc scripseram, Goarum vidi alibi, nempe pag. 49. *Notarum*, Scaligerum super hac re acriter culpantem. Videsis etiam quæ annotata sunt infra ad Num. XXX. Nunc demum beneficio *Armeniæ Interpretationis Chronicorum* ipsis Eusebii verbis Africanum de hac re reprehendentis hodie fruimur. *Primum vero* (inquit Eusebius) *illud quoque haud licebit absque examine præteriisse; quomodo nempe et Africanus ipse in quinque Chronologiæ libros disposuerit. Et quidem, ut mihi videtur, quam maxime in his rebus, quæ adsunt, hallucinatus est; etenim ab exodo Moysis usque ad Salomonem et templi Hierosolymitani ædificationem colligit juxta suum privatum calculum* DCCXLIV. *Atque ex majori parte sine auctoritate procedens aberrat; non eo tantum quod contra divinam Scripturam loquitur, sed quod temeritatis quidpiam adhibet, centum utique annos de suo intrudens. Siquidem plus annorum inseruit, pro Senioribus, qui post Josue extiterunt annos* (*nempe*) XXX. *Necnon post Samsonem, pro democratia annos* XL. *Et rursum pacis annos* XXV. *Tot quidem annos abundantiores sine auctoritate clanculum insinuam multorum annorum frequentiam semetipso interserit; adeoque inter Moysis tempora et Salomonis regnum plusquam septingentos et* XL. *annos*

esse dicit. Oportet igitur serio animadvertere generationes præcedentes, quotnam fuerint; ex eoque deprehendere invalidorum verborum commenta. Si enim ab Abrahamoque ad David quatuordecim sunt generationes, et tempore ipsius quidem Moysis undecima generatio jam finita erat, sub quo Naasson filius Aminidab princeps tribus Judæ agnoscebatur; &c.—*Quomodo ergo congruum erit dicere, quod inferius, postque Moysen tantum temporis quisque invenire potuerit, quantum superius narravimus* (sc. an. 140.) *Africanus igitur in hac parte ita erravit.* Hæc ex Armeniaca lingua vertit Jo. Baptista Aucher. Vol. I. p. 156. Confer cap. xvi. §. 22. nuperæ edit. *Chronicorum Eusebii* a Maio adornatæ. Confudisse interim, ut obiter hoc notem, inter se tempora τῆς ἀναρχίας atque τῆς εἰρήνης Anianus chronologus videtur a Syncello interdum commemoratus, dum hæc in pag. 36. *Syncelliani operis* cum reprehensione Eusebii scribit: ἔτι δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Σαμψὼν τοῦ κριτοῦ, τῆς ἀναρχίας, ἤτοι εἰρήνης, τοῦ λαοῦ μ΄. ἔτη ἐν τῷ κατὰ πλάτος οὐκ ἔθηκεν. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς αὐτῶν ἐμνημόνευσεν, καὶ τῇ τοῦ χρονογραφίου αὐτοῦ ὁμάδι συμψηφισάμενος ἥνωσεν, hoc est in priore parte operis, ut optime hujusmodi loca exposuit Scaliger. Vid. infra Num. xxxvi.

P. 281. l. 4. ὡς διαφωνουμένων] Vertas, *De hisce rebus disputari, Africanus in fine operis sui confitebatur.*

XXVIII.

Ibid. l. 12. Τὰ κατὰ Ἀφρικανὸν &c.] Hæc usque ad numeros ͵δτνβ΄. lin. 12. adduxit Scaliger in *Notis ad Eusebii Græca* p. 416.

Ibid. l. 15. ͵δτνβ΄.] Numeros ͵δτν΄. 4350. Syncelli *MS.* quem adhibuit Goarus, exhibuisse videtur, etsi hanc codicis sui lectionem ad marginem editionis præter morem suum ille rejecit. Ait enim in *Notis* "numerasse authorem emendatum 4352. "annos;" quos quidem in textu Græco posuit Goarus, itidemque ante eum in *Notis ad Eusebium* Scaliger. Ceterum Pauli apostoli verba in *Actis* hæc sunt, Καὶ μετὰ ταῦτα (post peregrinationem in deserto) ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου. xiii. 20. Hanc autem

ῥῆσιν eo citius dimitto, quod ea ad Syncellum magis quam ad Africanum pertinet.

P. 281. l. 17. ὅπερ Ἀφρικανὸς τὸν Σεμεΐγὰρ] Posuit Goarus in marg. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς τὸν Σαμεγὰρ, *Syncelli* enim *textus* τὸν Σεμεῒ γὰρ pro Σεμεΐγὰρ exhibet. LXX. quidem Interpretes *libro Judicum* cap. iii. comm. ult. Σαμεγὰρ vulgo habent, sed nonnullis in codicibus, quos commemorat cl. Jacobus Parsons, Σεμεγάρ. Ego, ut vides, lectionem Syncellianam præstiti.

XXVIII*.

Ibid. l. 31. Ἀπὸ Κέκροπος &c.] Hoc scripsit ex libro fortasse MSto quodam Leo Allatius. Confer notas ejus ad S. Eustathii Antiocheni *in Hexahemeron Commentarium*, pag. 19. Ad tempus quod attinet hic memoratum, in Eusebii *Chronico* anni computantur a primo anno Cecropis 378 vel 376 inter Cecropem Trojamque captam. Habet *Chron. Armeniacum* annos 376. Extant præterea in *Eclogis Ecclesiasticæ Historiæ* a cl. Cramer primum editis verba, quæ sequuntur Ἀπὸ δὲ Κέκροπος ἐπὶ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν ἔτη καταριθμοῦνται τοη'. (378). ἀπὸ δὲ Ἰλίου ἁλώσεως ἐπὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα ἔτη ζ'. καὶ υ'. (407). τοῦτο γὰρ καὶ Πορφυρίῳ δοκεῖ. pag. 158. *Anecdott. Græc. e codd. MSS. Paris.*

XXIX.

P. 282. l. 8. Vicesimo nono autem anno patriarchæ Jacob] Africanus, qui, ut supra dixi, Mosis exodum multo prius contigisse statuit, quam ferebant Eusebius aliique post eum chronologi, Jacobum patriarcham æqualem fecit Sicyoniorum initiis, quæ quidem regna Eusebius annos 73. ante Abrahæ collocat natales, hoc est, annos 262. ante Jacobi vicesimum nonum.

Ibid. l. 11. Anni autem Jacob XXVIII. &c.] Sensus, ni fallor, est; Ante incepta Sicyoniorum regna collecti fuerant a natalibus Jacobi anni XXVIII. a natalibus autem Isaaci, cui sexagenario natus est Jacob, LXXXVIII. denique ab ortu Abrahæ, qui, quum centenarius esset, genuit Isaac, anni CLXXXVIII, non ut hic CXIV. Nisi si hoc loco anni post Abrahæ profectionem, non post natales ejus, designentur. Conf. Num. IX. et notas, notamque ad Num. XXI.

P. 282. l. 13. Telchus ann. xx.] Syncellus, qui in *Chronographia* laterculum suppeditavit regum Sicyoniorum, annos attribuit 29. Telchini, nam ita eum Syncellus, pariter atque Eusebius, appellat. Deficiunt autem tertii regis hujusce nomen et anni in alio quodam catalogo, quem Castoris vocat Scaliger, in *Eusebianis* pag. 19. *Armenia Chron. Euseb. Interp.* habet *Tertius Telchus,* ann. xx. Ceterum in hac Castoris regum serie, Pelops pro Ampho rege quarto positus est, additumque fuit, Ἡ Πελοπόννησος ἐκλήθη. Namque exhibet eadem Armenia Interp. *Apis annis* xxvi. *A quo Apis, quæ nunc Peloponnesus appellatur.* Vol. I. p. 257. ed. Aucher. Chron. Lat. *Apis.* xxvi. *a quo Apia, quæ nunc Peloponnesus, prius Ægineta nuncupata.*

Ibid. l. 17. Anno quadragesimo tertio Leucippi, egressio Judæorum] Lemma hoc revera Africani esse facile probatu est, eo quod inter Jacobi ann. 29, quo Sicyoniorum regnum ex ejus sententia fundatum est, atque Mosis exodum tot ab eo colliguntur anni, quot regibus istis ab initio usque ad annum hunc 43. Leucippi assignantur, hi autem anni sunt 315. Videsis Chronotaxin Africani nostram ad harum Adnotatt. fin. positam.

Ibid. l. 21. Eratus ann. xvi.] Scaliger ad marg. ann. xlvi. reposuit; totidem enim Eusebius, Syncellus ipse, Castorque regi huic attribuunt.

Ibid. l. 23. Marathus ann. xxx.] Eusebius in *Chronico* duos Marathos, hunc alteri præcedentem, commemorat, posteriori annos 20. apponens. Syncellus quoque, sed ordine mutato, scribit; *Echireus ann.* lv, *Marathonius ann.* xxx. *Marathus ann.* xx. Castoris autem Catalogus habet, *Marathonius ann.* xxx. *Marasus* viii. *Echyreus* lv. Mox Coraci dant annos xxx. pro xx. Eusebius, Castor, Syncellusque. Dein Epopeo annos xxxii. pro xxxv. Syncellus.

Ibid. l. 24. Laomedus ann. xliii.] Eusebius Castorque ann. tantum xl. attribuunt. Post hunc autem regem sequuntur apud Eusebium, Castorem, Syncellumque duo alii Sicyon et Polybus, quorum alteri ann. xlv. alteri ann. xl. affigunt Eusebius et Castor. Syncellus autem Sicyoni ann. xlii. Polyboque ann. xliii. assignavit, cui quidem Polybo Sicyone omisso Africanus extra ordinem stanti suum ann. xlv. vel xl. adnumerat.

P. 282. l. 25. Inachus ann. XLV.] Eusebius ann. XLII. Castor ann. XL. Proxime pro *Festus ann.* L. Euseb. et Castor Phæstus ann. VIII. Syncellusque Hephæstus ann. X. Pro *Pelasgus ann.* XX. Castor habet Πελασγὼν ἔτη η′.

Ibid. l. 26. Xeuxippus ann. XXXV.] Euseb. ann. XXXII. vel XXXI. Castor ann. XXXI. Syncell. ann. XXX vel XXXI.

Ibid. l. 27. Polybus ann. XLV.] Ordine motum, ut dixi, hunc regem fuisse verba ostendunt, *Usque Xeuxippum* &c. Confer et Herodotum L. v. c. 67. ubi Adrastus Polybi ex filio nepos fuisse dicitur, in regnoque ei successisse.

Ibid. l. 28. Sicyoniorum regnum permanens annos quingentos LXXXI.] Dubio procul reponendum est *nongentos* pro *quingentos*, nam præterquam quod universa hoc postulat computatio, anni regum hic commemoratorum ad numerum 924. assurgunt, inclusis Erati regis decimi annis 46. quibus si ex Eusebio Syncelloque regum omissorum annos addideris, hi sunt Marathi ann. 20, Sicyonisque ann. 45. vel 42. colligentur 989. vel 986. Jam vero Joannes Malala in *Chronico* initio lib. iv. p. 83. hæc scribit: Καὶ κατέσχεν ἡ βασιλεία αὐτῶν (Sicyoniorum) ἔτη ϡπε′. (985.) καθὼς Ἀφρικανὸς ὁ σοφώτατος συνεγράψατο. An vero Sacerdotes Carnii infra dicti hic a Malala excludantur, incertum videtur. Eorundem regum annos *Chronico* in *Latino* digessit Eusebius 962, Syncellus 979. pag. vero ejus 152. regibus his anni 966. tribuuntur, Carniisque anni 33. Castor autem posuit 935. annis 20. Telchi regis tertii, quem ille omiserat, adnumeratis. Sed tamen Eusebius ad an. Abrahæ DCCCLXXXIX. Castorem ipsum ita affert: "Castoris "Chronographia de Sicyoniorum regno: *Exponemus Sicyo-* "*niorum reges ab Ægialeo usque ad Xeuxippum, qui omnes reg-* "*naverunt ann. nongentis* LXII. *et Sacerdotes Carnii, qui præ-* "*fuerunt ann.* XXXIII. *Post quos Sacerdos constitutus est Cha-* "*ridemus, qui impensas non sustinens fugit.*" Ubi vero attulit hæc Græce ex Syncello Scaliger, regum anni 959, non ut in Latinis 962, numerantur. Eusebii *Chron. Armenium* simul regum et sacerdotum annos collegit 1000. Confer ed. Aucher. Vol. I. p. 141. et Maï *Chron. Eusebiani* edit. Rom. p. 303. Ceterum Joannes Malala proxime ante illa, quæ modo adduxi, hæc posuit; Τῶν δὲ Σικυωνίων, τῶν νυνὶ λεγομένων Ἑλλαδικῶν, ἐβασίλευσε πρῶτος ὁ Αἰγιαλεὺς ἔτη νβ′. καὶ λοιπὸν ἄλλοι βασιλεῖς κϛ′. ἕως Ξευξίππου τοῦ βασιλεύσαντος αὐτῶν ἔτη λβ′. καὶ

λοιπὸν οἱ ἱερεῖς αὐτῶν ἐδιῴκουν τὴν χώραν· καὶ κατέσχεν ἡ βασιλεία &c. At vero post Ægialeum plures reges quam 25. a nullis auctoribus commemorati sunt.

P. 282. l. 30. Sacerdotes Carnii] Scaliger *Animadv. in Eusebii Chronica* p. 56: " *Sacerdotes Carnii.* οἱ ἱερεῖς τοῦ Καρ- " *νείου.* Sacerdotes Karnei Apollinis de quorum sacerdotio, " vel περὶ ἱερατείας ἀνεπευθύνου nihil legimus apud ullum eorum, " qui hodie extant, scriptorem. Nomina septem sacerdotum " supersunt in Excerptis Barbarolatinis Africani.——Hi di- " cuntur summam potestatem obtinuisse annos XXVIII, hoc est " minus quinque. quam ponit Eusebius. Sed in priore libro " ex Porphyrio plures anni colliguntur." Vide notam paulo infra; hic indicatur Castoris Catalogus, quem in *Eusebianis* suis Scaliger reposuit. At vero vir cl. Joannes Marshamus in *Chronico Canon.* Sec. xiii. postquam ex Apollodoro lib. ii. et Euseb. *Præp.* lib. v. c. 20. ostendit, Carnum vatem quendam (a cujus sacris Apollinem censet Marshamus Κάρνειον nuncupatum) occisum fuisse a Doriensibus. dum Heraclidæ in Ætolia expeditionem parabant, ita scribit, " Eusebius Castorem " auctorem laudat, et Sacerdotibus istis initium attribuit anno " post casum Trojæ 55; ante Heraclidarum reditum 25. " Jamdudum totam Sicyoniorum regum seriem suspectam " habeo. Primi nimia vetustate peccant; medii auctoritate " destituuntur; qui agmen cogunt. Ἄρχοντες Ἱερεῖς τοῦ Καρ- " *νείου,* in dubium vocari merentur. Quid enim ad Sicyonios " Ἱερατεία Doriensis? Quid ad Carnum cultus divinus. dum " is adhuc in vivis erat, et Heraclidis ignotus? Quid ad Apol- " linem Καρνείου nomen, cum Κάρνεια nondum essent cele- " brata?" p. 336. Perizonius interim *Ægypt. Orig.* c. iii. p. 35. Marshamum plane repudiare ait regum Sicyoniorum seriem, sed neque illud recte, quum debuisset potius ad seriora eam referre tempora. Ita ille. Secundum Africani quidem rationes, qui annos 355. ante Olympiadem primam constitutos fuisse tradit sacerdotes istos, hi Carnii aliquot annis ante Heraclidarum descensum inceperunt, sicut statuerat Castor.

Ibid. l. 31. ann XXVIII.] Annos tantum XV. in sequentibus sacerdotibus vitiose signatos invenies; sin vero annos regum 981, simul atque annos 329, hoc est temporis spatium initio Excerpti memoratum, ad usque Olympiadas, postquam Sicy-

onii defecerant, a tota summa annorum 1336. quæ ibidem quoque memorata est, deduxeris, restabunt anni XXVI. His autem Sacerdotibus Castor cum apud Eusebium in *Chronico*, tum apud *Syncellum* p. 97. annorum spatium XXXIII. assignavit. Confer et p. 152. Ad hæc in laterculo, quod tributum Castori Scaliger attulit in *Græcis Eusebian.* pag. 19. anni XL. hoc modo colliguntur. Archelaus ann. 1. Automedon. ann. 1. Theoclytus ann. 4. Euneus ann. 6. Theonomus ann. 9. Amphigyes ann. 18. Charidemus ann. 1.

P. 283. l. 3. anni CCCXXVII.] Stabilitur numerus initio memoratus CCCXXIX. ex computatione ibidem inita. Ceterum ait Scaliger *Animadv. in Eusebii Chronica* p. 56; "A fuga Chari-" demi ad primam Olympiadem, sunt anni CCCLII. Quare Ex-" cerpta Barbarolatina male concipiunt ann. CCCXXVII." Sed vero, si Eusebii rationibus attenderis in *Chronico*, a fuga Charidemi ad usque Azariæ regis annum 37, quo ipse posuit Scaliger Olympiadem primam, anni circiter 300, non 350, colliguntur. Eusebius quidem, dum initium Olympiadum 13. annis posterius statuit, paulo plures annos inter Charidemi fugam atque Olympiadas computasse videtur. Sed ita propius abest Eusebius ab Africani apud Excerptorem numeris, quocum in summa omnium annorum, quibus stabat Sicyonium regnum, consentit.

Ibid. l. 5. anni mille CCCXXXVI.] Satis convenienter cum Africani rationibus. Positis enim rebus singulis quas statuit Africanus in hac ῥήσει et in Num. XXI. et XXXI. et XXXVII. nimirum, inceptum fuisse anno Jacob patriarchæ 29. Sicyoniorum regnum, Josephique obitum cum annis Mundi 3563. conjungi debere, ad Salomonis autem annum octavum numerandos esse annos Mundi 4457, denique prima Olympiade primum annum Achazi regis comprehendi, satis superque constabit cuique calculum ponenti inde emergere summam circiter annorum MCCCXXXVI. ab inito Sicyoniorum regno ad usque Olympiadem primam.

XXX.

Ibid. l. 10. Ἐὰν οὖν κατὰ τὸν Ἀπόστολον &c.] Hæc Georgii Syncelli protulit Scaliger in *Animadv. in Chronica Eusebii* pag. 60. Spectant autem ad *Act. Apost.* xiii. 20.

P. 283. l. 12. μετὰ Ἰησοῦν] Ita ediderat Scal. sed male μετὰ Ἰησοῦ *Syncellus Goarinus*, quod nunc in nupera edit. correctum est. Mox perperam deest apud Scaligerum Σαμουὴλ κʹ. ut monuit Goarus.

Ibid. l. 15. κατὰ δὲ Εὐσέβιον χʹ.] Eusebii *Chron. Lat.* ad ann. Abrahæ DCCCCLXXXIV. annum quartum Salomonis. *Colligitur autem omne tempus a Mose, et egressu Israel ex Ægypto usque ad præsentem annum, annis* CCCCLXXX. *ut Regnorum lib. tertius in testimonium est.* h. e. in cap. vi. comm. 1. Confer nuperam editionem *Eusebii Chronicorum* ab Angelo Maio adornatam p. 317. *Interpretationisque Armeniæ* editionem Aucher. V. II. p. 149. Alteram autem annorum 600. computationem Syncellum Eusebio attribuisse, non propter Cæsariensis episcopi tantum dicta, sed etiam propria sua simul admiscentem argumenta Goarus pluribus vult ostendere. Satis vero apte convenire computationem hanc video cum accusatione contra Africanum, qui annos collegit, teste Syncello, 740. ab Eusebio, ut refert idem Syncellus pag. 79. *Chronograph.* instituta, quasi ille nimirum a Josuæ Seniorumque temporibus ad Heli et Samuelem annos circiter 140. perperam addidisset. Hi autem anni 140. centum illos continent in Num. XXVII. memoratos, aliosque præterea bene multos, quibus superat (ut ex Numeris XXVIII. et XXIX. et hoc ipso Num. inter se collatis mox constabit) ceteras computationes calculus Africani de tempore inter Heli initia Salomonisque annum quartum initus. Quod vero caput est, adhibente discrepantes inter se computandi rationes in diversis suis operibus nonnunquam Eusebio, idem ipse in cap. 14. lib. x. *Præparat. Evang.* annos singulorum ducum sigillatim recensens summam annorum 610, non quod fecit in *Chronici Canone*, 480. collegit inter Exodum annosque Salomonis. Quin, cum jam tandem licuerit Eusebii scita proferre in priore Chronicorum libro posita, ea huic loco apponam, quippe quæ in Armenia Interpretatione edita et Latine conversa ab Auchero extant. Dicit Eusebius post culpatum Africanum de annis pluribus quam 740. inter Exodum et Salomonem ab eo collectis; *At divinus apostolus Paulus in Actis Apostolorum publicum ad Judæos sermonem habens ait, quod ' Destruit Jesu gentes septem in terra Chananæorum, et præbuit eis terram ipsam possidendam ; postque* CCCCL. *annos de-*

dit ipsis Judices usque ad Samuel prophetam. Et exinde postulaverunt regem; et dedit illis Saul filium Cis virum de tribu Benjamin annis XL. *et demutavit eum, et suscitavit illis David.' Hæc Apostolus ait.* (Act. xiii. 19.) *Et juxta ipsum colligitur summa temporis post Josue ad annos* DXXXIV, *Judicum* (nempe) *annos* CCCCL. *usque ad Samuel, uti ipse* (Apostolus) *integre refert. Quum autem iis addantur anni Saul* XL, *cum* (annis) *Samuel annumerati, atque assimiliter etiam* (anni) *David* XL *et Salomonis* IV. *usque ad templi ædificationem: summatim insimul juxta Apostolum, post Josue Moysis successorem usque ad Salomonem sunt anni* DXXXIV. *Quod si etiam pro Moyse addes annos quadraginta in deserto, atque pro Josue filio Nave* XXVII. *omnes simul juxta Apostoli supputationem erant anni* DC. *Neque id tantum, sed etiam Judicum Liber cum Apostolo consonus erit: etenim Judicum tempora ille etiam textus in* CCCCV *annos colligit usque ad Samuel; nam et inibi singillatim ita habetur.* Vol. I. p. 159. Tum pergit Eusebius chronotaxin ex Libro Judicum adjicere. In canone suo Chronico annos minus 500, non 600, reposuit.

P. 283. l. 15. κατὰ 'Αφρικανὸν ὑπὲρ τὰ ψμ΄.] Hanc computationem Syncellum sibi inconstanter exprobrasse Africano retulit Jacobus Goarus. Hunc audi. "Quod ad Africani computum, nil in eo portenti est, quam quod Author (Georgius Syncellus) finxit, etiam propriis ad ejus exemplar digestis calculis. Illi vero ab Israelis sub Mose profectione ad primum templi positum lapidem 659. exhibent hoc ordine. Mosis 40. Josue 27. Seniorum 30. Judicum 450. Heli 20. Samuel 20. Saul 40. David 40. Salomonis 4. summa est 671. Huic adde 70. quos Africano superfluos exprobrat Eusebius, quadraginta quidem ἀναρχίας, et εἰρήνης triginta, summam 741. quam vere ὑπὲρ τὰ ψμ΄. ἔτη collegisse Africanum, hoc est annos 741. Georgius scripserit, etiam numerorum inexperto constabit. Suo tamen more, id est in adversarium paulo iniquius Georgium agere, et ex propriis alienisque conglobatum aliquod argumentum objicere adverto. Septuaginta siquidem anni, ἀναρχίας quadraginta, et εἰρήνης triginta, quos οἴκοθεν de suo addidisse Africanum causatur Eusebius, aliis 450. Judicibus attributis continentur: qui licet ab Eusebii computo sint alieni adeoque

" redundantes judicet Eusebius, Africani tamen computo sunt " intimi, et ut pars ejus totam subeunt molem: adeoque se- " mel numerati ceu propriis Judicum contenti, non debuerant " priori numero annecti." Hæc Goarus. Sed, ut omittam, exprobrare Africano Eusebium additos esse ab eo annos vel 130. vel 140. non septuaginta tantum, istud præterea alia ac veriori ratione facile probatu est, Africanum ab exodo Mosis ad usque annum quartum Salomonis, quum jacta fuerint templi fundamenta, annos plus 740. enumerasse. Quam recte id fecerit, quærant alii.

In ipsa autem Africani ῥήσει, quam ante in Num. XXII. p. 274. ex Eusebii *Præparatione* adduxi, Mosi attribuuntur anni 40. post exodum ejus, Josuæ vero 25, (vel, ut haud ἀλόγως placet, 27.) Senioribus 30. Judicibus in libro cognomine memoratis 490. Heli et Samueli Sacerdotibus 90; quibus summis collectis anni universi commemorantur 675. ad Samuelis finem. Quapropter restant anni tantum 65, vel 63, qui distribuantur ad complendam summam annorum 740. ad Salomonis annum quartum; atque ita post annos illos 40. ab omnibus Davidis regno attributos, et quadriennium Salomonis, assignandi reliqui anni erint 19. vel 21. regi Saul, cujus annos 40. in *Actis Apostolorum* commemoratos cum parte annorum Samuelis connecti debere vulgo notum est. Confer Hugonis Grotii Annotatt. ad loc. Obiter nunc notandum est extare istud in *Eclogis Historicis*, quas ex codice Parisino nuper edidit cl. Joannes Cramer. Ἀφρικανὸς δὲ λ'. ἐνιαυτοὺς λέγει κρατῆσαι πρεσβυτέρους μετὰ τὸν Ἰησοῦν. p. 167.

Ad hæc utile fuerit Africani numeros, qui in dicto libro *Præparationis* ab Eusebio nobis servantur, satis sanos atque integros esse, ex multis aliis inter se locis collatis ostendere. Nempe quum aiat ipse Africanus in Num. XXI. signari debere a Mundo Condito ad Josephi mortem annos 3563, atque insuper in Num. XXVIII. numerare se ab eodem Mundi principio ad Heli initia annos 4292, si idcirco prior ille numerus 3563. annis 585. conjungatur, quos ab Exodo Mosis ad Heli initia ipse ait in Num. XXII. collegisse sibi Africanus, summa efficietur 4148, quo numero deducto ab universis annis 4292. a Mundo Condito ad Heli initium computatis, summa annorum relinquetur 144. quæ quidem summa tempori optime convenerit inter Jo-

sephi obitum Mosisque exodum. Immo postquam hæc scripsi, tot ad unum annos, qui sunt 144, huic temporis intervallo tribuere vidi cum veterem scriptorem Eusebium, tum Usserium in *Chronologia* sua *Sacra* sub init. cap. xi. Attamen si anni Josuæ fuerint 27, non 25, biennium deducatur oportet. Videsis quæ supra annotavi pag. 432. Jam vero, ut rem absolvam; numeratis annis illis 3563. ad Josephi obitum, exinde 144. ad Mosis egressum, tum annis 675, ad Samuelis finem, quos ipse collegit auctor noster in Num. xxii. postremo additis annis 65. quos, vel plures, numerare jam ostendimus Africanum a Samuelis fine ad usque Salomonis annum *quartum*, conficietur ex his numeris simul conjunctis summa annorum 4447. a Mundo Condito ad eundem Salomonis annum. Ipse autem noster ille Africanus, si fides Georgio Syncello habenda est in ῥήσει proxime post a me allata, annos colligebat 4457. ad annum *octavum* regni Salomonis, hoc est, annos 4453. ad annum ejusdem regni quartum. Solo ergo sexennio hæc summa ab altera 4447. discrepare videtur. Quinetiam modo iterum illos numeraveris annos 3563. ab Orbe Condito ad Josephi obitum, tum illos 144. ad Mosis egressum, deinde hos annos 740, de quibus hic agitur, colligetur quidem eadem summa 4447. sed re sic se habente, nobis licebit plures annos quam istos 4447. colligere, nisi ipsos 4453. eo quod refert Syncellus statuisse Africanum ὑπὲρ τὰ ψμ΄. sive annos *supra* 740. ab Exodo Mosis ad hoc tempus computari.

Facile porro poterit eadem ostendi convenientia numerorum ex annorum summa, singulisque ejus partibus, quam collegit Africanus a Mundo Condito ad Christi D. N. resurrectionem. Neque hoc omittam, multa eorum quæ supra statuta sunt, firmari veteri quodam epocharum Africano tributarum Recensu, quem quidem post hæc Fragmenta p. 309. collocavi.

Interea me fugit, quomodo sibi consentire censeri possit Syncellus, dum pag. 79. *Chronographiæ* suæ scribit, non potuisse non Africanum, propterea quod annos 130 Cainan post diluvium omisisset, a Josuæ Seniorumque tempore usque ad Heli et Samuelem annos prope 140. perperam addere; hujus enim ipsius Syncelli computatio ab eodem tempore Josuæ Seniorumque ad Samuelis finem perducta ab Africani numeris

spatio annorum tantum *nonaginta* discrepat, sin vero ad initia Heli numeraveris, annis tantum 40. vel denique ad eadem initia, incluso Josuæ Seniorumque tempore, annis 50. aut 52. Sed eadem de causa accusavit Africanum, etsi haud similiter secum dissentiens, Scaliger in *Prolegomenis* ad *Eusebii Chronica*, fol. 2. " —— annos," inquit, " ab Adam ad annum primum " Christi Dionysianum Africanus tot putat, quot ex LXX. " Seniorum rationibus colliguntur 5500, quum tamen aperte " ab iisdem dissentiat in altero Kainan, quem ipsi adversus " fidem Hebraici codicis tam Judæorum quam Samaritarum " inter Arphaxad et Sela inseruerunt. Hoc igitur instititio " Kainan omisso, quum dissimulandi fuerint 130. anni, quot " Septuaginta Seniores illi attribuunt, quum Sela generaret, " hanc lacunam ut expleret, placuit eos chronographio Ju- " dicum infundere." Ita Scaliger. Interea, etsi mearum partium est, id tantum ostendere, quid scripserit, non quid scribere debuisset in hoc dissensu veterum chronologorum Africanus, qui in codice suo τῶν ο'. Cainan haud invenit, tamen non defuisse eos notabo, qui hanc Africani temporis computationem inter Mosis exodum atque Salomonis templum stabilire conati sint; id enim aggressus est Robertus Cary in opere suo Anglica lingua scripto, quod *Palæologiam Chronicam* appellavit, part. ii. lib. ii. capp. 8—11.

XXXI.

P. 283. l. 27. Εἰσὶν οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ &c.] Paulo ante scripserat nomine suo Syncellus; Σαλομὼν υἱὸς Δαβὶδ ἐβασίλευσεν τοῦ Ἰσραὴλ ἔτη μ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δυο'. Itaque numeravit hoc altero loco a Condito Mundo usque ad annum Salomonis octavum annos ͵δυοη'. Porro satis superque confirmaturæ sunt numeros illos cum Africani Eusebiique, tum vero Syncelli ipsius, qui in hac ῥήσει sequuntur, computationes annorum captivitatis Israelis, ad Num. XXXVIII. mox afferendæ, si modo eæ cum ipsis his numeris atque insuper secum invicem conferantur. Ad Syncelli illa quod attinet in ead. pag. 181. de templi ædificatione, etiamsi non anno regni Salomonis quarto, quod statui videtur in ῥήσει proxime ante allata, sed anno ejus secundo Georgius cœptam illam existi-

maverit, parum tamen lædetur computatio temporis ibi instituta.

P. 283. l. 28. κατὰ δὲ Εὐσέβιον ͵δρο′.] Subdit Scaliger, "Imo "͵δρξθ′. (fortasse scripserat ͵δρξη′.) biennio minus." *Animadv. in Eusebii Chronica*, p. 61. ubi hæc Georgii adduxit. Sed in Chronico Latino ad an. *quartum* Solomonis hoc extat. *Fiunt omnes etiam anni* (scil. ab Adam) MMMMCLXIX. Audi Goarum; "Errantem Eusebii calculum admittit Scaliger pag. textus "Eusebii 34. Post Abraham enim anno mundi 3184. natum, "aliis 984. exactis, Salomonis quartus apud Eusebium Latinum "occurrit: is ergo a mundi conditu 4168. duntaxat nume-"randus." Hæc Goarus. Qui quidem Eusebii Latini calculus præbet annos 4172. cum illo octavo anno Salomonis finiendos, quod est biennio plus, quam hæc præstat ῥῆσις.

XXXII.

P. 284. l. 5. καὶ Κύπρον] Scripsit fortasse Syncell. ἢ Κύπρον, atque ita vertit Jacobus Goarus. Sed vero res incerta videtur. Diverse enim auctores veteres de Tharsi, quid nomen velit, statuerunt. Nunc reposuit Θαρσὶς pro illo Θαρσεὶς Syncello Dindorfius.

XXXIII.

Ibid. l. 14. Ἀφρικανὸς δὲ, ἔτη β′.] Eusebius quidem in *Chronicis* cum Georgio hac de re consentit, sed Africanum *Biblia* tuentur in 4 *Reg.* cap. xv. comm. 23. Ita et Scaliger in *Græcis Eusebianis* edidit pag. 46. Utrumque numerum affert *Historiæ Physicæ* Anonymus Scriptor a Bianconio haud ita pridem primum editus, Φαλκείας, inquit, ὁ τοῦ Μαναεὶμ υἱὸς τὸν πατέρα διαδεξάμενος ἐβασίλευσεν ἔτη β′. ἐν ἄλλῳ ι′. p. 51. ed. Hardt. p. 132.

XXXIV.

Ibid. l. 22. ιη′.] At pro annis κη′. pluribus contendit Syncellus, quem vide, si lubet. *Biblia nostra* cum Africano atque Eusebio consentiunt. Ita et ibidem scriptor modo allatus; Julius Pollux fortasse nominandus.

XXXV.

P. 285. l. 2. Καὶ κατέσχεν ἡ βασιλεία &c.] Præmisit Malala: Ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς χρόνοις ἐβασίλευσε τῶν Λακεδαιμονίων πρῶτος Εὐρυσθεὺς ἔτη μβ΄. καὶ ἄλλοι βασιλεῖς μετ᾽ αὐτὸν η΄. ὁμοῦ ἐβασίλευσαν ἔτη σμϛ΄. καὶ ὁ Ἄλκμαινος ἔτη λζ΄. ΚΑΙ κατέσχεν ἡ βασιλεία &c. *Circa illa tempora Lacedæmoniis regnavit primus Eurystheus per annos* XLII. *et post eum reges alii* VIII, *per* CCXLVI. *annorum spatium, deinde Alcmænus annos* XXXVII. DURAVIT igitur regnum &c. Posuit Eusebius ad ann. Abrahæ MCCXL, qui annus est 49. Azariæ regis Judæ, hæc verba, *Lacedæmoniorum reges defecerunt*; quæ quidem ad reipublicæ formam a Lycurgo mutatam pertinent, is enim Ephoros super reges in Lacedæmone constituit. Cum Africani calculo annorum consentit Eusebius. Confer cl. Schurzfleisch. post *Notitiam Biblioth. Vinar.* p. 376. Anonymus Scriptor modo memoratus annos 324 pro 325. Lacedæmoniorum regno attribuit. p. 38 vel 102. edit. Hardt.

Ibid. l. 9. Τὴν α΄. Ὀλυμπιάδα &c.] Hæc verba, cum olim desumpta essent ex *Eusebianis Chronicis* ab Auctore *Chronici*, quod *Alexandrinum* appellatur, seu *Paschale*, Scaliger vicissim *Eusebianis* suis reposuit pag. 38. Conferas *Chron. Lat.* ad ann. MCCXL. ubi ex interpretatione Hieronymiana posita sunt.

Ibid. l. 13. διὰ βίου] Scaligero, qui istud διὰ βίου post voces τῶν Ἀθηναίων addit, in edit. *Chronici Alexandrini* Ducangiana omissum, patrocinatur *Armenia Eusebiani Chronici Interpretatio*, in qua etiam hæc verba extant, Latine reddita; *Scribit itaque Africanus his verbis; Æschylus Agamestoris, quamdiu vixit, imperavit Atheniensibus annis* XXIII. *sub quo Joatham regnavit in Jerusalem. Et noster quoque canon sub prima Olympiade Joatham includit.* p. 178. Vol. II. edit. Aucher.

Ibid. l. 14. Καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ κανὼν, λέγει, &c.] Quum hæc Africani verba esse videantur, confirmatur inde Josephi Scaligeri de hujusce Chronici divisione sententia. Hoc enim, perinde atque Eusebianum, in duas olim partes divisum fuisse censebat, quarum posterior *Canon* vocata "ea quæ in priore "parte per demonstrationes, argumentorum necessitates, his-"toriarum testimonia, intervallorum notationes in genere col-"lecta sunt, sigillatim (ait ille pag. 4. *Animadvers. in Euseb.*)

" et per annos expansos, ac series suas digerit, annos cum " annis comparat, Archontes cum Consulibus, Reges cum Cæ- " saribus, externa cum vernaculis confert:" (nempe omnibus fere in tabulas parallelas relatis) " ——Bis Georgius Syncellus " alteram Eusebii partem τὸ κατὰ πλάτος appellavit, hoc est, " expansum opus, quod in hac parte anni omnes κατὰ πλάτος " et expansi ponuntur, qui in priore parte καθ' ὁμάδα καὶ ἀνα- " κεφαλαιωδῶς comprehendebantur." Hæc Scaliger. Ita Chaucerus nostras, Petrarchæ atque Boccacii æqualis, de tabulis quibusdam Toletanis dictis, sed astronomicis, hæc cecinit;

His tables Toletanes forth he brought
Ful wel corrected, that ther lacked nought,
Nother his collect, *ne his* expans yeres.

Fabular. Cantuar. v. 11585. ed. Tyrwhitt.

Conferas et not. supra ad Num. XXVII. p. 443. ubi de ipso quoque Africani opere ita locutus est Anianus chronologus apud Syncellum; ὁ δὲ Ἀφρικανὸς αὐτῶν ἐμνημόνευσε, καὶ τῇ τοῦ χρονογραφίου αὐτοῦ ὁμάδι συμψηφησάμενος ἥνωσεν. De Eusebio ante scripserat idem Anianus, ἐν τῷ κατὰ πλάτος οὐκ ἔθηκεν. Jam vero video virum cl. Hieron. De Prato in *Dissert.* quam supra commemoravi, *De Chronicis Libris Duobus Eusebianis*, p. 291. Scaligerum reprehendentem eo quod designari in altero *Chronici Paschalis* loco Africani *canonem* crediderit, cum in utroque Eusebius de suo ipsius canone loquatur; nec de alterius canone per annos expansos digesto uspiam mentionem factam esse ait. Censet ille voculam λέγει auctorem *Chronici Paschalis* posuisse, ut significaret se Eusebii verba describere, nam in *Chronico Latino* non habetur, quod ipsi respondeat. Hæc ille pp. 291, 292. Quæ si statuantur, mera ταυτολογία Eusebio tribuetur atque adnectetur, qui proxime ante scripserat, καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ κανὼν [τὴν Ὀλυμπιάδα] κατὰ τὸν αὐτὸν [Joatham] παρίστησιν. Quapropter omisit Scaliger in *Canone Chron. Eusebii*, verba post illa ἐν Ἱερουσαλὴμ posita, ea vero agnovit, ut vidisti, Armenia Chronici Eusebiani Interpretatio. Confer et Chron. Latinum; quod perinde atque Armenium, cum auctore convenit Chronici Paschalis. Satis certa ergo huc usque fortasse posuerat Scaliger; cum vero scribere pergit, " Africanum priora illa magnum thesaurum priscæ tem- " porum et historiarum memoriæ, in tres libros sui operis

" priores congessisse,—posteriorem autem partem *κανόνος* ti-
" tulo proscriptam, et in annos expansos digestam, duobus
" libris ultimis conclusisse;" vereor ne huic opinioni de tali quidem operis distinctione, nullo, quod sciam, veteri nixæ testimonio adversetur longissima *ῥῆσις* ex quinto et ultimo Africani libro ab Eusebio in *Demonstrationem* suam *Evangelicam* desumpta. Quæ enim historica in priorem partem operis relata esse vir summus docet, ea tractata fuisse in illa *ῥήσει* videntur. Vid. infra Num. XLIX.

Sed hæc hactenus. Ex fragmento Syncelliano proxime post allato constat, Africanum primum annum Achazi regis Judæ, qui huic Joathamo successit, cum prima Olympiade comparasse. Quin notissimum est, Eusebium ipsum, saltem Chronico in suo, initia Olympiadum non sub Joatham, sed in anno quinquagesimo Azariæ regis prioris, cui quidem anni 52. attribuuntur, statuisse. Ait quidem Scaliger *Prolegom.* fol. 4. Africanum in hac quoque *ῥήσει Achaz* non *Joatham* quod nunc extat, posuisse, neque enim veritum esse Eusebium verba Africani interpolare atque invertere. Vid. et *Animadv.* ejus p. 69. Ejusdem porro criminis Eusebium arcessit Syncellus pag. 197. *Chronol.* Attamen scribere poterat Africanus se prima Olympiade Joatham comprehendisse, quippe cum primus annus Achazi ultimus fuerit Joathami, penultimus autem Æschyli Atheniensis. *Primo* enim anno Joathami, qui sedecim regnavit annos, primam Olympiadem Africanum assignasse nusquam disertim scribit Eusebius. Ceterum Eusebius ipse in *Præparat.* sua *Evang.* lib. x. cap. 14. a se dissentiens, sicut ei contigit in alia re quadam in Num. xxx. supra posita, et cum Africano faciens, Achazo regnante ait primam Olympiadem cœpisse. Verum aliter, ut dixi, in *Chronico* egit.

XXXVII.

P. 285. l. 28. *ἀναγραφῆναι δὲ* &c.] Georgius hæc præmisit: *Εὐσέβιος δὲ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα ἐπὶ Ἰωάθαν συνάγει, τοῦ μετὰ η΄. ἔτη βασιλεύσαντος τοῦ Ἰούδα* (h. e. post Azariæ annum XLV.), *καὶ τὸν Ἀφρικανὸν προφέρει συνᾴδοντα αὐτῷ ἐν τούτῳ. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς μᾶλλον ἐναντιοῦται τῷ Εὐσεβίῳ κατὰ τοῦ Ἀχὰζ πρῶτον ἔτος τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα φάσκων ἦρχθαι. ἔν τε* (sic *MSS. Paris.*

pro ἐν δὲ) τῷ τρίτῳ καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ λόγῳ τῶν ἱστορικῶν αὐτοῦ τρανῶς, ἐν οἷς ὧδε γράφει· 'ΑΝΑΓΡΑΦΗΝΑΙ δὲ &c. *Eusebius, Africano teste sibi consentiente producto, sub Joatham cujus in Juda regnum annis octo Oziæ quinto et quadragesimo posterius agnoscitur, Olympiadem primam colligit: Africanus autem Eusebii sententiam opposita destruit authoritate, ad Achaz an. primum Olympiadem primam tertio et quarto Historicorum libro apertis hisce verbis initium habuisse affirmans:* OLYMPIADEM primam &c.

P. 285. l. 28. ἀναγραφῆναι δὲ πρώτην τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην] Consentiebat de hac re Callimachus. Sic enim Georgius Syncel. p. 196. Καλλίμαχος δέ φησιν 'Ολυμπιάδας ιγ'. παρεῖσθαι μὴ ἀναγραφείσας, τῇ δὲ ιδ'. Κόροιβον 'Ηλεῖον νικῆσαι. Sed vero Aristodemus et Polybius scripserunt, ut refert ibi Georgius, Corœbum hunc vicisse Olymp. 28. quæ omnium prima deinceps habita fuit; et vir cl. Edv. Corsinus in *Dissert. Agonist.* sect. 2. Phlegontis testimonio innixus docet palmam retulisse eum 112. post annos, hoc est 28. Olympiadum totum spatium post ludos Olympicos ab Iphito restitutos, a qua quidem victoria Olympiades numerare cœperint. Quantopere autem displiceret illustri Newtono omnis hæc Olympiadum ante Corœbum series, ostendit *Chronologia* ejus *Restituta* pag. 57. et seqq. Attamen nonnulla ex Africano fortasse sumpta Joannes Malala attulit fine lib. quarti *Chronographiæ* suæ, quæ ad horum agonum initia h. e. annos plus trecenos ante victoriam Corœbi pertinent; sed enim vel longe altius quam ab hoc quoque tempore repetita est certaminum Olympicorum origo; 'Εν τοῖς χρόνοις τοῦ Σαοὺλ, ait Malala, ἐπενόησαν πρῶτον ἀγῶνα οἱ Πεισαῖοι 'Ολυμπίων, τότε τὴν ἑορτὴν ἐπιτελέσαντες τὴν κοσμικὴν Διὶ 'Ολυμπίῳ· περὶ ὧν ὁ σοφώτατος 'Αφρικανὸς ἐχρονογράφησε.

Ibid. l. 29. ἥνικα καὶ Κόροιβος στάδιον] Addendum ἐνίκα post στάδιον monet Goarus ad *marginem*. Scaliger autem, ubi in *Animadvers.* suis verba profert, ita edidit, ἐνίκα Κόροιβος στάδιον. p. 69. Cum vero in loco ab ipso Scaligero laudato Eusebius in *Præp. Evangelica* dixisset, κατὰ τοῦτον (Achaz) ἡ πρώτη 'Ολυμπίας ἤχθη, ἣν ἐνίκα στάδιον Κόροιβος 'Ηλεῖος, hoc scripsisse Africanus videretur, ἣν ἐνίκα Κόροιβος στάδιον. Similiter habet Diodorus Siculus L. i. c. 68. in superioribus adductus, p. 400. κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ξγ' 'Ολυμπιάδος, ἣν ἐνίκα

στάδιον Παρμενίδης Καμαριναῖος. Confer et Dionysium Hal. in Lib. i. *Antiquit. Rom.* p. 44. edit. R. Steph.

P. 286. l. 4. Ἦν ἄρα τοῦ Ἀχὰζ βασιλείας ἔτος πρῶτον] τῆς pro τοῦ habet *MS. Syncelli prior.* De re ipsa vid. not. supra. Etsi enim erravit Scaliger de substituto ab Eusebio nomine Joatham pro Achazo in Africani verbis, quæ ab Auctore *Chronici Paschalis* allata sunt, satis id constat, ex collatione duarum, quæ proxime sequuntur, ῥήσεων in Num. XXXVIII. et XXXIX, computasse numeros suos Olympiadumque sequelam ab hoc anno Achazi Africanum. Sed et *Historiæ Physicæ Anonymus Scriptor* habet istud, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς τούτου (Achaz.) βασιλείας Ἴφιτος τὰς Ὀλυμπιάδας συνέστησεν. p. 114. Ceterum elegans quiddam est de Olympiadibus scriptum et a Syncello in hac pag. 197. servatum, quod quidem cum titulo Ἀφρικανοῦ *Eusebianis* posuit Scaliger, attulitque in *Rationar. Temp.* part. I. lib. ii. cap. 5. Petavius. Quum vero nullo hujusmodi indice apud editum Syncellum aut apud alium quemvis veterem auctorem, quod sciam, excerptum signetur, illud præterii; etiamsi Africano idem deberi possit, sicut vetus quoque recensus Olympionicarum, quem Scaliger iisdem *Eusebianis* interseruit. Sed de his Excerptis alibi.

XXXVIII.

Ibid. l. 13. διήρκεσε δὲ &c.] Cum his Syncelli verbis incipit locum describere Scaliger in *Animadvers.* pag. 74. ubi relegat lectorem ad librum tertium *Canonum* suorum *Isagogicorum.*

Ibid. l. 15. ἔτεσι δὲ σξ΄.] Annos σνη΄. 258, non autem σξ΄. 260, numerabis, si Syncelli numeros alterum ab altero, nempe 4513. ab 4771. deduxeris. Ad hæc Syncelliani anni 4478. a Mundo Condito ad usque annum octavum Salomonis supra in Num. XXXI. commemorati simul cum reliquis Salomonis annis 32, tribusque annis Rehoboam, cujus tertio anno conditum est regnum Israeliticum, ad illos 4513. assurgunt. Similiter res habet Africani quoque in numeris, ex quibus fit summa annorum 258. regno Israelitico assignatorum. Itidem ex collatione numerorum Eusebii hoc atque priore loco commemoratorum summa illa annorum 250. colligitur, cujus Georgius hic infra meminit.

P. 286. l. 17. κατὰ δὲ Ἀφρικανὸν ͵δψν΄.] Ipse hic numerus emerget, si anno octavo regni Salomonis, qui quidem auctore Africano annus erat mundi 4457. annos addas 293, quos præbet Eusebii Canon ad usque Ezechiæ sextum. His enim numeris simul sumptis anni fiunt 4750. ͵δψν΄. Ab hac autem Israelis captivitate ad annum mundi 5500, quo posuit Africanus Christi natales, computabat is annos 750. Epiphanius vero annos 742. ad eundem annum mundi 5500, quod quidem patet ex duobus locis inter se collatis, quorum prior extat in *Hæres.* xxx. num. 30. alter autem in *Hæres.* lxvi. num. 50. Interea hic scriptor annum natalem Christi mundi esse annum 5479. statuebat.

XXXIX.

P. 287. l. 2. Ἕως τοῦ ͵δωα΄. ἔτους ἐξ Ἀδὰμ &c.] Pleraque hæc de regimine Atheniensi Africano debuisse Syncellum, etsi disertis verbis haud dixerit, suadent cum alia, tum vero potissimum Archontum ad Africani tempora deductio, sive ad Olympiadem ducentesimam quinquagintesimam, atque Elagabali regnum. Et Scaliger quidem in *Eusebianis* suis pag. 47. et in *Animadv.* p. 232. titulo præfixo Ἀφρικανοῦ eorum partem inseruit; quem in vindicando illa Africano secutus esse videtur Pearsonius *Op. Post. Dissert.* ii. c. 10. p. 261. Goarus vero Syncelli editor hæc notavit. "Ad Africani mentem hæc "Georgius se scripsisse testatur; eisdem nihilo secius quasi "ab Africano decerptis titulum præfigit Scaliger Ἀφρικανοῦ. "At cum Africani Georgiique rationes in præsenti epocha "conveniant, hæc Georgio detracturus et Eusebio accommo-"daturus temporis calculum non debuit Scaliger expungere, "et solerter edere, ἕως τοῦδε οἱ Ἀθηναῖοι βασιλεῖς πρῶτοι." Hæc ille, verba designans istæc, Ἕως τοῦ ͵δωα΄. ἔτους ἐξ Ἀδάμ. Et illa altera quoque omisit Scaliger lin. 9. τῷ ͵δωα΄. ἔτει τοῦ κόσμου, quo loco *MSSti Parisini* habent ͵δωδ΄. Quod nunc recepit Dindorfius novus editor Syncelli. In Eusebii *Chronico Latino* ad an. Abrahæ MCCCXXXIII. hæc leguntur. *Athenis annui Principes constituti sunt, cessantibus Regibus. Novem Principes ex nobilibus urbis electi præfuerunt annuo imperio Reipublicæ.* Sin vero accurati numeri sint Malalæ in *Chrono-*

graphia p. 88. tribuentis tamquam ex Africano annos 907. regno Atheniensi, καὶ κατελύθη, inquit ille, ἡ βασιλεία τῶν Ἀθηναίων κρατήσασα ἔτη ϡζ′ .(907) καθὼς Ἀφρικανὸς ὁ σοφώτατος χρονογράφος ἐξέθετο· nonnulla ex istis ab Africano abjudicanda forent, cum omnes anni Atheniensium ante annuos archontas hic memorati numerum 856. haud excedant. Præterea retulit ipse Syncellus pag. 185. *Chronol.* Africanum annos Ariphronis regis Athenarum vicesimi sexti 31. pro signatis a se 20. computasse. Et maxime ab hujus ῥήσεως auctoritate in hac re detrectat illud de Cecropis primi Athenarum regis ætate ab Africano statutum in Excerpto XXII. pag. 275. ex quo sequeretur conditum esse secundum Africanum regnum Atticum anno Mundi 3894, non, ut hic positum est, anno 3945. Immo mire stabilitur cum Africani illud de Cecropis post Mosem annis 189, tum vero Malalæ numeri, ex eo quod anni illi 3894. et 907. simul conjuncti ipsum illum hujus ῥήσεως numerum 4801. efficiunt, quo quidem anno regnum Atheniense in annuum regimen conversum est. Itidem si ipsas summas 189. et 907. simul junctas ab hac 4801. deduxeris, restabit numerus annorum 3705. quem Mosis exodo aliis de causis prius apposueram.

P. 287. l. 7. ᾑρέθησαν] Hoc imprimendum curavi, quod pro Syncelli lectione εὑρέθησαν ex Eusebii *Chron. Latino* emendaverat Pearsonius, quem audi; "Pro εὑρέθησαν legendum "fuit ᾑρέθησαν, vertendumque, non *excogitati* sed *electi sunt.* "Pergit Syncellus ex Africano, ἐννέα τε ἀρχόντων Ἀθήνῃσιν "ἀρχὴ κατεστάθη. Ad quæ verba Goar, *Qui novem isti magi-* "*stratus, incognitum. Planior lectio* ἡ νέα τε ἀρχόντων, *Nova* "*magistratuum potestas Athenis instituta.* Perperam omnino. "Qui fuerint novem illi Magistratus, omnibus notum. Archon "scilicet, et βασιλεὺς, et πολέμαρχος, et 6. θεσμοθέται. ἐκ τού-"των δὲ οἱ ἐννέα ἄρχοντες συμπληροῦνται, *Ex his autem novem* "*Archontes complentur,* inquit Pollux. Eusebius in Canone. "*Novem Principes ex nobilibus urbis electi præfuerunt annuo im-* "*perio Reipub.* Ex his novem unus vetus nomen Archontis "retinuit, et quia quotannis ut reliqui electus, non tantum "ἐνιαύσιος, sed et signanter ἐπώνυμος dictus est, nec eo sensu, "quo alii apud Athenienses ἐπώνυμοι dicebantur, sed restricte "ἐνιαυτοῦ ἐπώνυμος, ut loquitur Pollux, qui a Philone Judæo

" sic describitur, Ἄρχων Ἀθήνησιν ὁ ἐπώνυμος καὶ τῶν ἐννέα " ἀρχόντων ἄριστος, ἀφ' οὗ οἱ χρόνοι καταριθμοῦνται. Cujus no- " minis ratio sic explicatur in Argumento secundo Orationis " Demosthenis adversus Androtionem, εἷς ἐπώνυμος ἐξ οὗ καὶ ὁ " ἐνιαυτὸς ἐπωνομάζετο, cujus nomine annus in Fastis signa- " batur. Sic sub quo Archonte idem Atheniensibus, quod " quo anno. Clare Æschines contra Ctesiphontem, καί μοι " ἀνάγνωθι, ἐπί τινος ἄρχοντος, καὶ ποίου μηνὸς, καὶ ἐν τίνι ἡμέρᾳ, " ac si dixisset, *quo anno, quo anni mense, quo mensis die.*" p. 261. *Dissert.* supra memoratæ.

P. 287. l. 9. ἤρχθη] Ita ediderat Scaliger, quod firmant *MSSti Parisienses.* Sed ἠνῴχθαι *Syncellus Goarinus.* Post hæc in lin. 12. Φιλίνου pro Φιλήνου Scal.

Ibid. l. 13. ὑπάτευον Γράτος Σαβινιανὸς Ῥωμαίων καὶ Σέλευκος] Olymp. 250. ann. primo, quarto autem imperii Elagabali (secundum usitatiorem quidem regni ejus computationem) Gratus *Sabinianus* et Claudius Seleucus Consules apponuntur. Cognomen autem Sabinianus, uti ostendit Pet. Relandus in *Fast. Cons.* p. 142. confirmatur ex *Fastis Florentinis Minoribus*, et Fragmentis *Dionis Cassii.* pag. 991. Censet idem Relandus *Servianum* dici Latine, qui Græcis Σευεριανὸς, non *Severianum;* pro Σευεριανὸς enim Syncelli Goarini lectione Scaliger, idque nunc confirmantibus *Parisinis Syncelli scriptis,* imprimendum curaverat Σαβινιανός. Hoc autem anno terminavisse opus suum De Temporibus monuit Scaliger accuratissimum, ut ait, temporum observatorem Julium Africanum. Confer et Num. L. ad fin.

Ibid. l. 15. ἐπὶ τὸ ͵εψλγ', ἔτος τοῦ κόσμου] Ita in hac altera editione nunc mutavi, Dindorfium secutus ex *MS. altero Paris.* corrigentem ἐπὶ τῷ et ἔτει, quæ insunt Goari Syncello.

Ibid. l. 16. τοῦ καὶ Αὐείτου] MS. τοῦ καὶ Αὐγέντου (ita et *MS. uterque Parisinus*, quorum prior fortasse est hic Goarinus MS.). Scaliger idem reponit in textu, (Scaliger habet καὶ Αὐγέντου) in Animad. Αὐείτου: usitatius ego τοῦ καὶ Αὐγούστου. Non Augentus enim, nec Avitus, sed Marcus Aur. Antoninus Augustus audiebat, qui Heliogabalus vel Alagabalus. GOARUS. Sed fallitur Goarus, nam Xiphilinus Dionis Epitomator Aviti (Ἀβίτου) nomen Elagabalo in *Vita* ejus attribuit, p. 347. ed. R. Steph. Vid. et *Imperatorum Seriem Chronol.* a Sylburgio

primum editam in fine *Romanæ Hist. Scriptorum Græc. Minorum.* Ad hæc pestis ista nomen Moricaviti gerit in brevi quadam chronologiæ Africani *Summa*, quam his Fragmentis subjunxi, ubi cl. Vallarsium S. Hieronymi novissimum editorem hoc nomen *Moricavitum* Marcum Aurelium Avitum interpretatum esse, notat Roncallius pag. 71. tom. I. *Vetust. Lat. Chronicorum.* Neque ita miranda foret permutatio Αὐείτου in manuscriptis in Αὐγέντου. Adventus enim, Græce Ἀδουέντος, et Autius, corrigente Salmasio, *Avitus,* in Solini exemplaribus inter se mutari solent. Vide Salmasii *Plinianas Exercitatt. in Solinum* in Prolegomenis fol. viii. His rationibus inductus *Aviti* nomen (Αὐείτου) post Scaligerum in *Animadv.* hoc loco reposui.

XL.

P. 288. l. 2. Ἱστορεῖται παρὰ Ἀφρικανῷ ὅτι ἐν τῷ λέγειν τὴν ᾠδὴν τὸν Μανάσσῃ &c.] Eadem ῥῆσις extat in Cod. Theol. Gr. Bibliothecæ Vindobonensis num. 25. a Lambecio notato, apud Nesselium autem num. 238. qui codex inter alia continet Γνωμικὰ διαφόρων. Legitur in eo articulus ante ᾠδὴν, quem recepi, et διεῤῥάγησαν pro διεῤῥάγη. Sed et eandem extare ῥῆσιν ad marginem MSti Georgii Hamartoli in Bibliotheca Regia Parisina nos certiores fecit Cotelerius ad *Constit. Apost.* lib. ii. cap. 22. ubi tamen ᾄδειν pro λέγειν scriptum fuit. Is quoque monuit, similia illis, quæ de Manasse liberato Georgius Syncellus habet pag. 214. reperiri apud Anastasium in Psalm. vi. Adi et *Anonymum Scriptorem Hist. Physicæ,* sive Julium Pollucem, consimilia narrantem. Illa vero Syncelli, pariter ac pauca istæc, desumpta fuisse ex Africani Chronicis suspicarer, nisi fabula narrasset Manassem in æream statuam conclusum fuisse, atque ruptâ statuâ evasisse salvum. De quibus narratiunculis optime Cotelerius, "Ut mendacia "instabilitate ac portentis gaudent, variis mirisque modis "narratur Manassis liberatio, contra simplicitatem Scripturæ, "et auctoritatem Josephi Historiæ."

XLI.

Ibid. l. 9. Ἀφρικανὸς ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Σεδεκίου τὰ ο΄. ἔτη &c.] Τὰ ο΄. reposuerat Goarus in *marg.* Syncelli pro τῷ ο΄. Et τὰ

ἔτη afferens istud ipse *Syncellus* habet in pag. 223. De re hic memorata cons. not. supra ad Num. XXII. p. 426.

XLII.

P. 288. l. 16. Ταῦτα καὶ ὁ Ἀφρικανὸς, μαρτυρῶν &c.] Post nonnulla de annis utriusque captivitatis tribus Judæ scripserat proxime ante Syncellus, ἐκ ταύτης τῆς αἰχμαλωσίας (secundæ) ἦν Δανιὴλ ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ Ἀνανίᾳ, Ἀζαρίᾳ, Μιζαήλ. οὗτος ὁ Δανιὴλ παιδευθεὶς τὴν παιδείαν εὐαρέστος ἐγένετο τῷ βασιλεῖ Ναβουχοδονόσορ. ΤΑΥΤΑ καὶ ὁ Ἀφρικανὸς &c. *Captivitate ista Daniel cum sociis Anania, Azaria, et Mizael, abductus est. Daniel omni scientiarum cultu exornatus regis Nabuchodonosor animum sibi conciliavit.* HÆC Africanus, secunda &c. Ait Scaliger *Animadv. in Eusebii Chronica*, "De Daniele veteres "Ecclesiastici Chronologi inter se velitati sunt, utrum priore "captivitate, id est Jechoniæ; an posteriore, Ierosolymis et "templo deletis, contigerit. Hippolytus priore, Africanus pos- "teriore, Panodorus vetus monachus portentose desolatione "Samariæ, et deportatione x. Tribuum. Georgius Syncellus "Ταῦτα καὶ ὁ Ἀφρικανὸς μαρτυρεῖ, ὅτι ἐκ τῆς δευτέρας αἰχμα- "λωσίας Ἰούδα ἦν ὅ, τε Δανιὴλ, καὶ οἱ τρεῖς παῖδες. Πανό- "δωρος δὲ καὶ ἕτεροι τῶν ἱστορικῶν ἐκ τῆς ἐν Σαμαρείᾳ ὑπὸ Σαλ- "μανασσὰρ αἰχμαλωσίας. Item: ὁ ἅγιος Ἱππόλυτος ἐκ τῆς αἰχ- "μαλωσίας Ἰούδα καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας λέγει τῆς ἐπὶ Ἰωαχεὶμ, "ἄλλοι δὲ ἐκ τῆς ἐν Σαμαρείᾳ. De Jechonia imposuit illis con- "fusio τοῦ Ἰωακεὶμ καὶ Ἰωαχεὶμ vel potius ὁμωνυμία. Diserte "ipse Daniel tertio regni Joiakim filii Amon se deportatum "fuisse scribit statim initio libri sui." Hæc Scaliger pag. 87. Itidem Prideauxius in *Hist. Vet. et Nov. Test. Connexa*, part. I. lib. i. p. 88. illo circiter anno in captivitate, quam priorem appellant, Judæ, Danielem cum sociis abductum fuisse ostendit. Scriptor quoque *Historiæ Physicæ* priori Judæ captivitati Danielem suosque adscribit, pp. 122. 134.

XLIII.

Ibid. l. 24. τοῦτον οἴονταί τινες εἶναι Ναβουχοδόνοσορ &c.] Vocem παῖς post Καμβύσης addidi ex *MSStis Parisiensibus*. Ridicule prorsus scriptor quidam apud Suidam v. Ἰουδίθ: Ἰούλιος δὲ Ἀφρικανὸς λέγει ὅτι Ναβουχοδόνοσορ, ὁ καὶ Καμβούσης, ἀναι-

ρεῖται ὑπ' αὐτῆς (Ἰουδίθ). Ceterum merito argueretur erroris Africanus a Georgio Syncello, propterea quod Cambysem, qui octo solum regnavit annos, Nabuchodonosorem fecisset, si recte se haberent numeri hujus regni in libro Judith. Fallitur vero ipse Syncellus una cum aliis auctoribus, in eo quod, dum historia Judithæ ad tempora captivitate Babylonica antiquiora revera pertinet, regem istum Xerxen fuisse statuit. Consulas Prideauxii *Hist.* modo laudatam. part. I. lib. i. pag. 50. et seqq.

XLIV.

P. 289. l. 2. Ἀφρικανοῦ περὶ τοῦ Ἔσδρα] Lemma hoc extat in marg. Syncelli. Initio fragmenti τῆς Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας pro τῶν Ἰ. ἀ. ex *utroque MSto Parisino* reposui. Quod et nunc fecit Dindorfius.

Ibid. l. 8. ἕκαστον τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ] Ex *iisdem MSStis* hoc olim posui pro ἕκαστον τὰς γυναῖκας ἑαυτοῦ. Et in nupera Syncelli editione sic emendavit Dindorfius. Mox in *Esdræ* cap. x. comm. 13. hæc extant, Ἀλλὰ ὁ λαὸς πολὺς, καὶ ὁ καιρὸς χειμερινὸς, καὶ οὐκ ἔστι δύναμις στῆναι ἔξω.

XLV.

Ibid. l. 21. στήλας] Scribendum στήλας pro στείλας. (Emendate στήλας Syncelli *cod. MS. alter Paris.*) Duas Aspasias rapuerunt Megarenses. στήλας autem intelligit τὰ ψηφίσματα Atheniensium in Megareas, quibus aditu Athenarum et portubus Atheniensium interdicebatur. Scaliger. Qui Africani istæc in *Eusebianis* suis reposuit pag. 55. et versus hos Aristophanis in Ἀχαρνεῦσι adduxit,

Πόρνην δὲ Σιμαίθαν ἰόντες Μεγάραδε
Νεανίαι κλέπτουσι μεθυσοκότταβοι·
Κᾆθ' οἱ Μεγαρῆς ὀδύναις πεφυσιγγωμένοι
Ἀντεξέκλεψαν Ἀσπασίας πόρνα δύο.
Κἀντεῦθεν ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατεῤῥάγη
Ἕλλησι πᾶσιν ἐκ τριῶν λαικαστριῶν. v. 524.

XLVI.

P. 290. l. 1. ἔτη ια′.] Haud censendus est Africanus annos tantum undecim huic Ptolemæo attribuisse. Eusebius Syncellusque Canonem Ptolemæi secuti annos 35. Philometori assignant. Itaque λα′. pro ια′. Africano reponas, qui quidem ipse numerus extat in laterculo quodam temporum Ptolemæorum a Scaligero in *Eusebianis* posito pag. 61.

XLVII.

Ibid. l. 8. secundum Africanum] Joanni Hyrcano annos 30. tribuit Syncellus, dum Eusebii *Chronica* annum unum minus quam Africanus agnoscunt. Sed Scaliger, ut Goarus notat, Africanum secutus 27. annos in *Eusebianis* suis posuit pag. 70.

XLVIII.

Ibid. l. 11. καὶ μάλιστα Ἀντιπάτρῳ &c.] Verba, quæ hoc loco et mox sequuntur, potius ex Africani *Chronicis*, quam ex *Epistola* ejus *ad Aristidem* de Christi D. N. genealogia, in qua nonnulla huc pertinentia extant, desumpta fuisse a Syncello putem; eo quod de rebus Judaicis, et maxime de Herode Antipatri filio, in *Chronicis* suis plurimum egerit auctor. Similia vero superius monui pag. 346. Et pleniora quidem sunt istæc, si modo omnia ad Africanum pertinent, quam ut in illa epistola extitisse censeri debeant. Tamen illa in Chronicum suum Eusebium haud transtulisse, nunc demum ostendit Armenia ejus Interpretatio. Cetera autem a Syncello de Hyrcano atque Antipatro in *Chronographia* ejus narrata, decerpsit ex Josephi libro primo *de Judaico Bello* cap. 6. et seqq. mutatis mutandis idem Syncellus, vel nescio quis ante eum.

Ibid. l. 13. ὃς ἦν ἀλλόφυλος &c.] Eusebius quidem ἀλλόφυλον vocat Antipatrum lib. I. *Hist. Eccl.* cap. 6. Haud ita Josephus, qui, ut ipse refert Eusebius, Idumæum genere eum fuisse scribit; Idumæos autem post Joannis Hyrcani victoriam Judæos appellatos esse Scaliger et Casaubonus in scriptis suis sæpenumero monuerunt. Sin vero origine Ascalonita contra fuerit Antipater, ut refert Africanus, hoc qui-

dem supra ex Philone Judæo admonui, Ascalonitis fuisse perpetuam et inveteratam cum finitimis Judæis simultatem. Vid. p. 344.

P. 290. l. 15. Ἡρώδου τῷ (for. τοῦ) περὶ τὸν νεὼν τοῦ Ἀπόλλωνος τεταγμένῳ (for. τεταγμένου) ἐν Ἀσκάλωνι] Ita olim verba emendanda existimavi; cum vero τῶν et τεταγμένων Goarus ad marg. Syncelli posuisset, hunc secutus est novus editor Dindorfius.

Ibid. l. 17. λησταὶ] Hoc ex *MSStis Syncelli Parisiensibus* reposui pro λῃστὴν, et nomen Ἡρώδου ex *iisdem* mox addidi post verba τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, quem tamen nominatum fuisse Antipatrum Josephus tradit. Idem nunc fecit Dindorfius.

P. 291. l. 1. συλλῃστεύων, καὶ τοῖς αὐτῶν ἐντρεφόμενος ἤθεσι &c.] συλλῃστεύων ex *altero MSto Paris.* posui pro συληστεύων. quod et nunc Dindorfius. Ceterum similiter rem narrat *epistola Africani ad Aristidem*, τοῖς τῶν Ἰδουμαίων ἔθεσιν ἐντραφεὶς ὕστερον Ὑρκανῷ φιλοῦται. p. 235. Ex quibus aliisque verbis constat Africano istæc deberi.

Ibid. l. 3. τῆς περὶ τὰ κοινὰ πράγματα δεινότητος] Hoc posui ex *eodem MS.* pro τὴν — δεινότητα. quod et nunc præ se fert editus a Dindorfio Syncellus.

XLIX.

Ibid. l. 9. ἈΦΡΙΚΑΝΟΥ, περὶ τῶν Ὑρκανῷ &c.] Extant hæc apud Georgium Syncellum pagg. 307. et 308. quæ a Scaligero in *Eusebiana* sua pag. 74. relata fuerant. At vero in *Chronico Eusebii*, ut modo dixi, haud inventa sunt.

Ibid. l. 10. τοῦ τε Σεβαστοῦ, καὶ Ἀντωνίου] Ita edidi ex *MS. altero Syncelli Parisino.* Habet *Syncellus* Goarinus τοῦ Σεβαστοῦ, sicut *MS. prior*; sed καὶ Σ. Scaliger et Goarus ad *marg. Syncelli.* Abest καὶ ante Ἀντωνίου ab *edito Syncello*, quod *MS. uterque* et Scaliger præstant. Denique illud ὡς ante ἐν ἐπιτόμῳ dedit Scaliger.

Ibid. l. 13. υἱὸς αὐτοῦ] Γαΐου ad *marg.* pro αὐτοῦ reposuit Goarus, quod interpretandi causa uncis inclusum addiderat in textu Scaliger.

Ibid. l. 19. Φασαήλῳ] Rectius fortasse pro Φασαΐλῳ Φασα-

ἤλῳ hic et infra l. 8. legendum, quod nomen indidit huic Herodis fratri Scaliger, firmante scripturam Josepho in *Antiquitat.* et *Bello Judaico.* Ubi tamen de morte ejus aliud quid narratur. Ita mutavit et nupera editio Syncelli.

P. 292. l. 3. Ἡρώδῃ τῷ τῶν Πάρθων βασιλεῖ] Cum Pacorus Orodem patrem habuerit Parthorum regem, nil dubium, quin Ὀρώδῃ hic legendum sit. Similiter erratum est in pag. 304. et 305. *Syncelli.* De Pacoro autem, rebusque ab eo gestis, Theoph. Bayerus in *Hist. Osrhoena et Edessena,* L. 2. p. 87. —90. Verba sunt Trogi Pompeii in Prologo Libri XLII. *Orodes, quo Crassum delevit, et Syriam per filium Pacorum occupavit.* Interfectus vero postea est Pacorus, vivo patre Orode, a Romanis.

Ibid. l. 4. ἐπὶ χρυσοῦ ταλάντοις χιλίοις] Deesse aliquid inter hæc verba videtur, quod supplevit Goarus in Interpretatione Latina. Ad rem ipsam quod attinet, ait Josephus *Antiq. Jud.* lib. xiv. cap. 13. Ἀντίγονος δ' ὑπισχνεῖτο χίλια τάλαντα καὶ πεντακοσίας γυναῖκας δώσειν Πάρθοις, εἰ τὴν ἀρχὴν Ὑρκανὸν ἀφελόμενοι παραδώσουσιν αὐτῷ, καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἡρώδην ἀνέλοιεν· οὐ μὴν ἔδωκεν. ἀλλ' οἱ μὲν Πάρθοι, διὰ τοῦτο ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ἐστράτευσαν, κατάγοντες Ἀντίγονον· Πάκορος μὲν διὰ τῆς παραθαλαττίου, ὁ δὲ σατράπης Βαρζαφάρνης διὰ τῆς μεσογείου. §. iii. p. 643. ed. Hudson. Minus bene Πακώρου pro Πακόρου *Syncelli textus,* quod corrigunt Goarus Scaligerque. Mox deesse in Scaligeri *Eusebio* vocem Ἡρώδης notavit Goarus.

Ibid. l. 7. αὐτὸν ἔδωκεν ἄγειν] Addidi αὐτὸν ex *MS. altero Parisiensi.* Idem nunc fecit Dindorfius.

Ibid. l. 12. Ἦν Ὀλυμπίας ρπε′.] Olympiadis notatio tum hic tum post hæc ad antecedentia potissimum spectat.

Ibid. l. 17. καὶ ὡς οὐδὲν ἠξίου πιστεύεσθαι] Vertendum, *cui cum haud visum esset commissum accipere imperium, usque dum reduceretur in suum;* &c. Loci enim sensum paulo ante ostendit Syncellus scribens p. 306. οὐ προσδεχθεὶς δὲ φόβῳ τῶν Πάρθων (Herodes a Malicho, seu Malcho, rege Arabum) εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἔρχεται πρὸς Κλεοπάτραν. δεξιωθεὶς οὖν παρ' αὐτῆς, καὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ὑπ' αὐτὴν ἔχειν ἀρχῆς ἀνεβάλλετο, διὰ τὴν πρὸς Ἀντωνίον ἐπὶ Ῥώμην καὶ Αὔγουστον πόρειαν, ὡς Ἰώσηπος, ὡς δὲ Ἀφρικανὸς, σὺν αὐτῇ πρὸς Ἀντώνιον ἦλθε· κᾀκεῖνος περὶ (l. παρὰ) τὸν Σεβαστὸν Ὀκταούϊον εἰς Ῥώμην αὐτὸν ἔστειλεν. Antonius

ipse, auctore Josepho, tunc temporis Romæ fuit, in qua quidem urbe ex Ægypto profectus Herodes eum invenit. Cons. lib. xiv. *Antiq.* c. 14. et *De Bello Jud.* lib. I. c. 14. "Antonius "autem" (ut rem narrat ex Josepho cl. Pagius *Apparat. ad Baronii Annales* p. 17.) "amici vicem dolens, simulque indig- "natus, Antigonum Parthorum copiis instructum Judæam "invasisse, re cum collega Triumviro communicata, communi "consilio decreverunt Herodem Judæorum regem per Senatum "designare. Itaque convocatis patribus regnum Palæstinæ "Herodi SC. delatum est." Ceterum in *marg. Syncelli* post hæc verba, ὡς οὐδὲν ἠξίου &c. notatum est istud, τὰ λοιπὰ 'Αφρικανοῦ, sed in epigraphe τῆς ῥήσεως omnia Africano diserte vindicantur. Paulo ante pro ταύτης ἀρχῆς posui τῆς ἀρχῆς, quod habent *Scaliger* et *MS. alter Parisiensis.* Nunc ita locum edidit Dindorfius.

P. 293. l. 9. ἐλθόντος] Post hanc vocem deesse nonnulla recte notat, qui edidit Syncellum, Goarus. Attamen ex historiis constat, C. Sosium cum Herode conjunctum Antigonum vicisse, ac vivum cepisse.

Ibid. l. 11. ἐξεπολιόρκησαν] Ex *MSto utroque Parisino* hoc reposui pro ἐπολιόρκησαν. Ita nunc Dindorfius.

Ibid. l. 14. τῆς 'Αραβίας] Addidit Goarus in *marg.* τὸ μέρος, quod non necessarium videtur.

Ibid. l. 15. τόν τε Τράχωνα, καὶ τὴν Αὐρανῖτιν, καὶ Σακίαν καὶ Γαυλάνην] Urbes omnes, quæ ante has regiones nominatæ ac recensitæ sunt, Josephus ait a Cæsare Augusto Herodi donatas fuisse, et postero quoque tempore *Trachonem*, et *Auranitin*, et regionem inter Trachonem et Galilæam sitam, cujus pars fuit *Gaulonitis.* Eusebius in *Onomastico,* voce Γαυλὼν, habet ὁμωνυμεῖ δὲ τῇ κώμῃ καὶ ἡ περίχωρος. p. 82. ed. Amst. Ad Saciam quod attinet, Ptolemæus hæc habet in *Geograph.* Lib. v. cap. 15. Βατανείας χώρας. ἧς ἀπ' ἀνατολῶν ἡ Σάκκαια, καὶ γὰρ ταύτης ὑπὸ τὸ 'Αλσάδαμον ὄρος οἱ Τραχωνῖται Ἄραβες. p. 161. edit. Bertii. Batanea enim alia præterea regio est, cum *Trachone* et *Auraniti* a Josepho ibidem *Antiqu.* xv. 10. inter Augustea dona commemorata. Hunc autem Josephi locum Africano ob oculos versatum fuisse, satis superque constat, tradente et ibi Josepho, totius Syriæ procuratorem constitutum fuisse Herodem. De Sacis populo meminit idem auctor. Libb. 18. et 20. Ceterum 'Αβρανίτην et Γαβλάνην

solenni permutatione literarum β et υ exhibet *Syncelli textus*, refragantibus Goaro *ad marg.* et Scaligero, scriptisque *Parisiensibus.*

P. 293. l. 19. ἔτη λδ΄.] Reprehensus est in eo Africanus pag. 309. a Syncello, quod tres annos Herodis regno subtraxerat. Sed duas epochas initii hujus regni memorant ex Josepho Petavius in *Rationar. Temp.* part. I. lib. iv. cap. 22. et Pagius *Apparat. ad Annal. Baronii* pag. 17. unam, postquam rex Herodes a Romanis renunciatus est, qua ratione dicitur a Josepho lib. I. *De Bello Jud.* cap. ult. regnasse annos 37; alteram vero post Antigonum interfectum, qua dicitur ibidem ab eodem auctore annos 34. ab interfecto Antigono regno suo esse potitus.

P. 294. l. 1. Ἀντίγονον] Male Ἀντώνιον *Syncelli textus*, sed emendate Goarus in *marg.* et Scaliger, *codex*que *alter Parisinus.* Nunc correxit Dindorfius.

Ibid. l. 3. τὸ πλεῖστον ἀποβαλὼν τοῦ στρατοῦ] Confirmat Florus lib. iv. cap. 10. sed rem nonnihil minuit Valerius Paterculus lib. ii. cap. 82. ut ostendit Prideauxius *Hist. V. et N. Test. Connexa,* part. ii. lib. viii. p. 793.

Ibid. l. 6. οὐ βουλόμενον] Ita Goarus in *marg. codex*que *alter Parisinus* pro οὐ βουλόμενος. Et Scaliger in *Eusebianis* exhibet Ἀντώνιος δὲ οὐ βουλόμενος, dum paulo infra omittit voces easdem Ἀντώνιος δὲ ante αὐτῷ. Nunc habet, quod prius recepi, nupera Syncelli editio οὐ βουλόμενον.

Ibid. l. 8. αὐτῷ τὴν] Ita ediderat Scaliger pro αὐτὴν quod habet Goari *Syncellus.* Mox διττὰς pro διπλᾶς idem Scaliger. Nunc reposuit Syncello αὖ τὴν Dindorfius.

Ibid. l. 11. νηΐ τὸν στρατὸν] For. legend. νηΐτὸν στρατόν. Mox τὸ ἀποβησόμενον pro τὰ ἀποβησόμενα *MS. alter Paris.* quod nunc recepit et Dindorfius.

Ibid. l. 13. δυσὶ ναυμαχίαις] Ita ediderat Scaliger, nunc firmante idem *utroque scripto Parisino,* pro δυσὶν συμμαχίαις, quod exhibet Goari *Syncellus.* Ita et nunc emendavit Dindorf. qui proxime ante ὡς δ᾽ ἐκρίθη pro ὡς δὲ ἐ. cum *MS. altero Paris.* posuit.

Ibid. l. 15. ἀπέδοσαν] Ita Scal. et nostri *duo Parisienses,* pro ἀπέδωσαν, quod mutavit in *marg.* Goarus in ἀπέδωκαν. Nunc ἀπέδοσαν reposuit et Dindorfius.

P. 294. l. 17. ἐπιπίπτει δὲ Ἡρώδῃ] Tria hæc verba Scaligerum expunxisse notat Goarus, qui locum mutilum esse recte ait. Fortasse legendum ἐπιπίπτει δὲ Ἡρώδῃ τοῦτο, vel ταῦτα. Sed nulla lacuna est in *Parisinis codicibus*.

Ibid. l. 18. ἐν τῷ μεσαιολίῳ] Scribit Scaliger ἐν τῷ μαισαιολίῳ, ubi MSS. (Inter hæc verba Goarus aliorum duorum MSS. præter Regium ope usus est, Card. Barberini et Vaticani) μεσαιόλιον legunt. Mihi præsens locus mutilus est, et in eo de Actiaca victoria mentio desideratur, et τὸ μαισαιόλιον in μαυσωλαῖον commutatur. Cleopatra quippe sepulchri, Mausolæi nonnunquam ob fabricæ molem vocati, clausa præsidio seipsam confecit. GOARUS. Plutarchus in *Antonio:* αὕτη δὲ (Cleopatra) θήκας ἔχουσα καὶ ΜΝΗΜΑΤΑ κατεσκευασμένα περιττῶς εἴς τε κάλλος καὶ ὕψος, ἃ προσῳκοδόμησε τῷ ναῷ τῆς Ἴσιδος, ἐνταῦθα τῶν βασιλικῶν συνεφόρει τὰ πλείστης ἄξια σπουδῆς, χρυσὸν, ἄργυρον &c. p. 1739. ed. H. Steph. et in sequentibus locus ὁ τάφος appellatur.

Ibid. l. 19. ἀσπίδι τῷ θηρίῳ] Ita a S. Luca in *Act. Apost.* xxviii. ἔχιδνα θήριον appellatur. conf. comm. 3. et 4. et 5.

P. 295. l. 2. ἐπὶ Θηβαΐδα] Ita *MS. alter Paris.* Et nunc Dindorfius, cæteri ἐπὶ Θηβαΐδι. Proxime ante τούς τε pro τότε Scaligeri *Eusebius*.

Ibid. l. 3. ἡ κατὰ Ἀκτίαν] Corrigit ex Stephano Byzantino *De Urbibus*. Ἡ κατὰ Ἄκτιον et Ἄκτια pro Ἀκτία, cl. Schurzfleisch. in *Castigatt.* post *Notitiam Biblioth. Vinar.* p. 276.

Ibid. l. 8. χρόνος] Vocem addidit Scaligeri *Euseb. Margini* vero *Syncelli* adlitum est a Goaro, χρόνος ἢ σύλλογος.

Ibid. μετὰ ἔτη τʹ. τῆς Περσῶν καθαιρέσεως δυοῖν δέοντα] Loco suo motæ videntur voces ἔτη τʹ. atque legendum, prout vertit Goarus, μετὰ τὴν Πέρσων καθαίρεσιν ἔτη τʹ. Etenim a victoria Alexandri Magni apud Arbelam, seu fine Persici imperii, usque ad interitum Cleopatræ ultimæ Lagidarum Macedonicorum, secundum Ptolemæi Canonem numerantur anni 300, non, ut hoc loco, δυοῖν δέοντα, seu 298. Eosdemque annos 300. habent S. Hippolytus *Comment. in Danielem* Romæ anno 1772. primum edito §. vii. pag. 101. atque Joseppus, vetus auctor de quo dixi ad Num. VIII. In Africani quoque *Summa Temporum* in Num. LVI. collocata totidem anni Macedonico principatui attribuuntur. At vero computatis illis anni etiam plures

colligendi mihi videbantur pro Africani rationibus. Cum enim a Cyri regni initio, quod, ut constat ex Num. XXII. p. 271. anno primo Olymp. 55, Africanus statuebat, usque ad Olymp. 187. 4. quo anno imperii Macedonici finem contigisse paulo infra ait, anni 531. computentur, ab his si deduxeris annos 230. Persico regno in Num. L. p. 301. attributos manebunt anni 301. Idemque ex aliis numeris Africani colligo. Fortasse igitur annos solidos 300. ante inceptum Olymp. 187. annum quartum contigisse signavit hoc loco Africanus; et superfluum est istud δυοῖν δέοντα.

P. 295. l. 11. ἀπὸ μὲν τῆς] Ita Scaligeri *Euseb.* et *MS. uterque Parisinus.* Sed in *Syncello edito* ἀπὸ μέν τοι. Nunc correxit et Dindorfius.

Ibid. l. 14. μοναρχικῆς ἡγεμονίας] Ita Scaligeri *Euseb.* sed μοναρχίας ἡγ. *Syncelli textus*, atque ad *oram* ejus a Goaro ădditur καὶ post μοναρχίας.

Ibid. ἔτος ιδ'.] Goarus in *Syncello* suo edidit ἔτος ια'. "Cum "undecimus," inquit ille, "Augusti ex Regio nostro, Barb. et "Perez. attente inspectis, iisque cum Palat. collatis, sit qui "mundi 5472. et Olympiadis 187. quartus recensetur ab "Africano: ex ejus calculis anno 5461. duntaxat imperium "adiisse necesse est, ante Christi ortum 40. vel 41, prout "Christus 5500. vel 5501. natus ab eo asseritur. Suspi- "cionem tamen meam ne subticeam, ια'. vice ιδ'. a primis "librariis lectum arbitror, et 11. Augusti annum, 14. vice "redditum. Author enim ex Africano, ut reor, scribit pag. "311. C. οἱ ἐν 'Αλεξανδρείᾳ ἀπὸ τοῦ ιδ'. ἔτους ἀριθμοῦσι Αὐ- "γούστου χρόνους, ab Augusti, inquam, 14. qui capta Alex- "andria signatur in Fastis." Hæc Goarus. Scaliger ante ediderat ιδ'. in *Eusebianis*, quem ego secutus sum. Nec pro rationibus chronologorum poterat annus Alexandriæ captæ haberi annus XI. regni Cæsaris Augusti; si quis enim differat hujus regni initium etiam ad Triumviratum, sive annum urbis 711, censeatur oportet annus ejusdem æræ 724. quo periit Cleopatra et Alexandria capta est, annus fuisse 14. imperii Augusti. Ad annum autem quod attinet Olympiadicum, qui hic memoratur, siquis annos omnes inter hoc tempus annumque Mundi Conditi 5531. ad calculum duxerit, quem quidem

annum, ut infra visurus es in Num. L. et LI. convenire cum Olymp. 202. 2. censebat Africanus, cuique assignabat Christi D. N. resurrectionem, is deprehendet, mundi annos 5472. jam completos fuisse pro Africani quidem rationibus Olymp. 187. anno quarto. Mox ἤχθη, quod recepi pro ἤρχθη, Scaligeri *Euseb.* et *Codd. Parisienses.* Nunc idem posuit Dindorfius, qui ἔτος ια'. retinuit.

P. 295. l. 17. τὴν Γαβινίων πόλιν] Lepide Scaliger Not. in Eusebiana pag. 259. *Quare Cuthæi sive Samaritæ* Γαβίνοι *vocentur, dicere fortasse possem, nisi corruptus esset locus.* Nihil hic a corruptione Scaligero timendum: integer est Africani locus, iisdem omnino verbis tribus in MSS. digestus. Subindicat, quod ille veretur exponere, Josephus lib. xiv. Ant. cap. 10. a Gabinio Syriæ Proconsule, altero Samariæ ante Herodem reparatore sic nuncupatam. Gabinius, inquit, Judæam perlustrabat; et quotquot inveniebat urbes dirutas, ædificari jubebat: atque hoc pacto instauratæ sunt Samaria, Azotus, Scythopolis, Antedon, Raphia, Dora, Marissa, et aliæ non paucæ: idque mandante Gabinio, quarum posthac habitatio tuta permansit, cum ante longo tempore desertæ fuissent: ut itaque sine civibus et ædificiis urbs Samaria, ita sine nomine jacuit ad primam usque a Gabinio susceptam ejus reparationem, qua Γαβινίων πόλις appellari meruit: ac sequutis demum annis ab Herode ἐπικτισθεῖσα, Sebastes in Augusti honorem accepit appellationem. Hæc GOARUS. Qui *Gabiniorum urbem* in Versione Latina habet. Nec dissentit cl. Prideauxius *Hist. V. et N. Test. Connexa*, part. ii. lib. viii. p. 850. ubi sic scribit "——propter Gabinium urbs interdum "vocabatur urbs Gabiniorum, h. e. eorum, quos Gabinius in "ea collocaverat." Sed fortasse urbs ipsa vocitata est Γαβινίων, dum τὴν Γαβινίων πόλιν edidit Scaliger, non τῶν Γ. π. quod habet Syncellus, nec τὴν τῶν Γ. π. ut apud Cedrenum, qui in *Hist. Compend.* p. 184. pauca ex istis ad usque vocem κτίζει l. 6. adduxit. Ita ductum esse fertur *Lavinium*, Græce Λαβίνιον, urbs Italiæ, a Lavinio seu Lavino Latini regis fratre, ab hoc, vel a Lavinia filia ejus, nomine accepto. Vid. not. ad Steph. Byzant. in *voce.* Multa quoque oppidorum Palæstinæ nomina in ων finita commemorat Eusebius in *Ono-*

mastico de Urbibus. Nunc vero didici malle cl. Schurzfleischum legere τὴν Γαβινιὸν πόλιν pro τῶν Γαβινίων πόλιν. *Castigatt. ad Chron. Eusebii et Paschale*, post *Biblioth. Vinar.* p. 277.

P. 295. l. 24. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ] Καίσαρος addit *Cedrenus.* Gregorii Abulpharagii *Hist. Dynastiarum*, ex versione Pocockii, Dyn. p. 70. *Eo imperante* (Augusto Cæsare) *restauravit Herodes urbem* Neapolin, et Stratonis arcem *auctam* Cæsaream *appellavit, quæ jam* Nicopolis *audit; urbem etiam* Jabalam *condidit.* Pro τοῦ Στράτωνος πυργὸν habet τὸν Σ. π. *MS. alter Parisinus.* Quod recepit in Syncellum suum Dindorfius.

P. 296. l. 1. καὶ Ἀντιπατρίδα] Ita Scaligeri *Euseb.* et *MS. uterque Paris.* Abest particula καὶ a Syncello. Nunc eandem ei restituit Dindorfius, quod ego feceram. Antipatris urbs fuit Samariæ, quam ædificavit Herodes, ut narrat Josephus *Antiq.* lib. xvi. cap. 5. in campo Capharsaba; qui fortasse campus Lydus hic appellatus est propter vicinam urbem Lyddam, sive Diospolin, ibi sitam.

Ibid. l. 11. Ἦν Ὀλυμπιὰς ρπθʹ. ἥτις πρὸ στʹ. καλενδῶν Μαρτίων &c.] Brevis hæc sententia plura ad temporum mensuram spectantia continet. Hujusmodi est clarior ejus expositio. Olympiadis 189. primus annus is fuit, qui ante Kal. Martias diem sextum dies alios rite compositeque intercalandos excepit, cum prius nonnihil extra ordinem exorbitassent, et in æræ Antiochenæ vigesimum quartum jam completum et absolutum incidit; verius certe reponerem vigesimum quintum; quo etiam Ægyptiacus annus prius vagus et incertus, vel certus quidem, at non magis Romano a confusione liber et immunis fixus constitit, et omni menda castigatus. Goarus. Qui longam interpretationem hujus loci pariter atque suorum verborum subjunxit. Ante adnotaverat Scaliger ad voces, δι' ἧς ἐπὶ τῶν ἰδίων ὁρίων ἔστη ὁ ἐνιαυτός; "*Per quam Olympiadem Julianam intra suos fines annus cogitur et sistitur.* "Nam dies intercalatitius, quod bisextum dicitur, cohibet "annum intra fines suos, ne in antecedentia vagetur, ut Ægyp- "tiacus, Armeniacus, et Jezdegirdicus." *Not. in Græca Euseb.* p. 422. Quarto quoque anno additus est a Cæsare Augusto dies intercalarius in Ægyptiaco anno, quemadmodum in Juliano jam factum.

XLIX.*

P. 296. l. 21. Περὶ τούτων οὖν &c.] Præmissa sunt in *Catena in S. Matt.* Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. Διατί εἰς τρεῖς διεῖλε μερίδας τὰς γενεὰς πάσας; βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι οὔτε τῶν πολιτειῶν μεταβληθεισῶν ἐγένοντο βελτίους Ἰουδαῖοι· ἀλλὰ καὶ ἀριστοκρατούμενοι, καὶ βασιλευόμενοι, καὶ ὀλιγαρχούμενοι, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἦσαν κακοῖς· καὶ οὔτε δημαγωγῶν, οὔτε ἱερέων, οὔτε βασιλέων αὐτοὺς διεπόντων ἔσχον τι πλέον εἰς ἀρετῆς λόγον. τίνος δὲ χάριν ἐν μὲν τῇ μεσιμερίδι τρεῖς παρέδραμεν βασιλεῖς. ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ δώδεκα θεὶς γενεὰς, δεκατέσσαρας ἔφησεν αὐτάς; τοὺς τρεῖς μὲν παρέδραμεν βασιλεῖς, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτῶν ἀσέβειαν· καὶ γὰρ Ὀχοζίας, γαμβρὸς ὑπάρχων τοῦ Ἀχὰβ βασιλέως Ἰσραὴλ, ζηλωτὴς γέγονε τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ, ὥς φασιν αἱ κατὰ πλάτος Βασιλεῖαι· καὶ ὁ Ἰωᾶς μετὰ τὸ εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ, ὕστερον εἰδωλολάτρησεν· ὅστις καὶ τὸν ὀνειδίσαντα αὐτῷ τὴν ἀσέβειαν Ἀζαρίαν υἱὸν Ἰωδαὲ τοῦ ἱερέως ἐκέλευσεν καταλευσθῆναι, ὡς ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων γέγραπται· καὶ ὁ Ἀμεσίας μετὰ τὸ εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ, ἑλὼν τὴν Ἰδουμαίαν, ἔθυσεν ἐν τοῖς εὑρεθεῖσι σκύλοις, εἰδώλοις τῆς Ἰδουμαίας, ὡς καὶ περὶ τούτου ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων γέγραπται. ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ οὖν &c. Horum verborum nonnulla extant apud S. Joannem Chrysostomum in Homilia IV. in S. Matt. pag. 45. tom. vii. *Op. S. Chrysostomi* edit. Montfaucon. Sequuntur in *Catena* istæc. Τούτους μὲν οὖν τοὺς τρεῖς βασιλεῖς διὰ τοῦτο παρέδραμεν ὁ Εὐαγγελιστής· ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ μερίδι καθεὶς (δώδεκα θεὶς habet *Homilia*) γενεὰς δεκατέσσαρας αὐτὰς εἶναι ἔφησεν, ὅτι τὸν χρόνον τῆς αἰχμαλωσίας εἰς γενεὰν ἔταξεν· ἔτι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν πανταχόθεν συνάπτων ἡμῖν αὐτόν. Apud ipsum quoque Chrysostomum alia quædam de his rebus scripta reperias.

Ibid. l. 23. διὰ μὲν τὴν ἄγαν δυσσέβειαν αὐτῶν] Dum vix patet causa omissionis trium istorum regum in Christi genealogia, eaque apud librorum sacrorum interpretes quærenda est; certe omissione eorum argumenta quæcunque chronologica ducta olim ex numero quatuordecim generationum labefactantur.

Ibid. l. 25. τὸν Συμεὼν] Omissus est in Mosis benedictionibus, quæ in *Deuteronomii* cap. 33 extant, patriarcha Symeon, cujus quidem posteros inter cæteras tribus dispersos fore, minatus erat pater ejus Jacob in *Gen.* xlix. 7.

P. 296. l. 25. καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἀλλαχόθεν πολλοί] Corrigendum videtur καὶ ἄλλοτε ἄλλους ἀλλαχόθεν, vel ἀλλαχόθι, πολλούς.

L.

P. 297. l. 3. ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ, περὶ τῶν κατὰ τὸ σωτήριον πάθος &c.] Hæc partim, ad usque nimirum verba τῷ Δανιὴλ pag. 184. lin. 14. suppeditavit Georgius Syncellus pag. 323. et seqq. quæ in *Eusebianis* quoque ex Georgio desumpta posuit Scaliger pag. 77. Reliqua partim ex Eusebio in *Demonstrat. Evang.* et *Eclogis Propheticis*, partim ex eodem *Syncello* desumpta sunt.

Ibid. l. 6. Τὸ δὲ καθ' ἕκαστον &c.] Fortasse scribendum τόδε, hoc est ἡ θεία δύναμις, *divina potestas*, quod colligo ex sequentibus.

Ibid. l. 9. αὐταρκεστάτως] Ita edidit Scaliger, sed αὐταρκεστὰ τοῖς *Syncellus Goarinus*, αὐταρκεστάτοις *MSSti Paris.* quod nunc recepit Dindorfius.

Ibid. l. 11. σεισμῷ τε] τε pro δὲ ex *MSto altero Paris.* olim recepi; et nunc Dindorfius.

Ibid. l. 12. καὶ τῆς λοιπῆς γῆς κατεῤῥίφθη] Conferas Eusebii *Chron.* ex Syncello a me allatum infra p. 478. Κατεῤῥίφη *cæteri* præter *MS. alterum Paris.* et Dindorfium nunc corrigentem.

Ibid. l. 13. Θάλλος ἀποκαλεῖ &c.] Pro his verbis inepte Cedrenus in *Historiarum Compend.* οἱ Ἰουδαῖοι καλοῦσιν, ἀλόγως, ὡς ἐμοὶ καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ. p. 189. ed. Paris. p. 331. ed. nov. qui partim adduxit hæc Africani, usque ad illud συνέβη παθεῖν l. 12. p. 184. Thallum autem Syriacam historiam conscripsisse tradit supra Africanus Num. XXII. pag. 272. De eo mentionem fecit primus, quod sciam, Theophilus Antiochenus, qui ante finitum sæculum secundum floruit, libro tertio sub finem. Pseudo-Justini enim *Cohortationem ad Græcos* recentiorem esse dixi. Scripsit igitur Thallus inter Christi mortem atque Theophili tempus. De eo silent Historiæ Litterariæ scriptores.

Ibid. l. 15. κατὰ σελήνης ιδ'.] Ita ediderat Scaliger. Habent *Syncellus* et *Cedrenus* κατὰ σελήνην.

Ibid. πρὸ δὲ τῆς μιᾶς—συνέβη] Ita ex *Cedreno* edidi. Deest τῆς, ac legitur συμβαίνει, apud *Syncel.* et Scaligeri *Eusebium.* Πρὸ δὲ τῆς μιᾶς τοῦ πάσχα; *ante postridiem paschæ.* Confer not. supra ad S. APOLLINAREM. p. 168.

P. 298. l. 1. *νουμηνίας*] Ita ex *Cedreno* restitui pro *μιᾶς*, quod *Syncellus* et Scaligeri *Eusebius* exhibent. Mox edidit *αὐτῶν* pro *αὐτὴν* Scaliger, sed fortasse *αὐτῶν αὐτὴν* legendum est.

Ibid. l. 5. *ἔκ γε τῆς κατὰ τὴν ὄψιν πλάνης*] Hoc item ex *Cedreno* restitui. Apud *Syncellum* enim tantum extat *ἕν τι κατὰ τὴν ὄψιν.* Sed *τῇ* pro *τι* *MS. alter Paris.* quod nunc restituit Dindorfius. In Scaligeri *Eusebianis* a voce *ἡλίου* usque ad *γεγονέναι* omnia propter *τὸ ὁμοιοτέλευτον* deficiunt. Proxime ante habebat *Cedrenus*, quod diversum præbet sensum, *ἔστω δὲ συναρμόζον πολλοῖς τὸ γεγενημένον,* pro *ἔστω δὴ, συναρπαζέτω τοὺς πολλοὺς τὸ γ.*

Ibid. l. 6. *Φλέγων ἱστορεῖ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος ἐν πανσελήνῳ* &c.] Verba ipsius Phlegontis celebria apponam, prout in Eusebii *Chronico* Latine expressa sunt, ubi ad ann. MMXLVII. Olymp. 202. 3. hæc scribuntur: *Jesus Christus Filius Dei secundum prophetias quæ de eo fuerant prælocutæ, ad passionem venit anno Tiberii* XVIII: *quo tempore etiam in aliis Ethnicorum commentariis hæc ad verbum scripta reperimus.* Solis facta defectio: Bithynia terræ motu concussa, et in urbe Nicæa ædes plurimæ corruerunt. *Quæ omnia his congruunt, quæ in passione Salvatoris acciderunt. Scribit vero super his et Phlegon, qui Olympiadarum egregius supputator est, in tertio decimo libro ita dicens:* (Autumat Meursius in Notis in *Phlegontis Fragmenta* pag. 170. duos ex Origene locos afferens, libro *quarto* decimo Phlegontis testimonium hoc contentum fuisse.) Quarto autem anno CCII. Olympiadis magna et excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta: Dies hora sexta in tenebrosam noctem versus, ut stellæ in cœlo visæ sint: terræque motus in Bithynia Nicææ urbis multas ædes subvertit. *Hæc supradictus vir. Argumentum autem hujus rei, quod Salvator isto anno passus sit, Evangelium præbet Joannis, in quo scribitur, post* XV. *annum Tiberii Cæsaris tribus annis Dominum prædicasse.* Sic Eusebius, Hieronymo in Latinum vertente. Eadem vero Græco sermone primitus conscripta nobis servavit Syncellus in *Chronograph.* pag. 324. Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Κύριος ἡμῶν, κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας ἐπὶ τὸ πάθος προῄει ἔτους ιθʹ. (Notavit Goarus in marg. ιηʹ. At vero alteram lectionem ιθʹ. firmat *Armenia Chronici Eusebiani Interpretatio* Vol. I. p. 265. edit. Aucher. In qua

tamen hic locus ad Olymp. cciii. an. i. positus est. Convenientius cum Chron. Lat. ait Joannes Philoponus *De Mundi Creatione* II. 21. anno imperii Tiberii decimo nono, atque Olympiadis ccii. anno ult. evenisse Christi crucifixionem.) *τῆς Τιβερίου βασιλείας· καθ' ὃν καιρὸν καὶ ἐν ἄλλοις μὲν Ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν εὕρομεν ἱστορούμενα κατὰ λέξιν ταῦτα.* "Ὁ ἥλιος "*ἐξέλιπεν, Βιθυνία ἐσείσθη. Νικαίας τὰ πολλὰ ἔπεσεν.*" *ἃ καὶ συνᾴδει τοῖς περὶ τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν συμβεβηκόσιν. γράφει δὲ καὶ Φλέγων ὁ τὰς Ὀλυμπιάδας*......... (Lacunam sic supplet *Chron. Armenium, Qui de Olympiadibus verba fecit jam inde ex primordio, tertio decimo* (*libro*) *hæc narrans.*) *περὶ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ ιγ'. ῥήμασιν αὐτοῖς τάδε.* "*Τῷ δ'. ἔτει τῆς σβ'.* "*Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωσμένων* "*πρότερον· καὶ νὺξ ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας* "*ἐν οὐρανῷ φανῆναι. σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος* "*τὰ πολλὰ Νικαίας κατεστρέψατο.*" *καὶ ταῦτα μὲν ὁ δηλωθεὶς ἀνήρ· τεκμήριον δ' ἂν γένοιτο τοῦ κατὰ τόδε τὸ ἔτος πεπονθέναι τὸν Σωτῆρα ἡ τοῦ Κυρίου* (delend. *Κυρίου*) *κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου μαρτυρία, ἥτις μετὰ τὸ ιε'. ἔτος Τιβερίου τριετῆ χρόνον τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ διαγένεσθαι μαρτυρεῖ.* De hac Phlegontis *ῥήσει* id dicendum erit, quod sæpe jam ab aliis dictum, nihil in Phlegonte repræsentando de *plenilunio* hic scripsisse Eusebium; immo palam esse nihil hujusmodi a Phlegonte, qui, opinor, eclipsin veram esse credidit, reapse fuisse memoratum. Quinetiam testem alium omissionis *plenilunii* habes Origenem in *Tractat.* ejus 35. *in Matthæum,* ubi inducuntur infideles quidam contra tenebras illas patiente Christo divinitus missas inter alia istud objicientes: *Et Phlegon quidem in Chronicis suis scripsit, in principatu Tiberii Cæsaris factum* (de eclipsi dicunt), *sed non significavit in luna plena hoc factum.* p. 923. ed. Benedictin. Cum vero res ita se habeat, haud satis accurate quidem scripsisse videtur Africanus, sed verba sua illis Phlegonteis miscuisse. Sin autem licet mihi quæ sentio proferre, dixerim, non tantum famæ Africani, sed etiam veritatis eruendæ, causa, totum istud de Phlegontis testimonio additamentum esse a Georgio Syncello, aut ab alio quopiam, Africani verbis illatum, quippe quod orationem interrumpere videtur, aut saltem sine dispendio sensûs abesse possit. Quin illud præcipue observandum, haud convenire cum Africani

rationibus, quæ unum tantum prædicationis Dominicæ annum statuunt, mortemque Christi anno secundo, Olymp. 202. affigunt, illum profecto apud Phlegontem annum Olympiadicum 202. 4. quem, teste Eusebio, signaverat Phlegon. Quodque Cedrenus vetus chronographus in Africani loco afferendo hæc de Phlegonte prætermiserit, id quidem sententiam meam adjuvaret, nisi dici posset hoc idcirco accidisse, quia Eusebianam Phlegontis ῥῆσιν Cedrenus ante adduxisset. Idem vero olim censuisse de Africani interpolatione cel. Whistonum in Dissert. de Phlegontis eclipsi nunc tandem comperi. Cons. Whistoni *Sex Dissertationes* p. 177. Anglice scriptas. Idem quoque statuisse Bayerum virum doctissimum constat in Libello *De Eclipsi Sinaca*. p. 33.

Sed ut, Africano parumper relicto, ad Origenem redeam, pro sententia mea testem modo adductum, nunc vero contrarium quid ei afferentem, is non tantum in Libro ii. *Contra Celsum* Phlegonteam illam eclipsin ad tenebras Θεοπέμπτας pertinere posse statuit; verum etiam in *Origenianis* nuper primum editis, verbis hujusmodi usus est, quibus affirmatum videtur, tradidisse Phlegontem hanc solis obscurationem *decimo quarto die lunæ* contigisse. Ita saltem se habent Fragmenta amplissima *Commentarii* ejus *in Matthæum* Venetiis anno 1780. in postuma *Appendice Bibliothecæ Gallandianæ* collocata: *Ἵνα γὰρ μὴ εἴπωσιν ἔκλειψιν εἶναι τὸ γεγενημένον, διὰ τοῦτο τῇ ιδʹ. γίνεται, ὅτε ἔκλειψιν συμβῆναι ἀμήχανον. ἐν μέσῃ δὲ ἡμέρᾳ, ἵνα πάντες οἱ τὴν γῆν οἰκοῦντες μάθωσιν, ὅτι πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἡμέρα ἦν. καὶ Φλέγων δέ τις παρ' Ἕλλησιν φιλόσοφος μέμνηται τούτου τοῦ σκότους, ὡς παραδόξως γεγενημένου, ἐν τῇ ιδʹ. τῆς σελήνης, ὅτε οὐ πέφυκεν ἔκλειψις γίνεσθαι, ὅτι πολὺ ἀπέχει τὸ τοῦ ἡλίου διάστημα, ὅσον ἀπ' ἀρχῆς τοῦ οὐρανοῦ ἕως τέλους. τότε γὰρ γίνονται ἐκλείψεις ὅταν πλησιάζωσιν ἀλλήλοις οἱ δύο οὗτοι φωστῆρες.* p. 82. Fateor hunc locum, si modo Origenis sit censendus, superiori illi ejusdem Origenis ῥήσει in *Tractatu super Matthæum* derogare videri. At vero quis credat, si priora illa Origenis atque Eusebianum Phlegontis excerptum secum perpendat, vexatissimum istud de decimo quarto die lunæ aperte ac directe, ut ita loquar, a Phlegonte fuisse scriptum? Hoc olim monui. Jamque opportune eadem nobis occurrit ῥῆσις in *Catena super S. Matthæi*

Evangelium a cl. Joanne Cramer recens edita, in qua quidem haud positum est, mentionem fecisse de *plenilunio* ipsum, qui affertur, Phlegontem, Ἐξ Ἀνεπιγράφου.——Καὶ μετ' ὀλίγα. Φλέγων δέ τις ὀνόματι φιλόσοφος παρ' Ἕλλησι μέμνηται τοῦ σκότους τούτου παραδόξως γεγόνοτος. γέγονε δὲ ἐν τῇ ιδ'. ἡμέρᾳ τῆς σελήνης, ὅτε ἀπέχει πολὺ τοῦ ἡλίου διάστημα, ὅσον ἀπὸ ἀρχῆς τοῦ οὐράνου ἕως τέλους, καὶ αἱ ἐκλείψεις τότε εἰώθασε γένεσθαι, ὅταν πλησιάζωσιν οἱ δύο οὗτοι φωστῆρες. p. 237. Sed hæc hactenus. Missis omnibus loci Phlegontei, qualis in Eusebii *Chronicis* extat, tum interpretamentis, tum correctionibus, quibus quidem enarrandis justus tractatus opus esset, hoc tantum dicam, si revera chronologus noster Africanus, id quod ego non puto, hæc de Phlegonte protulerit, debere omnes, qui in hanc arenam descenderint, probe tenere, quid de annis Dominicæ prædicationis mortisque senserit idem auctor, quatenus nimirum ipsi conveniunt cum annis Mundi, Olympiadum, Urbisque, quippe cum primus omnium Africanus Phlegontem testem in re omnium gravissima nominatim citaverit.

P. 298. l. 8. δῆλον ὡς ταύτην.] Subaud. Phlegontem hanc eclipsim designasse, vel intellexisse. Habent δηλῶν ὡς ταὐτὴν *MSSti Paris.* quod nunc receptum est apud Syncellum.

Ibid. l. 12. διότι τὸν Κύριον συνέβη παθεῖν] Habet *Cedrenus*, διότι τῇδε τῇ ἡμέρᾳ τὸν Κ. σ. π. et supra lin. 10. τοσαύτη τε κίνησις κοσμικὴ pro τοσαύτῃ τε κινήσει κοσμικῇ.

Ibid. l. 16. Ἡ μὲν οὖν περικοπὴ &c.] Bene est post finitam cum verbis ἐν τῷ Δανιὴλ Syncelli ῥῆσιν, occurrere nobis aliud quoddam Eusebianum fragmentum illi forsitan proxime conjunctum. Ea enim, quæ hic sequuntur de Danielis hebdomadis, partim ex Eusebii *Demonstratione Evang.* lib. viii. p. 389. ed. Paris. partim vero finem versus ex eodem Syncelli opere desumpsi. Extat quoque Eusebianum hoc excerptum in ejusdem Eusebii *Propheticis Eclogis* Cod. MS. Bibliothecæ Vindobonensis, cujus apographo ex favore illustris bibliothecarii mihi uti permissum est. Penes insuper magnum Bentleium olim fuit fragmenti Vindobonensis exemplar, ut ex epistola ejus octava constat ad Edvardum Bernardum scripta. Adi *Richardi Bentleii et Doctorum Virorum Epistolas*, quas nuper vir cl. Carolus Burneius S. T. P. pro merito ipsarum splendidissime edidit. Ad verbum hæc Africani vertit S. Hie-

ronymus in cap. 9. *Comment.* sui *in Daniel.* Ceterum nunc afferam, quæ Africani huic ῥήσει præmissa sunt cum ab Eusebio in duobus operibus suis, tum ab Hieronymo in *Commentario.* Post Danielis verba istæc, καὶ γνώσῃ καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλὴμ, ἑβδομάδες ἑπτὰ καὶ ἑβδομάδες ἑξηκονταδύο, καὶ ἐπιστρέψει, καὶ οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα καὶ τεῖχος, cap. ix. comm. 25. ita scribit in *Demonstr. Evang.* Eusebius;—ἐν οἷς δοκεῖ μοι καλῶς ἔχειν καὶ τὴν τοῦ πρὸ ἡμῶν εἰς τοὺς τόπους θεωρίαν μὴ ἀποκρύψασθαι, παραθεῖναι δὲ καὶ ταύτην ὡς οἰκείαν τοῖς ἐντευξομένοις. κοινὰ γοῦν καλῶς εἴρηται, τὰ τῶν φίλων· καὶ ἐπειδὴ προσήκει συγχρῆσθαι μὲν εὐγνωμονοῦντας τοῖς καλῶς ὑφ᾽ ἑτέρων εἰρημένοις, μὴ μὴν ἀποστερεῖν τοὺς πατέρας τῶν ἐγγόνων, μηδὲ τοὺς πρώτους φυτεύσαντας τῶν οἰκείων σπερμάτων, τὰς αὐτοῦ παραθήσομαι λέξεις. φέρονται δὲ αὗται Ἀφρικανοῦ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν χρονογραφιῶν, τοῦτον ἔχουσαι τὸν τρόπον· Ἡ ΜΕΝ οὖν περικοπὴ &c. Hæc etiam, quæ sequuntur, idem ille Eusebius præmisit Africani verbis in *Eclogis* suis *Propheticis*; τῶν εἰς τὰς προκειμένας ἑβδομάδας ἐπιβεβληκότων μόνον ἴσμεν Ἀφρικανὸν ἀκριβέστατα καὶ μᾶλλον παρὰ τοὺς λοιποὺς ἐπιτετευγμένως τεθεωρηκότα· καὶ δή μοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι, πρῶτον αὐτοῦ τὴν εἰς τοὺς τόπους διήγησιν εἰς μέσον ἀγαγεῖν, εἶθ᾽ οὕτως ἐπισκέψασθαι, εἴτι ἄρα καὶ αὐτοὶ δυνάμεθα συμβαλέσθαι τῷ λόγῳ. γράφει δὴ οὖν ἐν πέμπτῳ τῶν χρονογραφιῶν κατὰ λέξιν οὕτως. Ἡ ΜΕΝ οὖν περικοπὴ &c. Quæ nobis præbuit Petrus Lambecius V. D. *Comment. in Biblioth. Vindob.* lib. I. pag. 141. ubi Africani verba, sed tantum ad voces ἐπὶ γὰρ τοῦ Σωτῆρος l. 6. p. 185. ex MSto ab eo afferuntur. Nunc demum duobus abhinc annis diu post prius edita mea Volumina Eclogus Eusebii ex MSto Vindobonensi protulit vir clarissimus Thomas Gaisford Ædis Christi decanus. Hieronymus denique, ubi supra, de eadem Africani ῥήσει loquitur his verbis. *Scio de hac quæstione ab eruditissimis viris varie disputatum: et unumquemque pro captu ingenii sui dixisse quod senserat. Quia igitur periculosum est de magistrorum ecclesiæ judicare sententiis, et alterum præferre alteri, dicam quid unusquisque senserit, lectoris arbitrio derelinquens, cujus expositionem sequi debeat. Africanus in quinto temporum volumine de septuaginta hebdomadibus hæc locutus ad verbum est:* CAPITULUM quod &c. Tum post versam in Latinam linguam Africani explicationem cetera

Eusebii, Apollinarii, aliorumque interpretamenta huic tantæ rei connexa posuit doctissimus pater.

P. 299. l. 3. *περὶ τε τοὺς χρόνους*] Particula *τε* nunc addita est ex editis a cl. Gaisford. *Eclogis Eusebianis*, et voces *διὰ τὴν ἄφεσιν* cum antecedentibus conjunctæ, omisso *δὲ* post *διὰ*, quod ceteri habent.

Ibid. l. 16. *τοῦ ἀποκριθῆναι*] Ita LXX. Seniores.

P. 300. l. 9. *ἔμεινεν οὖν ἕως Νεεμίου καὶ βασιλείας Ἀρταξέρξου*] Sed ab Artaxerxe rege Hierosolymam missus et Ezra fuerat, ut liber canonicus ejus docet, unde illa de Artaxerxe et Esdra narravit Africanus in Num. XLIV. p. 289. Forsan excidit *οὕτως* ante *ἕως*. Vocem *εἰκοσαετοῦς* post *βασιλείας* nobis præstant Ἐκλογαὶ nunc editæ.

Ibid. l. 10. *καὶ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἔτους ριέ.*] Usitata est hæc annorum computatio ab inito Persico imperio ad annum Artaxerxis Longimani vicesimum, post quem quidem annum numerare pergit septuaginta illas hebdomadas Africanus.

Ibid. l. 12. *ἀπὸ δὲ τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλὴμ ῥπέ. ἔτη γίνεται*] At consentientibus aliis omnibus, Hierosolymæ expugnatio, non septuaginta, prout hic præsumptum est, sed tantum triginta circiter annos ante Persicum Cyri imperium contigit. Error autem ex eo ortus est, quod Cyri annum primum in 2 *Chron.* cap. ult. et *Ezra* cap. i. memoratum, initium esse Persici regiminis Cyri, non regni ejus Babylonici quod posterius fuit, credidit Africanus. Ineunte enim Babylonico Cyri imperio, finiti esse videntur septuaginta servitutis anni, quos Hieremias propheta prædixerat, etsi etiam tunc totidem anni haud exacti essent a captis atque deletis Hierosolymis, sed ab anno Jechoniæ regis quarto, ut supra notatum est ad Num. XXII. p. 426.

P. 301. l. 8. *εἰς ἔτη τριακόσια [ἑβδομήκοντα]* Delendum est istud *ἑβδομήκοντα*, quod abest a *MSto Eusebii Vindobonensi*, neque ab Hieronymo inventum est; nisi illud *δυοῖν δεόντα*, in *ῥήσει* XLIX. p. 295. l. 10. positum, quod tamen non putem, ejus loco sufficiendum sit. Certe respuit hoc *ἑβδομήκοντα* tum collatio horum annorum cum aliis infra posita, tum computatio temporis a fine Persici imperii, primordioque Macedonici, sive Græci Orientalis, ad usque Cleopatræ mortem, quacum desiit Græcorum regnum.

P. 301. l. 9. ἐπὶ τὸ Τιβερίου Καίσαρος ἑκκαιδέκατον ἔτος] Annum *quintumdecimum*, cum hoc loco, tum infra Hieronymus. Et bene quidem congrueret hic numerus Africano Christi mortem paulo infra ponenti ad ann. 2. Olympiadis 202. qui quidem annus conveniret cum quinto decimo Augustei imperii Tiberii, si verum illud quod docuit Antonius Pagi *Crit. Hist. Chron. in Baronii Annales*, ad ann. 32. tom. I. pag. 26. citius biennio primam Olympiadem numerasse chronologum nostrum. Sed ipse quoque vir doctissimus duos alios locos non ita multo post profert, quibus Africanus modo communi et ordinario Olympiadas numeravisse videtur. Ad lectionem hujusce loci quod attinet, quoniam hîc apud Eusebium, et infra apud Syncellum, qui postremam partem hujusce ῥήσεως in pag. Op. sui 324. adduxit, ἑκκαιδέκατον constanter legitur, nihil temere mutandum censeo; præsertim, si recte dixerit idem ille Pagius, "Julium Africanum apud Syncellum pag. 308. "passum dicere Christum modo anno XV. modo XVI. Tiberii, "ut scilicet secundum Orientalium et Occidentalium loquendi "modum annum mortis Christi magis exprimeret." At vero nihil Africani de Christi morte in pagina illa Syncelli a Pagio designata nobis occurrit; nec usquam alibi apud hunc scriptorem inveni Africanum sic disertis verbis a se variantem. Nihilominus differentia Africanum inter atque interpretem suum Hieronymum in eo fortasse vertitur, quod eundem Tiberii annum alii ab alio tempore incipere consueverint. Ad hæc si Africani inconcussæ rationes fuissent unum tantum annum prædicationis Dominicæ statuentis, S. Lucas fortasse anno decimo sexto Tiberii Cæsaris alligare videretur Christi mortem, cum anno decimo quinto ejusdem imperii baptismum ejus posuerit. Et Julium Hilarionem video in Opusculo, quod sæpius memoravi, *De Mundi Duratione* §. 16. mortem Domini ad annum decimum sextum imperii Tiberii Cæsaris collocavisse. Necnon idem Hilario et in Tractatu a Pfaffio primum edito, *De Die Paschæ*, sexto decimo illo Tiberii anno pro nobis Dominum immolatum esse Christum scribit §. 14. apud *Gallandianam PP. Bibliothec.* tom. viii. pag. 748. Dum vero tradit Julianus Pomerius lib. I. *Contra Judæos* Africanum retulisse Christum passum esse Olymp. 202. 2. Tiberii autem Cæsaris anno XVIII. rem si minus secum, at cum Africani rati-

onibus dissidentem statuit. p. 558. *Micropresbytici* Basileæ typis impressi 1550.

P. 301. l. 10. εἰς ἔτη ἑξήκοντα] Legendum videtur εἰσὶ pro εἰς, prout locum vertit Hieronymus. At vero pro Africani rationibus, qui Cleopatræ mortem contigisse statuit Olymp. 187. 4. in Num. XLIX. p. 298. anni tantummodo quinquaginta et octo exacti fuerant adveniente Olymp. 202. 2. Quæ Hieronymiana sequuntur, aut Eusebio Græco exciderant, aut supplevit ea de suo Hieronymus; et hoc quidem verisimilius videtur, quod in neutro Eusebii opere, nec in *Demonstratione* ejus *Evang.* neque in *Eclogis Propheticis* verba extant.

Ibid. l. 14. *ita ut centum supersint anni*] H. e. excedunt tot annis annos istos 490, qui 70 hebdomadis assignantur.

Ibid. l. 16. ἐπὶ Χριστοῦ] Ita emendate *Eusebii MSS. Coll. S. Joan. Oxon.* et *Vindob.* pro ἐπὶ Χριστὸν quod *edd.* exhibent. Nunc correxit verba Dindorfius apud Syncellum.

Ibid. κατὰ τοὺς Ἰουδαίων ἀριθμούς.] Vertit Hieronymus, *juxta lunarem* Hebræorum *supputationem, qui menses non juxta solis, sed juxta lunæ cursum numerant.* Decem autem verba quæ sequuntur ad Neemiam spectantia, neglexit addere Hieronymus.

Ibid. l. 18. ἀνοικοδομήσων] Variatum hic est; ἀνοικήσων vel ἀνοικίσων Eusebii *Eclog. Prophet. MS. Vindob. Syncelli*que *MSS. Paris.* et οἰκήσων *Syncell. editus*, qui pag. 323. *Chronograph.* resumpta τῇ ῥήσει a verbis Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου lin. 17. usque ad finem ejus pergit. Sed ἐνοικίζων habet Scaliger, qui eadem in *Chron. Euseb.* pag. 77. reposuit. Mox αὐτοῦ τε pro αὐτοῦ δὲ *Eusebii MSS. Coll. S. Joan.* et *Vindob.* Mendose ἐπὶ τὸ pro ἔτει et τούτων τῶν χρόνων Syncellus.

Ibid. l. 19. αὐτοῦ δὲ Ἀρταξέρξου βασιλείας εἰκοστῷ ἔτει] Ab hoc Artaxerxis regis anno hebdomadas septuaginta numerare pergunt, perinde atque Irenæus, recentiores Usserius, Petavius, Lloydius. Sin cum aliis, inter quos censetur Prideauxius in *Hist. Vet. N. Test. Connexa* &c. P. 1. Lib. V. ab ejusdem Artaxerxis anno septimo, quando Ezra a rege missus est Hierosolymam, tempus computare per annos Julianos malueris; inde colligetur secundum chronologiam Africani ipse quoque numerus annorum 490. sive hebdomadum 70. ad usque mortem Christi; modo ut, refragante quidem Africano, sed pro compu-

tatione Eusebii et Philoponi *De Mundi Creatione*, ad annum quartum Dominica prædicatio producatur, morsque Christi cum anno imperii Tiberii decimo nono conjungatur, quod quidem et Pagio placet. Mirum, nisi consolatio Israel et lux gentium hoc circiter tempus a Judæis expectata esset.

P. 302. l. 3. ἔτος ἑκκαιδέκατον] Habet Hieronymus, *annum quintumdecimum*, ut superius pag. 301.

Ibid. ἔτη συνάγεται τετρακόσια ἑβδομήκοντα πέντε] Minus ergo accurate scripsit pag. 249. *Chronograph.* Syncellus, ubi posito istoc, septuaginta Danielis hebdomadas ad Christum usque a Neemiæ legatione numerari debere, hoc ait temporis spatium ex Africani calculo annorum esse 490. Immo 475. Scilicet oblitus is fuit, Africanum in sequentibus de annis loqui lunaribus, dum annos computat 490. Mox ἔτη post ἐννενήκοντα habent omnes præter *Eusebii Demonstr.*

Ibid. l. 5. κατὰ τὸν σεληνιαῖον δρόμον] μῆνα pro δρόμον *Eusebii MS. Vindob. Hieron. in Interp. Syncellus*, Scaligerque, quod reliquæ varietati occasionem præbuit. Mox enim *iidem* auctores in lin. 9. perinde ac ferme *Cedrenus, Hist. Compend.* p. 195. hæc ponunt, ἡμερῶν εἴκοσι ἐννέα καὶ ἡμισείας τοῦ κυκλικοῦ ἐνιαυτοῦ τοῦ καθ' ἥλιον ὑπάρχοντος pro ἡμερῶν τριακοσίων &c. Sed *MS.* quidem *Vindob.* habet ἥμισυ, οὕτως τοῦ κύκλου ὑπάρχοντος pro καὶ ἡμισείας &c. Hieronymusque in hunc modum vertit—*juxta lunares, ut diximus, menses. Qui secundum illorum supputationem possunt facere per singulos menses dies viginti novem et semis, ita ut solis circulus* &c. Itaque Eusebius ex duabus scripturis aliam in *Eclogas* suas *Propheticas* admisisse videtur, alteram in *Demonstrationem Evangelicam*, cujus operis *editio utraque* simul atque *Cod. MS. Coll. S. Joan.* ea quæ in textu habes, suppeditarunt. Proxime post pro illis ὥς ἐστι πρόχειρον εἰπεῖν habet *MS. Vindob. Eclogarum Prophet.* ὅς ἐστιν ὡ (sic) πρόχειρον εἰπεῖν. quasi ita locus legendus fuerit, ὅς ἐστιν, ὡς π. εἰπ. Id quod præbente editione Gaisfordiana nunc edidi. Ad rem vero ipsam quod pertinet, ait Macrobius *Saturn.* lib. I. cap. 14. *C. Cæsar imitatus Ægyptios, solos divinarum rerum conscios, ad numerum solis, qui diebus* CCCLXV. *et quadrante cursum conficit, annum dirigere contendit.* Adi Censorinum *De Die Natali*, cap. 8.

Ibid. l. 9. τὴν γὰρ κατὰ σελήνην δωδεκάμηνον παραλλάσσει] Abest γὰρ a *Syncello*, Scaligero, *Cedreno*que. Pro παραλλάσ-

σει habent *παραλλάσσειν Syncellus* et *Cedrenus, παραλλάσσοντος* Scaliger. Sed retinent *τὴν MSSti Syncelli Parisini* cum *Cedreno* et Scaligero, quod abest ab edito *Syncello.* Nunc recepit illud Dindorfius.

P. 302. l. 11. *καὶ Ἕλληνες καὶ Ἰουδαῖοι*] Ita addiderunt *καὶ* ante *Ἕλληνες Eusebii MS. Vindob. Syncellus*, Scaligerque, sed omisit istud *καὶ Ἕλληνες Cedrenus.* De celebri autem trium mensium in octaeteride intercalatione cons. illustrem Newtonum *De Chronol. Vet.* p. 75. et seqq. De hoc ipso quoque Africani loco agit Bucherius *De Doctrina Temp.* p. 25. apud *Fabricianam Hippolyti editionem.*

Ibid. l. 13. *καὶ τέταρτον*] Ita addunt *καὶ Eusebii MS. Vindob. Syncellus* Scaligerque. Mox habent hi duo posteriores *ὀκταετίαι* pro *ὀκταετηρίδες.*

Ibid. l. 15. *μῆνες τρεῖς*] Vetus error, pro *ἔτη τρία*, omnibus advectus, quem tamen in interpretatione sua *Demonstrationis Evang.* correxerat, qui idem opus ante Græca edita vertit, Donatus Veronensis.

Ibid. l. 16. *τριμήνου δὲ*] Vulgo *ὡς τριμήνου δὲ*, sed, expungente *δὲ* Scaligero; olim particulam *ὡς* omittere mihi quidem magis visum est. Sed *δὲ* nunc omisit Dindorfius.

Ibid. l. 17. *γινομένης*] For. legendum *γινομένου*, et Goarus ad *oram Syncelli προσγινομένου* posuit. Mendose *γίνονται Eusebii MS. Vindob.* Proxime post Syncellus Scaligerque exhibent *ἔτη συνάγεται ιε′.* pro *ἔτη ιε′. ὀλίγων ἡμερῶν ἀποδεόντων γίγνονται*, ubi *γίνεται* in *eodem MS. Vindob.* scribitur.

Ibid. l. 18. *ταῦτα δὲ πρὸς τοῖς νοε′. ἔτεσιν αἱ ο′. ἑβδομάδες συντελοῦνται*] Syncellus editus Scaligerque *ταῦτά τε πρὸς τοῖς νοε′. ἔτεσιν ο′. ἑβδομάδες.* Reddit Africani verba hoc modo Hieronymus, *Quod si quadringenta septuaginta quinque annis volueris addere septuaginta annorum hebdomadas, hoc est, si simul annos quadringentos nonaginta. Hæc Africanus iisdem verbis, quibus expressimus, locutus est. Transeamus ad Eusebium Pamphili* &c. Fortasse in Græcis reponendum est, *ταῦτα δὲ εἰ προσθῇς*, pro *ταῦτα δὲ πρὸς* &c.quomodo Latine vertit vetus interpres Donatus Veronensis. Ad rem ipsam quod attinet, quanquam multis sacrarum literarum interpretibus placuit hæc septuaginta hebdomadum per annos solares in lunares conversos explicatio, ab aliis tamen, ut dixi, eadem est reprobata, idcirco potissimum quod quæ quidem gentes

annis utebantur lunaribus, eædem annos præterea intercalares ad supplendos lunarium defectus recipere solitæ sunt. Unde factum est, ut cujuscunque fuerint formæ anni earundem gentium seorsum et singillatim positi, in collectis quidem ipsorum summis semper ac perpetuo solares essent. Vid. Prideauxii *Hist. Vet. et Nov. Test. Connexam* part. I. lib. v. p. 406. Attamen hoc notandum est, Africani expositionem 70 hebdomadarum summæ auctoritatis olim habitam fuisse, unde ita scribere non dubitat Auctor Anonymus apud Bedam p. 538. tom. ii. Op ejus. *Julius Africanus, cujus vestigia omnes australes et orientales diligenter unanimiterque in Danielis hebdomadis investigant, universa temporum* &c. Ceterum hic finitur Africani ῥῆσις in Eusebii *Dem Evang.* et *Eclogis Propheticis*, Hieronymique *Commentario in Danielem.* Reliqua, misere tamen corrupta, et maxime illa, quæ proxime his subjecta sunt, Syncello soli debentur.

P. 303. l. 1. Μὴ δή τις ἡμᾶς τῶν κατ' ἀστρονομίαν &c.] Legendum puto, sicut ante dixi pag. 333. μὴ δή τις ἡμᾶς τῷ τῶν κατ' ἀ. sed aliter rem administravit Petavius, verba pauca hæc proferens in opere *De Doctrina Temp.* lib. ii. cap. 60. p. 211. vel 109. qui εἶναι quasi delendum, uncis inclusit. A *Syncelli* vero *textu Goarino* etiam illud τῶν abest, non itidem vel a *MSStis Paris.* vel a Scaligero; et nunc a Dindorfio quoque est receptum.

Ibid. l. 3. προτεταχέναι αὐτήν] Quo referendum sit pronomen αὐτὴν, ignoro. Facilis et concinna emendatio esset προτεταχέναι ἐνιαυτόν. Mox τ' ἀληθοῦς, pro τοῦ ἀληθοῦς, Scaliger et *MSSti Parisienses*, quod recepi. Nunc et Dindorfius.

Ibid. l. 6. ὡς ἐν γραφῇ παρακείσθω] Ita παρακείσθω *MS. Barberin.* ad *oram Syncelli* allatus, atque alter ille ex *Parisinis scriptis*, pro παραθέσθαι in *textu Syncelli*, edito tamen παρατιθέσθω a Scaligero in *Eusebianis.* Habet βραχεῖ pro ἐν γραφῇ idem *MS. Parisinus.* Spectari tamen videtur appendicula scripti. Nunc recepit παρακείσθω ἐν βραχεῖ in Syncellum suum Dindorfius. Quod attinet ad codicem a Goaro hic memoratum, idem ex codice Vaticano seu Palatino Syncelli jussu Cardinalis Barbarini exscriptus est, referente J. M. Suaresio Vasionensi episcopo in *Diatribe* Paris. 1650 edita.

Ibid. l. 8. εἰς ἐννεακαιδέκατον διαιρεθείσης, μέρη τούτων τὰ ε'.]

For. legend. εἰς ἐννεακαιδέκατα διαιρεθείσης μέρη, τούτων, τῶν ε΄. Conferas enim quæ proxime post adduntur. Petavius autem, qui locum exscripsit, de verbis silet.

P. 303. l. 9. τούτων τὰ ε΄.] Pro πέντε perperam exhibebat πάντα teste Goaro *MS. Barberin.* Hic autem apponenda sunt Petavii quædam in loco modo commemorato. "Epiphanius "Hæresi illa LXX. adversus Audianos Ἰουδαΐζοντας disserens, "Paschatis methodum, cujusmodi apud Catholicos esset, ac "lunaris cycli, atque Epactarum rationem exposuit. In qua "horariæ quidem appendices, ac minutiæ locum habent: neque "hoc Epiphanius ignorare potuit: sed facilitatis gratia, et ad "vulgi captum accommodata oratione prætereuntur. Quod "Africanus apud Eusebium in fragmentis Scalig. declarat, "ubi Danielis hebdomadas interpretans, meros lunares annos "esse dicit. Nam cum Octaeteridem exponens tres in ea "menses intercalari dixisset; propterea quod solaris annus "diebus constat $365\frac{1}{4}$, lunaris vero 354, statim ista subjicit. "Μὴ δή τις ἡμᾶς τῶν κατὰ ἀστρονομίαν &c.—συνετέμομεν. Tum "subjicit accuratiorem anni utriusque descriptionem. quan-"quam ea minime cum Sole congruit. Scribit enim: τοῖς δὲ "ἐπ' ἀκριβὲς—διαρεθείσης, μέρη τούτων τὰ ε΄. *Porro in eorum "gratiam qui singula subtilius inquirunt, illud quoque per-"scribemus. Annus igitur quilibet diebus fere constat* CCCLXV, "*et partium quinque, quot dies ac nox simul novemdecim con-"tinent.* Annum ait constare diebus $365\frac{5}{19}$. Qua ratione "sequitur habere præterea horas 6, $18\frac{1}{19}$. ita ut Tropicus "annus Juliano sit major. quod haud scio, an Africanus sibi "persuaserit." p. 211. vel 109.

Ibid. l. 12. καὶ τετραμορίου] Voces a loco alienæ sunt, neque agnoscuntur a Scaligero in *Eusebianis.*

Ibid. l. 13. μερῶν ε΄.] Desideratur ε΄. in Scaligeri *Eusebianis* Fit vero propter lacunam, quam post εἰς τὰ νοε΄. signat Scaliger, cujus autem nulla ratio habita est in Parisinis scriptis, ut verba, quæ proxime post sequuntur, intelligere nequeam. Neque ea prorsus intelligi possunt, si Scaligerum audis; qui de omnibus, quæ inter hæc scripsit Africanus, in hunc modum "loquitur. "Quæ hic demonstrantur," inquit, "si modo "hoc demonstrare est, de mensibus et annis lunaribus, jam-"dudum a nobis diluta sunt. Reliqua melius explodere, quam

" confutare possumus. Neque enim ego ea assequor, neque " is, qui hæc somniabat, intelligebat." Iterumque ait ibidem, " Omnino hæc, ut hic extant, nemo assequitur."

P. 301. l. 16. *κθ'. καὶ ἡμισείας ἡμέρας καὶ νυκτὸς διαιρεθείσης*] Ita se habet Syncelli textus. Scaliger edidit, *κθ'. ἡμερῶν, ἡμησείας, καὶ νυκτὸς διαιρεθείσης*. Velim ego legere *κθ'. ἡμερῶν, καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς δ'*. Petavius porro scribendum putabat *ἡμέρας καὶ νυκτὸς*, qui, quod sciam, fragmenta tantum Scaligeri præ manibus habebat. Ita ille *De Doctr. Temp.* in loco jam memorato, " Similiter et lunarem mensem *ἀκριβῆ* constare " dicit 29. diebus, et nocte divisa in 105. partes, partibus 70, " quæ nimirum octo horas efficiunt. Ita mensis lunaris ab " Africano quatuor horis minor statuetur vulgari ac popu- " lari, qui est 29½. Itaque haud scio an in Græco legendum sit, " *ἡμέρας καὶ νυκτὸς διαιρεθείσης εἰς μέρη σε'. (ρε'.) τούτων τὰ ο'.* " ut diem noctemque perinde ut in solari anno jubeat in 105. " partes dividi. Sed hoc modo lunaris mensis justo major " fuerit, nempe dierum 29. hor. 16. Ideo mendosum hunc in " fragmentis Africani locum esse suspicor. Ex quo illud " nihilominus, quod ad institutum satis est, efficitur; Octa- " ëteridis, ex illorum, qui illa sunt usi, sententia, non eum " præcise modum fuisse, qui populari usu ac methodo conti- " netur; ita ut lunaris annus 354. dumtaxat dies colligeret: " sed exactiorem penes peritos illius methodum reservatam; " cum interim facilitati consulentes sic illam explicarent, et " appendices dissimularent." p. 212. vel p. 109.

Ibid. l. 17. *καὶ ἥμισυ.......ἃ γίνεται ἐννενηκοστοτέταρτα τρία*] Scal. in *Eusebianis*, posthabito *καὶ ἥμισυ*, posuit, *ἃ γίνεται ἐννενηκοστὰ τέταρτα τρία.*

P. 304. l. 2. *παρ' ὀλίγον χρόνον καταγίνεται*] *περὶ ὀλίγων χρόνων κ.* *MSS. Paris.* *περὶ* *Syncell. ed.* sed *παρ'* et *γίνεται* in Scaligeri *Eusebianis* extant. Vertas, *et hæc colliguntur toto fere temporis spatio concluso.*

Ibid. l. 4. *ὡς ἐν τῷ Ἔσδρᾳ παρ' Ἑβραίοις*] In *Esdræ* libro canonico memoratur quidem Artaxerxis illud decretum anno septimo regni ejus concessum, apud *Neemiam* vero hoc alterum, quod ad annum vicesimum ejus pertinebat. Meminisse autem debemus comprehensos olim fuisse a nonnullis sub *Ezræ*, sive *Esdræ*, nomine libros quoque *Nehemiæ* et *Estheræ*,

ut ante ad Melitonis Fragmenta annotavi vol. I. p. 136. Quod quidem fortasse Africani verba exponit. Hoc præterea addam, optime convenire cum septimo Artaxerxis anno, quo rex misit Esram ad Hierosolymam, annos 490. ad Christi occisionem numeratos. Adi et de hac re Prideauxii *Hist. Test. Vet. et Nov. Connexionem*, Lib. V. p. 414—423.

P. 304. l. 5. Ὀλυμπιάδος ὀγδοηκοστῆς τέταρτον ἔτος] Addendum τρίτης post ὀγδοηκοστῆς. Vid. supra pag. 302. lin. 1. Annum porro vicesimum regni Artaxerxis, qui hic nominatur, cum Olymp. 83. 4. convenire confirmat illustris Newtonus *Chronol. Vet.* p. 354.

Ibid. l. 8. τὰ προειρημένα νοε´.] Hoc est cum termino incluso, alioquin anni tantum 474. colligerentur.

Ibid. l. 11. εἰ δέ τῳ δοκεῖ τὰ ιε´. ἔτη, τὰ Ἑβραϊκὰ, πλάνην ἐγγεννᾷν, &c.] Verba in hunc modum interpretor. Quum chronologus noster suspicaretur, haud probatam fore omnibus hujus prophetiæ per annos Hebræos seu lunares expositionem; cumque videret temporis intervallum inter annum vicesimum regni Artaxerxis et Christum Dominum contractius extare, quam ut contineantur in eo septuaginta Danielis hebdomadæ, seu anni solares 490. hoc demum ei, haud profecto exemplis destituto, in mentem venit, breviari posse tempus septuaginta hebdomadum, si ab iis sejungeretur una et dimidia hebdomas, quæ in fine prophetiæ memoratur; ita enim exposuisse Danielis verba Africanus videtur, *in cujus dimidio deficiet hostia et sacrificium*, etsi de una tantum hebdomade angelus loquatur. Immo Auctor *Chronici Paschalis* sive *Alex.* p. 164. ed. Ducangii aperte Africano hanc tribuit sententiam, ut hebdomades 69. completæ esse censeri debeant anno primo Olymp. 202. quando ex Africani mente Christus venerit ad baptismum. Ita tamen una tantum hebdomas restaret, non una et dimidia. Sed hac re missa, eo consilio, ut dixi, rejecit ad sæculi, seu mundi, finem ultimam hanc hebdomadum septuaginta partem Africanus, ut argumentis ac dubitationi nonnullorum satisfaceret. Hoc τὸν χρόνον quidem κουφίζει, ut ipse ait chronologus, non vero totos annos quindecim, qui satis superque sunt, removet. Quod autem fecerat Africanus, id Apollinario Laodiceno postea causa fuit, ut universum hujus vaticinii spatium de temporibus post Christum interpretaretur. Ita enim Hieronymus cap. 9. *Comm. in Dan.* *Asserit autem*

idem Apollinarius hanc se temporum capere conjecturam, quia Africanus scriptor temporum, cujus supra expositionem posui, ultimam hebdomadam fine mundi esse testetur: nec posse fieri ut junctæ dividantur ætates; sed omnia sibi juxta prophetiam Danielis esse tempora copulanda. Hæc de Apollinarii sententia Hieronymus; ut recte exponenda esse Africani nostri verba de fine mundi videantur. Quin et scriptor Africani æqualis, Auctor *Computi de Pascha* ad calcem *Cypriani* in edit. Felli collocatus, cum eo consentiens docet, hebdomadem unam segregatam esse ab angelo de septuaginta, et positam in novissima sæculi tempora. p. 68. Eadem quoque sententia placuisse S. Hippolyto videtur. Vid. Libell. ejus *De Antichristo* cum alibi, tum §. 43. Sed et ante Africanum Clemens Alex., cum ultima hujus prophetiæ tempora a præcedentibus similiter sejunxisset, pertinere ea statuit, idque rectius, ad annos posteros Neronis, atque tempus ex proximo sequens ad usque Hierosolymam eversam. Vid. lib. I. *Strom.* pag. 394. ed. Potteri. Similia habet Auctor supra memoratus *Chronici Paschalis* p. 165. Cons. et Eusebii *Eclogas Prophet.* III. 26. p. 164. a cl. Gaisfordo nunc primum editas; ubi quoque, aliter quam Africanus, a Cyri temporibus hebdomadas septuaginta numerare instituit Eusebius. Interea notat Africanus, qui ad ipsum mundi finem ultima hæc trahit, nihil fere mirabile, quo verisimiliter referri possit prophetia, in temporis post Christum spatio usque ad suum tempus contigisse. Ita enim verba interpungo et intelligo, *μετ᾽ ἐκεῖνα, εἰς ἡμᾶς ἔτη διακόσια ἐγγὺς, καὶ οὐδὲν ἐν μέσῳ παράδοξον ἱστόρηται*, quæ haud cepit Goarus interpres.

Ceterum cum in Syncelli textu et Scaligeri *Eusebianis* ι'. pro διακόσια perperam scriptum esset, *Schedarum Barberinarum* lectio διακόσια a Goaro in versione sua Latina præstari debuerat; quæ in altero quoque ex *Parisinis scriptis* in gratiam meam collatis extat. Nam hoc fere temporis spatium computare solitus est Africanus a morte Christi ad ætatem suam; ut constat tam ex hujusce ῥήσεως fine, quam ex Num. XXXIX. ubi annus ille a mundo condito 5723. Elagabalo tunc regnante, commemoratur, a quo quidem anno deductis illis 5531, quos Christi mortem præcedere idem Africanus signavit, reliqui anni erint 192.

P. 304. l. 14. δύναται δὲ καὶ ἡ μία &c.] Particulam καὶ, quæ abest a Syncelli textu, addiderat Scaliger, firmante nunc *utroque Parisiensi MSto*, sed δὲ ille omisit. Mox articulum τὸν nobis præstiterunt ante ἐπιζητούμενον idem Scaliger atque *MStus* alter *Parisiensis*. Nunc et καὶ et τὸν addidit Syncello Dindorfius.

Ibid. l. 17. χρόνον] χρόνους ad *oram Syncelli* Goarus. Mox ediderat ἀμφιβολικώτερον pro συμβολικώτερον in *Eusebianis* suis Scaliger.

Ibid. l. 20. ἐπεὶ καὶ συναιρεῖσθαι &c.] Sensus verborum est, *quoniam pericope, quæ visioni præmissa est, interpretationem nostram aliquanto adjuvare videtur.*

P. 305. l. 5. Ἡ θυσία, φησὶν &c.] Textui τῶν ο'. qualis in Codice extat Chisiano Romæ haud ita pridem edito, et postea a cl. Holmesio repetito, hæc conveniunt. Sed vero verba illa ante prolata lin. 1. Ἐν ἔτει τρίτῳ τῆς βασιλείας Βαλτάσαρ, præstat altera, quam Theodotianam vocant, Interpretatio; Chisiano illo Codice exhibente, Ἔτους τρίτου βασιλεύοντος Βαλτάσαρ. Consentit autem in diebus 2300. repræsentandis hæc Africani ῥῆσις cum eodem codice atque Hebraicis exemplaribus, quos tamen dies vult esse 2400. non 2300, Theodotianæ versionis exemplar Vaticanum, haud itidem Aldinum et Alex.

Ibid. l. 7. εἰ γὰρ εἰς μῆνα τὴν ἡμέραν λογισαίμεθα—ὡς ἀλλαχοῦ—εἰς ἐνιαυτοὺς αἱ ἡμέραι παραλαμβάνονται] Adi *Levit.* xxv. 8. Respicit auctor ad expositionem suam 70. hebdomadum.

Ibid. l. 13. ἔτη γὰρ συνάγονται ρπε'.] Erroris in recensendis Hierosolymitani excidii ante Persas annis, quem sæpius admisit Africanus, jam prius originem detexi. Hinc igitur corruat jaceatque necesse est ipsa quidem dierum 2300. per Hebraicos menses expositio; præterea quod in tempora templi restitutione longe posteriora pars ista vaticinii fere semper confertur. Exhibent mendose Scaligeri *Eusebiana* ρξε'. a quibus tamen recte abest εἰς ante τὴν πόλιν, lin. 1. idem quoque Goaro ablegare volente; quod nunc fecit Dindorfius.

Ibid. l. 15. ἀκολούθως τοὺς πρὸς τούτοις] Legendum, ut supra lin. 10. τοὺς πρὸ τούτου. Quippe respicitur ad intercalationem illam mensium trium in octaeteride quaque supra pag. 302. et seqq. commemoratam; nam hic quoque deprehendes, si modo annos 191. menses 8, quæ summa est men-

sium 2300, per menses intercalares minuere velis, restare annos circiter 186.

P. 306. l. 1. *ἰδίᾳ δὲ περὶ τούτων* &c.] Vide quæ de hoc opere supra notavimus p. 223.

Ibid. l. 4. *τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος δὲ* &c.] For. *τῶν* pro *τοὺς* legendum est, ut verba pendeant illo *θαυμάζω* subintellecta præpositione *περὶ*, quemadmodum Goarus vertit locum. Statim post *προηγορεῦσθαι* et *ὑπ' ὄψιν* præbuerunt idem Goarus in *marg.* atque *MS. alter Paris.* pro *προηγορεῦσαι* et *ὑπόψιν*. Quæ nunc recepit Dindorfius. Scaliger quoque in *Eusebianis* ita ediderat, *τοὺς δὲ ἀπὸ Μαρκίωνος ὑπὸ τῶν προφητειῶν μὴ προηγορῆσθαι, οὕτω γυμνῶς ὑπ' ὄψιν* &c.

Ibid. l. 9. *Συνάγονται δὲ τοίνυν οἱ χρόνοι ἐπὶ τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν—ἔτη ͵εφλα'.* &c.] Africanus supra in Num. x. p. 246. —*ἀριθμὸν ἐτῶν πεντάκις χιλίων πεντακοσίων εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Σωτηρίου Λόγου τὴν ἐπὶ τῆς μοναρχίας τῶν Καισάρων κηρυσσομένην παραδεδώκασιν,* (Judæi ex historiis sacris.) Hæc de Christi natalibus Africanus. In hoc autem altero loco, ubi particulam *δὲ* ex *utroque scripto Parisino* supplevi, scribendum esse *κτίσεως* pro *ἀναστάσεως* censet Goarus; sed lenior ac certior emendatio esset *ἀνάστασιν,* atque ita locum repræsentasse Scaligerum post vidi in *Animadvers. in Eusebii Chron.* pag. 131. etsi *ἀναστάσεως* posuisset in *Eusebianis* suis. Confirmatur quoque hæc scriptura ex eo quod ad *ῥῆσιν* proxime post secuturam habes Georgium Syncellum de Africano ita loquentem: *Ὁ μὲν οὖν Ἀφρικανὸς συμφώνως τῇ ἀποστολικῇ παραδόσει τῷ ͵εφ'. ἔτει τὴν θείαν χρονολογήσας σάρκωσιν, περὶ τὸ πάθος καὶ τὴν σωτήριον ἀνάστασιν δυσὶν ἔτεσι διήμαρτεν, κατὰ τὸ ͵εψλα'. ἔτος τοῦ κόσμου ταύτην συναγαγών.* Atque propter hæc loca nil dubii superesse videtur, quin Africanus, sicut multi alii veteres scriptores, natum Christum ex B. Virgine fuisse statuerit anno mundi 5500, et passum esse anno sequente 5531.— Ad hæc, quoniam hic chronologus, ut ex verbis ejus colligitur in *ῥήσει* hac I. pagg. 301. et 302. et 304. secum invicem collatis, mortem resurrectionemque Christi ad ann. secundum Olymp. 202. apposuit, quod quidem confirmat Georgius in loco modo adducto, ostendens hic agere de anno Dominicæ mortis Africanum, inde consequens est, eum collocasse incarnationem Domini anno tertio Olymp. 194. an-

nis ante mortem ejus triginta et uno. Nihilominus tamen fatendum hoc est, si modo veram sententiam verborum ejus præstent alii veteres scriptores, videri Africanum in annis Olympiadicis ad mundi annos accommodandis a semetipso aliquantum sensisse. Vide Syncelli *Chronograph.* pag. 212. et Num. Africani XXXIX. et XLIX. Probe scio, fere omnia hæc loca varie exposuisse viros doctissimos.

Interea cum ipsæ quoque interpretationes eorundem virorum Africanum modo hac modo illa computandi ratione usum esse fingant, nihil profecto inde præjudicii fieri debere putem aliis claris ac disertis locis sententiam ejus indicantibus, quibus incarnationem mortemque Christi certis annis Mundi atque Olympiadum ipse quoque attribuit, etiamsi in accommodatione annorum ad annos quandoque errare potuerit.

Sed ut ad Africani verba redeam, *ἐπὶ τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν καὶ τὴν ἀνάστασιν*, in quibus conjungitur Christi D. N. adventus resurrectioni ejus, idem habet Joannes quoque Malala in *Chronograph.* sua lib. x. pag. 294. *ὡς γίνεσθαι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα γεννήσεως καὶ σταυρώσεως ἔτη ͵εφλγ'*. Itidem in Exordio *Chronicorum Euseb.* hoc positum est: *et quo tempore fuit adventus Salvatoris nostri Jesu Christi, sive passio ejus.* Immo prorsus convenienter tam re quam verbis Eustathius Antiochenus in loco *Commentarii in Hexaem.* a me supra ad Num. IX. allato: *Γίνεται οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὴν τελευτὴν Φαλὲκ ἔτη ͵γ'. ἐπὶ δὲ τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν καὶ ἀνάστασιν ἔτη ͵εφλα'*. De hac re tantum. Jam vero, ad Christi natales quod pertinet, præter Joseppum illum in *Libro Memoriali*, de quo supra ad Num. VIII. tam Q. J. Hilario ad hunc Num. pag. 340. commemoratus, quam S. Hippolytus in *Interp.* sua *in Danielem* §. 4. Romæ primum edita anno 1772. Anonymusque Scriptor *Historiæ Physicæ* haud ita pridem publici juris factus, annos 5500. a mundo condito collegerunt ad Christum; e quibus Hippolytus ait, *ἡ γὰρ πρώτη παρουσία τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ἡ ἔνσαρκος ἐν Βηθλεὲμ, ἐπὶ Αὐγούστου γεγένηται πεντακισχιλιοστῷ καὶ πεντακοσιοστῷ ἔτει.* Ex his igitur omnibus testimoniis ac rationibus id pro certo atque evidenti statuas, male repræsentatos esse Africani numeros apud Prosperum Aquitanum in *Chronico Integro*, quod primus edidit Labbæus, cujus hæc sunt,—*sunt ergo om-*

nes anni ab Adam usque in annum xv. *Tiberii Cæsaris* 5360. (ita Julianus Pomerius annos fere computat Christi fine operis sui) *aut* 5228. *Anni vero secundum Geneseos scripturam* et Africani Historici supputationem amplius inveniuntur 129. pag. 558. *Vetust. Lat. Chronicorum* edit. Roncallii.

P. 306. l. 12. ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν ἀποδέδεικται] Confer Num. XXXIX. Ex utroque loco collegit Scaliger *Animadv. in Eusebii Chron.* p. 232. Africanum primo anno Olymp. 250. absolvisse hoc celebre opus suum.

LI.

Ibid. l. 27. Ὁ μὲν οὖν Ἀφρικανὸς &c.] Confer not. ad Num. L. proxime ante positam, p. 493. His autem similia sunt Syncelli illa p. 325. *Chronograph.* tres annos Dominicæ prædicationi attribuentis, Ὅτι μὲν ͵εφλα΄. οὐχὶ δὲ ͵εφλγ΄. ὁ Ἀφρικανὸς λέγων, δύο σφάλλεται ἔτη, κατὰ τὴν ἀψευδῆ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ὑφήγησιν. πρόδηλον γὰρ ὅτι τῷ λ΄. ἔτει—καὶ ἐδίδαξε, καὶ ἐθεράπευσε πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐπὶ τρία ἔτη.

Ibid. l. 29. ἔτος] Hoc pro ἔτει ex *MSStis Parisinis* reposui. Sed Scaliger in Notis ad *Græca Eusebii* p. 423. locum ediderat κατὰ τὰ ͵εφλα΄. ἔτη τοῦ κόσμου. Supra pro περὶ habebat Syncelli textus facili errore παρὰ, quem emendant Goarus, Scaliger, librique scripti.

Ibid. l. 30. συναγαγών.] Ait Scaliger in loco jam indicato; "Causam hujus sententiæ Africani reddidimus in Notis ad "Canonem (p. 174.), ubi ostendimus, quomodo alii eodem "anno quo baptisatus fuit, passum fuisse dicunt, alii anno "sequente propter duo ἔτη, τὸ μὲν δεκτὸν, τὸ δὲ ἀντιλεγόμενον. "quæ frivola et puerilia alibi confutavimus." Ita Scaliger. De hac autem quæstione, cum aliquid huc pertinens ad MELITONEM vol. I. p. 146. notaverim, tantum hoc loco addam, opponi posse τῷ ἔτει δεκτῷ, apud S. Lucam, iv. 19. ex quo unum tantum prædicationis annum colligebant, τὰ τρία ἔτη Dominicæ vineæ ab eodem commemorata, cap. xiii. comm. 7.

LII.

P. 307. l. 2. ὅτι ἐπὶ τούτου] Hic paulo vetustior statuitur

Clemens, quam aut Cavius censuit, qui in *Hist. Lit.* floruisse eum ait ab ann. 192; quo anno Commodus occisus est; aut scribit S. Hieronymus, qui in *Lib. De Illustr. Viris.* similiter posuit, floruisse Clementem Severi et Antonini filii ejus temporibus; qui quidem Severus Commodo in imperio successit. Vulgo *περὶ τούτου* Cedrenus, pro quo *ἐπὶ τούτου* in nova sua editione a cl. Bekkero nunc positum est. Itidem in *Eclogis Historiarum* a cl. Cramero editis verba hæc sic se habent: *Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐγνωρίζετο, ὥς φησιν Ἀφρικανὸς ὁ σοφώτατος, ἐπὶ Κομίδου,* pag. 285. Hunc scriptorem atque ipsum Africanum una cum Origene, *ἄνδρας πάσης σοφίας ἐπιστήμονας* dicit fuisse Socrates in *Hist. Eccl.* II. 35.

LIII.

P. 307. l. 10. *Ἀφρικανὸς Ἄβγαρον* &c.] Hoc non solum Georgius Syncellus servavit, sed et Eusebius in *Chronico*, in quo ad Olymp. 249. hæc adposita sunt: *Abgarus vir sanctus regnavit Edessæ, ut vult Africanus.* Opinatur quidem vir doctissimus Theoph. Bayerus in *Hist.* sua *Osrhoena et Edessena*, lib. iii. p. 166. excerptum a Georgio hunc locum fuisse ex Cestorum libris, quos Africanus composuit; siquidem statim post idem Georgius hos Cestorum libros ab Africano Imp. Alexandro nuncupatos commemorat. Tum vero alium præterea locum, vir cl. protulit inventum apud *Excerpta τῶν Κεστῶν* Græce edita a Melchisedeco Theveneto e duobus MSStis Regiis et uno Colbertino, in quo Abgarus cum filio suo Manno commemorari videtur. At, si concedatur composuisse hos Cestos Africanum chronologum, tamen et hoc loco Georgius mentionem fecit Africani *τοῦ τὰς ἱστορίας ἐν πενταβίβλῳ συγγραψαμένου*; quod vero præcipuum est, Eusebius, qui in *Chronica* sua totum fere Africani opus de Temporibus desumpsisse censetur, hanc eandem Africani de Abgaro *ῥῆσιν,* ut ostendi, in eodem opere protulit. Quapropter *Chronicis* Africani potius quam *Cestis* deberi eam opinor.

Ibid. *Ἄβγαρον*] *Αὔγαρον* ad marg. *Syncelli* Goarus, idque nunc recepit ex *MS. priori Paris.* Dindorfius, atque ita edidit Scaliger in *Eusebianis* in pag. 84. Ita iterum proxime post Syncelli textus, et ante in p. 329. *Chronogr.* solennis enim

literarum β et υ inter se permutatio est. Sed neque Ἄβγαρος neque Αὔγαρος, sed Ἄγβαρος probat Valesius ad Euseb. *Hist. Eccl.* lib. I. cap. 13. Ubi figmenta illa falsarii cujusdam vetustissimi de Abgaro et Christo ab Eusebio sistuntur. Videndus autem Fabricius in *Cod. Apoc. Nov. Test.* vol. I. p. 316. de hoc nomine Edessenorum regulis communi. Et vero cl. Bayerus in *Hist. Osrhoena et Edessena* jam commemorata, lib. ii. pag. 74. tutius esse scribit numos et Syriaca monumenta sequi, quæ Ἄβγαρος et Αὔγαρος præ se ferunt. Cumque aliis interdum formis *Abgarus*, vel *Augarus,* Eusebii præstat Chronicon ; *Abgarius* Interp. Armenia. Ceterum hic Abgarus, quem statuit Bayerus lib. iii. pag. 169. ejusd. op. anno Christi 200. regnare cœpisse, per insidias Imp. Caracallæ regno est exutus anno 217. qui erat ipsius Caracallæ extremus.

P. 307. l. 10. ἱερὸν ἄνδρα] Cl. Bayerus pag. 173. "Abgarum hunc "Christianum professione fuisse, etiam numi testantur, in "quibus tiaræ non superstitionis fœtorem præ se ferunt, Beli "et ceterorum deorum astra, sed insigne devoti Christo ani"mi, crucem." Ita vir. cl. Contra statuit Franciscus Wise V. D. in *Epistola De Numo Abgari regis ad Missorium* p. 16. crucem in Abgari tiara ex decore tantum unionum constructam videri; quinetiam istiusmodi figuram ornamenti gratia ait sæpius a regibus Orientalibus institutam esse, appellato hujus rei teste Vaillantio, *Num. Arsacid.* p. 63 et 351. Verum tamen oportet eum Christianum fuisse, quem ἱερὸν ἄνδρα Africanus, *virumque sanctum* Hieronymus dixerit. Hunc quoque esse Abgarum illum ὁσιώτατον ἄνδρα apud Epiphanium *Hær.* lvi. *Bardesianistarum*, num. 1. censet Grabius tom. I. *Spicil. PP.* p. 317. qui nonnulla memoratu digna de hoc Abgaro ex auctoribus refert. Itidem ex verbis sequentibus, τοῦ πρώην Ἀβγάρου, colligit sibi vir cl. pag. 314. Africanum notissimam illam de Servatore nostro et vetustiore Abgaro historiam in *Chronico* suo protulisse. Quod dubio non vacare mihi quidem videtur. Primum ad Epiphanii Abgarum quod attinet, is, qui ante tempora Antonini Veri, seu Philosophi, ut ex eodem Epiphanio constat, vita defunctus est, idem esse atque Abgarus hic Africani nequit esse. Deinde prior ille, ὁ πρώην a chronologo nostro dictus, diversus esse videtur a celebratissimo Abgaro, qui Christo apud homines agente floruit ;

et potius ex cognominibus regulis fuisse, qui proxime ante Africani Abgarum regnaverat. Verum diversum quid attulisse cl. Wise in *Epistola* sua p. 15—27. nunc video, ubi Antoninum Caracallam pro Antonino Vero apud Epiphanium vult intelligi debere, tum vero Epiphanii auctoritatem ab aliis testibus labefactatam ostendit; quod si ita sit, stare poterit sententia quidem Grabiana, qua habentur iidem esse reges commemorati ab Epiphanio et Africano.

LIV.

P. 307. l. 20. *διὰ πολλὴν τοῦ Ἡρακλᾶ φήμην*] Addit Eusebius, *ὃν* (Heraclam) *ἐπὶ λόγοις φιλοσόφοις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήνων μαθήμασιν εὖ μάλα διαπρέψαντα, τὴν ἐπισκοπὴν τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας ἐγχειρισθῆναι ἐδηλωσάμην*, h. e. supra in eodem sexto *Historiæ* libro. In *Chronico* An. Christi 235. posuit, *Alexandrinæ ecclesiæ duodecimus episcopus ordinatur Heraclas, an.* xvi.

LV.

P. 308. l. 3. *Ἡμεῖς γὰρ οἱ κᾀκείνων* &c.] Huic *ῥήσει*, postquam Origenem atque alios Origene antiquiores commemoravit, verba præmisit S. Basilius M. istæc; *ἀλλ' οὐδὲ Ἀφρικανὸν τὸν ἱστοριογράφον τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς δοξολογίας παρέλαθε* (h. e. in quo præpositio *σὺν* cum voce *Πνεύματι* jungitur). *φαίνεται γὰρ ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς τῶν χρόνων ἐπιτομῆς, οὕτω καὶ αὐτὸς λέγων· ἩΜΕΙΣ γὰρ* &c. *At nec Africanum talis glorificandi forma præteriit. Siquidem palam est in libro quinto Temporum Epitomes, et ipsum ad hunc loqui modum:* NOS vero &c. Ait Gallandius, qui posuit hanc Africani *ῥῆσιν* ultimum fragmentorum, quæ ipse collegerat, existimasse Tillemontium in *Mem. Eccles.* tom. iii. p. 256. (p. 111. ed. Bruxel.) Africanum quinto suo Chronographiæ libro his verbis finem imposuisse.

Ibid. *κᾀκείνων τῶν ῥημάτων τὸ μέτρον ἐπιστάμενοι*] Locum aliquem S. Scripturæ ante adduxerat auctor. Ait editor Benedictinus in tribus MSS. extare *τῶν ῥητῶν*.

Ibid. l. 5. *τοῖς ἰδίοις ἡμῖν*] *Joan.* i. 12. *Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.* et xiii. 1. *ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ.*

P. 308. l. 5. ἡμῖν Πατρὶ] Sic MSS. quinque. Editi ἡμῶν πατράσι. *Qui præbuit nostris patribus omnium servatorem* &c. Ibidem hæ voces καὶ κύριον ἡμῶν desunt in tribus MSS. Mox editi καὶ ἡ μεγαλωσύνη. Codices MSS. ut in textu. (sine illis καὶ ἡ, quæ tamen fortasse restituenda sunt.) S. BASILII EDITOR BENEDICTIN.

LVI.

P. 309. l. 5. ITEM SECUNDUM AFRICANUM] "Erant apud "Latinos," ait Dodwellus, qui hæc edidit in *Dissert.* sua *De Rom. Pontificum Successione*, "antequam Eusebianum Chroni-"cum verteret Hieronymus, qui Africani Chronicon Latine "verterant, Fastisque Consularibus aptârant, et diversis de-"inde temporibus ad suam cujusque, quâ vixit, ætatem con-"tinuârant. Hoc e prædicto bonæ notæ Chronici Eusebiani "Codice Mertonensi discimus, ad cujus finem ista subjuncta "legimus." Tantum Dodwellus. Atque de excerptis hujus-modi satius fore silere olim dixi, donec ad has oras appulerit *Eusebiani Chronici* integri Versio Armeniaca a monachis S. Lazari Venetiis jam jam, ut fama ferebat, edenda cum interpretatione Latina adjecta. Sed postquam huc appulit magno bono publico opus eximium, nihil tamen, quod pertineat ad hujus fragmenti illustrationem, ei inesse apparebat. Plurima interea video, quæ jam antea in superioribus a me statuta fuerant de Africani calculis, ex veteri isto Africaneo excerpto firmari. Porro præfixum idem fuisse Vallarsianæ atque Roncallianæ *Chronici Eusebiani* editionibus, nunc certior factus sum. Ita enim pag. 70. Roncallius; "Hæc quæ sequuntur "habentur in Parmensi MS. quæ licet non sint Eusebii, aut "Hieronymi, tamen cum in aliis quoque libris viderit Ponta-"cus, et hic habeantur emendatiora, placuit Vallarsio (pag. 86) "subdere. *Continet itaque omnis Canon secundum Hieronymum* "*an.* MMCCCXCV. *Item secundum Veteres. Ab Adam usque ad* "*Diluvium an.* MLXX. (sic) *A Diluvio usque ad* &c. &c. ITEM "secundum Africanum, qui de temporibus &c."—Nimirum ante Dodwellum Arnaldus Pontacus in præclara sua *Eusebiani Chronici* editione anno 1604 typis impressa chronologicum istud, licet ignorasse a Pontaco hoc factum Dodwellus

videtur, in Notis col. 236. adduxerat, sed finitum verbis illis, *In se omnes anni—anni* v̄DCCXXVI.

P. 309. l. 9. Cataclysmo] Post *Cataclysmo* habet *Noe* Vallarsius, sed convenit cum Mertonensi Pontacus.

Ibid. anni ĪICCXLII.] At minime dubium est, quin Africanus annos 2262. a Mundo Condito ad Cataclysmum collegerit, cujus verba attuli in ῥήσει VIII. pag. 243. Et causam additi vicennii ita exposuit Georgius Syncellus p. 20. *Chronograph.* Μαθουσάλα γενόμενος ἑκατὸν ἑξήκοντα ἑπτὰ ἐτῶν ἐγέννησεν τὸν Λάμεχ τῷ χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ πεντεκοστῷ τετάρτῳ ἔτει τοῦ κόσμου. τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων τῷ ἑκατοστῷ ὀγδοηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει αὐτοῦ Μαθουσάλα φέρουσιν τὴν γέννησιν Λάμεχ· οἷς καὶ ὁ Ἀφρικανὸς ἀκολουθήσας τῷ δισχιλιοστῷ διακοσιοστῷ ἑξηκοστῷ δευτέρῳ ἔτει τοῦ κόσμου τὸν ἐπὶ Νῶε κατακλυσμὸν ἐστοιχείωσεν. Confer item not. ad Num. VI. p. 365. Sed de numeris plerisque, qui sequuntur, veræ Africani chronologiæ atque huic fragmento bene convenit.

Ibid. l. 12. anni CCCCXXX.] Confer Num. IX. et not. ad Num. XXII. p. 432.

Ibid. l. 13. an. LV.] Vide not. ad Num. XXII. pag. 432.

Ibid. l. 18. anni CCXXX.] Ita quidem et alibi Africanus; annos tamen 233. collegit Augustinus lib. xii. *De Civitate Dei* cap. 10. a Persici regni initio usque ad Alexandri victoriam.

Ibid. l. 20. anni LXXIV.] At vero ex Num. XLIX. p. 293. certum esse videtur interfuisse pro Africani rationibus annos tantum 58. mensibus aliquot fortasse excurrentibus, inter Ptolemæorum occasum et Christi resurrectionem.

Ibid. in se omnes anni] Itidem in Adjunctis post Africani tempora habet hic Recensus——*qui facient* in se *menses* 12511.

Ibid. l. 21. v̄DCCXXVI.] Edidit Vallarsius quoque MMMMMD CCXXVI. Ostendit et ipsa quoque annorum, qui supra in hoc Recensu signantur, collecta summa, si modo sani sint numeri, scribendum hoc loco esse v̄DXXVI. Attamen revera collegisse sibi Africanum annos v̄DXXXI. satis superque constat.

Ibid. l. 24. anni CLXXXIV.] Ad tempora Africano posteriora, atque Imp. Julianum attigentia, pertinent, quæ hæc sequuntur in MSto. Fragmento autem istoc adducto addit Dodwellus, "Errores ipsos repræsentavimus sane fœdissimos imperitis-

" simi librarii. Nec enim vacat impræsentiarum alia anno-
" tare, quam quæ faciant ad illam, de qua agimus, causam.
" Illud itaque imprimis constat e Syncello, annum ipsum quo
" Chronicon suum terminavit Africanus, fuisse primum Ol.
" 250. quo fuerit Archon Philenus, Elagabali III. Coss. Grato
" et Seleuco, a primis nimirum Coss. pro Africani rationibus,
" vitiosis tamen illis DCCXXV. Hæ notæ annum Christi de-
" signant CCXXI. pro Ær. Vulg." (Vid. supra τὴν ῥῆσιν XXXIX.)
" Hucusque igitur Chronicon suum tam Archontibus quam
" Coss. a primis usque Archontum et Consulum initiis insig-
" nitum deduxisse ipse videtur Africanus. Et quidem si pro
" hac forma et reliqua deduxerit, cum annis etiam Imperato-
" rum Coss. alios illum conjunxisse consentaneum est, cum
" hos ipsos Coss. cum III. Antonini Elagabali anno conjunx-
" erit. Nimirum annum illum intelligit, non quo Monarchiam
" Alexander adeptus est, sed quo primum adoptatus est ab
" Elagabalo et Cæsar factus, et socius in imperio." Huc us-
que Dodwellus. Proxime ante habent *Alexandrinorum* pro *Alexandri* Pontacus et Vallarsius, particulamque *et* Vallarsius ante *Antoninus*. Sed ad hoc nomen quod attinet, designari eo videtur Antoninus Elagabalus, cui *Aviti* cognomen inditum fuisse supra ostensum est ad Num. XXXIX. *Moracaviti* nomen verisimiliter interpretandum est cum cl. Vallarsio *Marci Aurelii Aviti*, vel potius, ut puto, *Marci Aviti*, absque Aurelii vocabulo. Certe in hoc viro, cui Alexander successit, finis, teste Lampridio c. 33. *Heliogab.* Antoninorum nomini in republica fuit. Vid. et cap. 5. et seq. *Alexand. Sev.* Sin vero ad initium tantum Elagabali a Christi morte annos computaveris, constabit ex Numero XXXIX. ac fine Num. L. inter se collatis, Africanum annos pro rationibus suis sibi collegisse 188. vel 189, non, ut hic scriptum est, 184. Et reponendum erit pro annis CLXXXIV anni CLXXXXII. ad annum tertium, seu penultimum, Elagabali post resurrectionem Domini collecti. Denique hos annos ab Africano collectos fuisse ideo refert hic Excerptor, quod finitum est Africani Chronicon brevi ante Elagabali mortem, cui Alexander Severus successit. Et veram esse hanc hujus clausulæ interpretationem confirmat Cassiodorus, quo libentius et fidentius omni mutationi nominis *Alexandri* nuntium nunc mitto; verba enim ejus sunt

in *Chronico; Marcus Aurelius Antoninus* xx——*Alexander et Augustus. His Coss. in Palæstina Nicopolis, quæ prius Emaus vocabatur, urbs condita est.* Additum in Eusebii *Chronico*, ex quo postrema sumpsit Cassiodorus, *legationis industriam in ea suscipiente Julio Africano scriptore temporum.* Vid. Cassiodori Chron. p. 208, vol. II. *Vetustiorum Lat. Chronicorum*, Roncallio edente.

Finita collectione Fragmentorum Africani, quorum multa omnes et singulos, quod sciam, historiæ literariæ scriptores hactenus fugerunt, aliquid mihi adjiciendum censeo de nonnullis opusculis ac locis eidem chronologo, immerito, ni fallor, aut saltem *ἀμαρτύρως*, attributis. Misso *Cestorum* libro, quod quidem opus semi-ethnicum atque incerti auctoris, mutilum atque interpolatum, de rebusque naturalibus agens, ad nostras certe rationes nihil pertinet; neglecta simul *Passione S. Symphorosæ et septem filiorum ejus*, quam quidem ab Africano scribi posse et Tillemontius et Ruinartus opinantur, quæ vero nullo idoneo nixa testimonio ei abjudicanda videtur; notatu dignum est, Petrum Lambecium tomo v. *Comment. in Biblioth. Vindob.* p. 355. codicis Græci meminisse, in quo extat Africani *Narratio de iis quæ contigerunt in Perside per incarnationem* (διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως) *Christi.* Hanc narratiunculam *Chronographiæ* Africani partem fuisse Cavius quidem suspicatus est; postquam vero in meam gratiam descripta esset, ipsam novi continere nil nisi meras nugas ac *τερατολογίαν* de profectione Magorum ad venerandum Christum. De stella autem a Magis visa, eandem a Zoroastre prædictam fuisse, ex auctoribus Orientalibus refert Prideauxius lib. iv. *Hist. Vet. et Nov. Test. Connex.* p. 329. qui ibidem monuit, omnia hæc sumpta videri ex fabulosis Orientalium Christianorum scriptis. Et postquam hæc scripsi, certior factus sum a cl. Harlesio in *Supplement. ad Introduct.* suam *in Ling. Gr.* vol. ii. p. 370. editam fuisse hanc Narrationem anno 1804. ex binis Codd. Monac. cum Latina Versione et notis criticis a viro docto; qui recte judicaverat, tantum abesse, ut Narratio istæc ad scriptorem omnium antiquorum ore celebratum referri possit, ut nihilum quidem habeat

Africani chronographi ingenio dignum. Est autem verisimile, ex una et eadem officina prodiisse tricas istas atque Pseudo-Crotonis historiam de Apostolorum et Judæ in Perside Peregrinationibus, quam Africanus noster, si Diis placet, in Latinam transtulisse linguam dicitur in lib. v. Abdiæ *Apostol. Hist.* cap. 20. apud Fabricii *Cod. Apocryph. Nov. Test.* vol. ii. p. 629. Hanc ipsam quoque Pseudo-Abdiæ historiam, quam ab Abdia viro Apostolico et Babylonis in Persia episcopo sermone Hebræo ferunt scriptam, postea vero a discipulo ejus Eutropio Græce versam, idem ille Africanus Latine interpretatus est, si Africano personato Latina lingua scribenti credimus in Præfatione. In eo tantum differunt istæ fabulæ Pseudo-Abdiæ a *Narratione de iis quæ in Perside contigerunt*, quod illa Narratio, dum adhuc Græco sermone circumferebatur, Africano attributa est. Grabius quidem in Notis ad *Spicil. PP.* vol. I. p. 314. existimare se ait nonnulla apud Abdiæ opus ex Africani *Chronographia* desumpta fuisse. Sed quænam ista fuerint, nemo, opinor, nobis significare poterit. Et de nugis hujusmodi satis.

Testatus quidem est Moses Chorenensis in *Hist. Armeniaca*, quam primi Armeniace ediderunt et Latine verterunt Gul. et Georg. Whistonii, libro ii. cap. 9. ineunte, se suam ipsius historiam "traditurum esse ex quinto libro depromptam "Africani scriptoris Chronici, cui Josephus et Hippolytus" (auctores affert pseudepigraphos) "multique alii ex Græcis "testimonium dant. Is enim quæcunque de nostris regibus "narrat, ea deprompsit universa ex tabulario Edessæ, quæ "est Urha; cujus quidem tabularii libri de fanorum historiis "e Nisibi et Sinope Pontica fuere eo advecti." Hæc secundum Versionem Whistonianam Moses Chorenensis, de quo ipso nonnihil dixi ad Aristonem Pellæum p. 101—105. vol. I. Quot autem historica Africano germano debuerit Moses ille, si modo quidquam debuisse eum concedatur, nec mihi, neque alii cuiquam adhuc, quod sciam, constitit. Aliud quiddam præterea a Joanne Malala in *Chronographia* sua, initio lib. xi. pag. 351. Africano atque Irenæo attributum est, quod tantis viris prorsus indignum videatur. Scilicet de Joanne Apostolo ait Malala, ἀφανῆ ἑαυτὸν ποιήσας οὐκέτι ὤφθη τινὶ, καὶ οὐδεὶς ἔγνω τί ἐγένετο (for. addend. περὶ αὐτοῦ) ἕως τοῦ νῦν· καθὼς

'Αφρικανὸς καὶ Εἰρηναῖος οἱ σοφώτατοι συνεγράψαντο, hoc est, ni fallor, aliqui ψευδώνυμοι. Nam Malala tot alia tam aperte aliena Eusebio supposuit, ut existimare induceretur doctissimus editor Humfredus Hodius, Malalam non verum adduxisse sive genuinum Eusebii Chronicon, sed chronicon quoddam suppositum sub Eusebii nomine circumferri solitum. *Prolegom.* §. 25.

Sunt etiam nonnulla, quæ a recentioribus sine idoneo testimonio Africano adscripta videntur. Ita exempli causà affirmat Scaliger *Animadv. in Eusebii Chron.* ad ann. MDCCCXXIV. pag. 134. Africanum Bibliorum versionem LXXviralem conjicere in Olympiadem 132. hoc est annum Philadelphi 33. quam in tertio anno ejusdem regis collocat Eusebius. Dubio procul respicit illa, quæ extant apud Georgium Syncellum pag. 273. et in *Excerptis* suis *Eusebianis* pag. 66. Ea quidem scribere poterat Africanus, sed eadem ab ipso scribi, hoc fortasse ex sola conjectura Scaligeri est statutum. Quod eo magis notandum duxi, prout alia nonnulla consimilia in superioribus, quia in re alicujus momenti viris doctissimis Scaligeri auctoritas imposuit. Solet Assyriorum quoque regum tabulam Syncellianam pag. 96. Africano Scaliger adscribere, sed ἀμαρτύρως, ut viri docti ostenderunt. In *Prolegomenis* insuper fol. 3. aliorum regum tabulas nominavit. De Olympionicarum autem Catalogo, quem Scaliger Africano sæpius a se attributum, in *Eusebiana* sua pagg. 39—45. transtulit, an ipsum illum præterire debuerim, eo diutius dubitavi, quod Olympiade 249. eodem circiter tempore conclusa atque finita ista victorum series est, quo Africani Chronicum. Nunc quoque repertus catalogus est in Armenia Chronici Eusebii Interpretatione; ac præterea hæc monuit ad nuperam suam *Chronicorum Eusebii* editionem cel. Cardinalis Maius. "Librum hunc Olympiadum, "quum Græce olim Scaliger in Eusebio edidisset, docti homi-"nes alii quidem veteris auctoris lucubrationem, alii vero ipsius "Scaligeri fœtum indicaverunt. Nunc pervetustus Arm. "noster interpres, *qui nihil fere præter ipsum Scaligerianum "libellum exhibet,* scripturam hanc ab omni νοθείας suspicione "liberat, et sine dubio antiquam atque operis Eusebiani par-"tem esse confirmat." Hæc ille Lib. I. cap. xxxiv. pag. 165. Hinc porro fit verisimile, τῶν νικηφόρων seriem istam aliunde

acceptam ab Africano quoque in Chronico suo fuisse positam. De iis tantum.

Tradit quidem, ut post alios supra ostendi pag. 222. Hebedjesu in *Catalogo Librorum Chaldæorum* pag. 15. ed. Rom. *Beati Africani episcopi Emaus extare Commentarios Novi Testamenti et Chronicon.* Dionysiusque Bar-Salibi Amidæ episcopus apud Mesopotamiam, Assemano referente in *Bibl. Oriental.* tom. ii. c. 32. p. 138. in *Commentario* suo *in Evangel.* testem citavit Africanum episcopum. Cons. et *Biblioth. Clem. Vatic.* Vol. I. p. 158. Atque germana hæc scripta Africani fuisse, persuadet nobis Socrates historicus, cum Africanum inter scriptores recenseat, qui in sacras literas commentati essent. lib. ii. c. 35. p. 130. Nihilominus id prorsus incertum videtur, an Julius ille in Catenis super Sacras Scripturas memoratus Julius sit noster Africanus. Laudatur quidem, ut Fabricius docet *Biblioth. Græc.* tom. v. p. 270. Julii *Commentarius in Johannem* a Mose Barcepha Syro: sed quod ego meminerim, ubicunque in Catenis Africanus indubitate adducatur, non unum tantum nomen Julius, sed *Julius* cum cognomine *Africanus*, aut *Africanus* solus, exaratum est. Immo Cavius *Hist. Lit.* in voce *Julianus Halicar.* conjecturam fecit, Julium episcopum ab auctore *Catenæ super Joan.* cap. xvii. adductum Julianum esse Halicarnassensem; et quæsivit Grabius in tom. ii. *Spicilegii PP.* annon Julius in *Catena MS. Bodleiana super Proverbia* adductus in *Julianum* sit convertendus. Attamen hæ conjecturæ vix necessariæ sunt, quoniam si Africanus chronologus istic haud significatur, posset tamen alius quis Julius fuisse, ut exempli causa, Julius, cui adscribitur, ut modo dixi, a Barcepha *Commentarius in Johannem.* Tum præterea, quod quidem animadvertendum est, in ipsis iisdem sæpe Catenis utrumque nomen Julius et Julianus tanquam diversorum auctorum, affertur.

Hoc igitur misso, aliud paucis memorabo. Breve illud *Chronicon* ab Orbe Condito ad annum ultimum Alexandri Severi Imp. perductum, quod quidem Canisius, Labbæus, Ducangius, Fabriciusque ediderunt, a doctis Africano tributum fuisse ait Cavius in *Hist. Lit.*, v. *Hippolytus* p. 109. sed postea a Ducangio in Præfatione ad *Chron. Paschal.* Hippolyto fuisse vindicatum. Ab Africano quidem abjudicandum illud esse

cuivis constabit ex plurimis numeris annorum per totum opus collectis, qui ab Africani rationibus toto cœlo discrepant. Fabricius opusculum hoc editioni suæ *S. Hippolyti* addidit p. 49. indice præfixo; "Chronicon Anonymi, quod ad S. Hippolytum "viri docti referunt, certe scriptum illa ætate, atque ante "Caroli M. tempora Latine redditum." Gallandius interea in tomo iii. *Bibliothecæ* suæ *PP.* idem ponendum curavit, sententiæ vero accessit Fr. Blanchini in Dissertatione ejus, quam Fabricius denuo ediderat, *De Canone Paschali S. Hippolyti*, ubi ab hoc sancto patre illud abjudicandum censet, quod numeri in eo complures a canone marmoreo Hippolyteo differre noscantur. Attamen, cum in operibus S. Hippolyti a Fabricio opusculum repositum sit, ipsum ibi, et alibi, cum Blanchini Dissertatione conjunctum reperiendum erit; idque Hippolyto vindicatum denuo edere jam detrectavi, etsi Sylloges meæ auctorum Ante-Nicænorum, qui nunquam seorsum editi sunt, pars esse potuisset. Quæ vero sequitur Chronotaxis, ex serie Fragmentorum Africani a me confecta, si errores ejus, quorum veniam peto, corrigantur, illam omnibus veterum Christianorum chronologiam investigantibus utilem fore speraverim.

SERIES CHRONOLOGICA

NONNULLARUM RERUM GESTARUM

SECUNDUM AFRICANUM.

		Anni Orbis Conditi.
SETH natus	Excerpt. VI.	230
Enos natus. ἔτη υλε΄.		435
Cainan natus		625
Malaleel natus		795
Adam mortuus		930
Jared natus		960
Enoch natus		1122
Mathusala natus		1287
Lamech natus		1474
Enoch translatus		1487
Noe natus		1662
Diluvium	Excerpt. VII. et VIII.	2262
Sala natus. ͵βτϟϛ΄.	Excerpt. IX.	2397
Heber natus. ͵βφκζ΄.		2527
Phalec natus. ͵βχξα΄.		2661
Ragau natus		2791
Seruch natus		2923
Phalec mortuus. ἔτη ͵γ΄.		3000
Nachor natus		3053
Thara natus		3132
Abraham natus. Cons. Syncell. pp. 54 et 92.		3202
Abrahami Ingressus. ἔτη ͵γσοϛ΄.		3277

		Anni Orbis Conditi.
Regnum Sicyoniorum conditum *anno* 29. *Jacob* Patriarchæ	Conf. Excerpt. xv. et xvi. et xx. et xxi. et xxii. cum notis, et xxiii. et xxix.	3390
Jacob Mesopotamiam ingressus est, οζ΄. ἐτῶν, annos natus 77.		3439
Levi natus. τῷ πζ΄ ἔτει τοῦ Ἰακώβ.		3448
Imperium Assyriacum conditum circiter ann.		3455
Jacob Ægyptum ingressus est; quippe annos 70. in Ægypto post patris ingressum filius Josephus vixit.		3493
Josephus mortuus. ἔτη ͵γφξγ΄.		3563
Regnum Argivum conditum circiter		ann. 3655
Mosis Exodus, et Ogygis Diluvium, et Phoroneus rex Argivus, et Amasis rex Ægypti ex Dynast. xviii. annusque 43. Leucippi regis octavi Sicyoniorum	Conf. Excerpt. xi. et xxii. et xxviii. et xxix. et l.	3705
Josua Mosis successor	Excerpt. xxii.	3745
Seniores post Josuam. ἔτη λ΄.	Excerpt. xxii.	3772
Prometheus, Atlas, Epimetheus, cæt. secundum nonnullos	Excerpt. xxii. fine, et xxiv.	3799
Judices in libro cognomine memorati. ἔτη υϛ΄. ann. 490.	Excerpt. xxii.	3802
Deucalionis Diluvium anno 70. Aod judicis Israelis.	Excerpt. xxv.	
Cecrops rex primus Athenarum. μετὰ δὲ Ὤγυγον—μέχρι Κέκροπος ἔτη ρπθ΄. Confer Excerpt. xxxix.	Excerpt. xxii.	3894
Troja capta, et Thuoris rex Ægyptius ex Dynast. xix. ἀπὸ Κέκροπος ἐπὶ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν συνάγονται μικροῦ δέοντα ἔτη υ΄. paulo minus 400. annos.	Excerpt. xi. et Leo Allatius forsan ex MSto quodam.	
Heli judex Israelis. ἕως τέλους τῶν Κριτῶν καὶ ἀρχῆς Ἡλεῖ τοῦ ἱερέως ἔτη ͵δσϟβ΄.	Excerpt. xxviii.	4292
Sicyoniorum regnum finitum. *In primam Olympiadem anni* 329.	Excerpt. xxix.	4396
Salomonis templum ædificatum.	Conf. Excerpt. xxx. et xxxi.	4453
Prima Olympias. ἐπὶ δὲ πρώτην Ὀλυμπιάδα ἀπὸ Μωσέως ἔτη ͵ακ΄.	Excerpt. xxii. Conf. Exc. l.	4725
Captivitas Israelitica. ἔτει ͵δψν΄.	Excerpt. xxxviii. anno O. C.	4750
Creon primus Atheniensium annuus Archon. τῷ ͵δωα΄. ἔτει.	Excerpt. xxxix. et notæ. an. O. C.	4801
Captivitas Judaica, anno primo Zedeciæ.	Excerpt. xli.	
Cyri regni Persici initium, Olymp. 55. 1. ἀπὸ Μωσέως ἐπὶ Ὀλ. νε΄. ἔτος πρῶτον ἔτη ͵ασλζ΄.	Excerpt. xxii.	4942

		Anni Orbis Conditi.
Consules Romæ creati	Excerpt. XXXIX. anno O. C.	4998
Artaxerxis Longimani annus 20. a quo computabat initium Hebdomadum LXX. Africanus, 'Ολ. πγ'. δ'. Olymp. 83. 4.	Excerpt. L.	5057
Bellum Peloponnesiacum, 'Ολ. πζ'. *Olymp.* 87. circiter	Excerpt. XLV.	5069
Imperium Macedonicum conditum	Excerpt. L.	5172
Imperium Macedonicum finitum	Excerpt. XLIX. Conf. Exc. L.	5472
Christus natus. *ἀριθμὸν ἐτῶν ͵εφ'. εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Σωτηρίου Λόγου.*	Excerpt. X. Conf. Exc. L.	5500
Christus passus est, et resurrexit. *ἔτη ͵εφλα'.* 'Ολ. *σβ'. ἔτος β'.* Ol. 202. 2.	Excerpt. L.	5531
Imp. Elagabali annus tertius	Excerpt. XXXIX. Conf. Exc. L. fine, et LII. anno O. C.	5723

IN superioribus ampliorem chronologiam sacram sequitur Africanus; nec valde discrepat ab Africano in æris illis insignioribus Diluvii ac Natalium Christi constituendis nuperus chronologus Halesius Dubliniensis, qui in *Analysi* sua priorem Diluvii æram anno Mundi 2256 affixit, Africanusque A.M. 2262, posteriorem vero Natalium Christi anno 5411, Africanus autem anno 5500. dum Usserius archiepiscopus breviorem, eumque usitatiorem, computum Hebræorum amplexus, Diluvium evenisse statuit anno Mundi 1656, Christi vero Natales A.M. 4000. Hæc hactenus. Volumine hoc denuo prodituro vidi antiquissimam illam Africani de Genealogia Christi Narrationem plenius nunc expositam et sententia viri cl. W. H. Millii comprobatam in Dissertatione, quam de *Genere ac Stirpe Servatoris* lingua vernacula nuper edidit. Verum, utcunque se habet istud, quæ existunt inter evangelia discrepantiæ, etsi diversis modis exponi et conciliari possint, hoc interea demonstrant, ipsa illa sine conspiratione conventuque fuisse scripta.

PLURIUM CODICUM MSS. VARIÆ LECTIONES AD VERBA MAXIMI SUPRA EMENDATA PERTINENTES; QUÆ EX EDITIONE GAISFORDIANA PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ EUSEBII PAULO POST HOC VOLUMEN TYPIS IMPRESSUM PROŒUNTE, DESUMPTÆ SUNT.

Vol. II. pag. 88. lin. 3. ἀλλ', εἰ. *Præparationis Eusebianæ* Codices quatuor. Ibid. l. 16. εἰπεῖν ἐθέλοι Codd. duo. P. 89. l. 7. χωρητὸν Codd. duo. Ibid. l. 13. ἦν ποτε καὶ ὅτε Codd. tres. P. 90. l. 2. εἰ δὴ Codd. tres. Ibid. l. 12. ἐν αὐτῷ, addunt ἐν Codd. duo. P. 91. l. 10. ἔρχεσθαι. Codd. tres. Ibid. l. 13. αὐτῷ Codd. quinque. Ibid. l. 16. τὴν τοῦ κόσμου tres Codd. P. 92. l. 1. ποιητὴς Codd. duo. Ibid. l. 11. συλλελόγισται ὡς οὐκ omittunt Codd. quatuor. P. 93. l. 2. αὖ πάλιν Cod. unus. Ibid. l. 18. τῷ γὰρ Codd. duo. P. 96. l. 6. ἡ δὲ σωματικὴ σύστασις Cod. unus. Ibid. l. 10. κακοῦ (κακὸν duo Codd. Florentini) δὲ ὁ φόνος οὐσία ἔσται ὁ φόνος, ἀλλὰ μὲν ὁ φόνος ἐνέργεια Codd. duo Parisienses et Codd. illi Florent. P. 97. l. 12. εἴτε τινα ἕτερον Cod. unus. P. 98. l. 1. ἔσται Codd. duo. Ibid. l. 4. τούτου Cod. unus. Ibid. l. 16. πεποιηκέναι Cod. unus. P. 99. l. 5. οὐσίας Codd. duo. P. 100. l. 5. καὶ πρὸς Codd. quinque. Ibid. l. 7. ὡς οὔτε ἀληθῆ Codd. tres, non male. Ibid. l. 14. ἵνα δὲ μὴ ἐμαυτῷ κ. Codd. quinque. P. 101. l. 7. ἐφ' ὧν Cod. unus. ἀφ' ὧν Codd. quatuor. P. 102. l. 6. ὁ Θεὸς Codd. quinque. Ibid. l. 7. οὐ γὰρ Codd. omnes. P. 104. l. 3. μηθ' ἑνὸς tres Codd. Ibid. l. 6. ἐπ' εὐεργεσίᾳ Codd. quatuor. P. 105. l. 11. τὸ γὰρ Cod. unus. Ibid. l. 18. ἡ ὕλη Codd. quatuor. P. 106. l. 17. τὸ ὕδωρ Codd. quatuor, bene. Ibid. l. 17. ἔχω Cod. unus.

CORRIGENDA ET ADDENDA IN VOL. II.

Page 30. lin. 22. p. 28 pro p. 127.

P. 53. l. 5. ab ima pag. Codicem quoque Dresdenum *Eusebianæ Hist.* in singulis verbis cum Valesii editione consentire refert cl. Gersdorf. fine Epist. Criticæ præmissæ Tomo 3tio edit. Heindorf.

P. 61. l. 5. ob
P. 70. l. 5. *consecrandæ.* l. 6. ἐντροπὴν
P. 90. l. 10. ζῴων
P. 114. l. 25. Pro ibid. l. 16. reponend. P. 96. l. 5.
P. 119. l. 12. Pro l. 15. cor. l. 18. et pro l. 16. cor. l. 13.
P. 126. l. 15. Pro pp. 17. 18. cor. p. 141.
P. 136. l. ult. Βασικανὸν
P. 150. l. 21. Cantuariensi. l. 29. sciscitebatur
P. 152. l. 31. depravarunt
P. 163. l. 5. in
P. 196. l. ult. vice a
P. 229. l. 20. Adde τὸ ante Χριστοῦ ex MS. Vaticano
P. 247. l. 27. Θειναтῶν omissum ante βασιλέων
P. 248. l. 2. Μνεῦις. l. 7. μα'.
P. 257. l. 22. Ἀμμανέφθης
P. 259. l. 1. Ψουσέννης. Ita et p. 400. l. 18. l. 5. Ὀσορθὼν
P. 261. l. 4. ἑτέρως
P. 272. l. 13. Καὶ οἵτινες.
P. 281. l. 13. Ἠλεῖ
P. 302. l. 15. μῆνες
P. 304. l. 8. προειρημένα
P. 326. l. penult. Adde, Vidit scribendum esse κατὰ πάντα pro καὶ πάντα vir eruditissimus episcopus Londinensis in opere supra indicato vol. I. p. 62.
P. 331. l. 12. Adde, Quod non contigisse putabam, id nunc mihi compertum est; prius editum fuerat hoc Africani Excerptum anno 1795 a Simone de Magistris fine Dissertationum, quas Romæ *Actis Martyrum ad Ostia Tiberina* adposuit. Sed fere nihil discrepat codex ejus Vaticanus a duobus illis Vindobonensi et Coisliniano, quibus ego usus sum.
P. 357. l. 12. multum
P. 358. l. 8. posthac
P. 373. l. 23. p. 161 pro p. 181
P. 378. l. 19. solent
P. 392. l. 1. Quam quidem pastorum sub Tethmosi—quam alteram
P. 395. l. 6. eandem exodum
P. 442. l. antepenult. insinuans
P. 451. l. 21. erunt
P. 478. l. 9. Supplet verbum συναγὼν *Alexandrini Chronici* auctor pag. 21. ed. Ducangii
P. 480. l. 7. εἰωθάσι
P. 481. l. 28. Eclogas
P. 491. l. ult. erunt
P. 494. l. 5. dissensisse
P. 497. l. 4. ab ima pag. dele esse

VOL. II. FINIS.

January 1862.

BOOKS

PRINTED FOR THE UNIVERSITY OF OXFORD:

SOLD BY

JOHN HENRY PARKER, Oxford; and 377 Strand, London, W.C.: and E. GARDNER, 7 Paternoster Row, London, E.C.;

At the following Prices (in Boards excepting where otherwise expressed).

(The books more recently printed are distinguished by *.)

LEXICONS, &c.

*A GREEK-ENGLISH LEXICON, by H. G. LIDDELL, D.D. and R. SCOTT, D.D. *Fifth edition.* 1861. crown 4to. *cloth.*	1	11	6
*A LEXICON for Schools, abridged from the above. *Ninth edition.* 1861. sq. 12mo. *cloth.*	0	7	6
A COPIOUS GREEK-ENGLISH VOCABULARY, compiled from the best authorities. 1850. 24mo. *bound.*	0	3	0
*GRÆCÆ GRAMMATICÆ RUDIMENTA, in usum Scholarum. *Thirteenth edition.* 1861. 12mo. *bound.*	0	4	0
ETYMOLOGICON MAGNUM seu verius Lexicon sæpissime vocabulorum origines indagans ex pluribus Lexicis, Scholiastis et Grammaticis, anonymi cujusdam opera concinnatum. Ad Codd. MSS. recensuit et notis variorum instruxit THOMAS GAISFORD, S.T.P. 1848. fol.	1	12	0
SUIDÆ LEXICON post L. Kusterum ad Codd. MSS. Recensuit T. GAISFORD, S.T.P. Tomi III. 1834. fol.	3	12	0
In sheets for binding.	3	0	0
SCHELLER. Lexicon Linguæ Latinæ, with the German explanations translated into English by J. E. RIDDLE, A.M. 1835. fol. *cloth.*	1	1	0
In sheets for binding.	0	12	0
HEPHÆSTIONIS Enchiridion iterum edidit T. GAISFORD, S.T.P., accedunt Terentianus Maurus de syllabis et metris et Procli Chrestomathia Grammatica. Tomi II. 1855. 8vo.	1	5	0
BOS, (L.) Ellipses Græcæ ex ed. G. H. SCHÆFERI. 1813. 8vo.	0	3	0

GREEK & LATIN CLASSICS.

ÆSCHYLI Tragœdiæ et Fragmenta, ex recensione G. DINDORFII. Ed. 2. 1851. 8vo.	0	5	6
—— Tomus II. Annotationes G. DINDORFII. Partes II. 1841.	0	10	0
—— Tomus III. Scholia Græca ex Codicibus aucta et emendata. 1851. 8vo.	0	5	0
ARISTOPHANIS Comœdiæ et Fragmenta, ex recensione G. DINDORFII. Tomi II. 1835. 8vo.	0	11	0
—— Tomus III. Annotationes G. DINDORFII. Partes II. 1837. 8vo.	0	11	0
—— Tomus IV. Scholia Græca, ex Codicibus aucta et emendata a G. DINDORFIO. Partes III. 1839. 8vo.	1	0	0
Caravellæ (J.), Epirotæ, Index Aristophanicus. 1822. 8vo.	0	3	0
EURIPIDIS Tragœdiæ et Fragmenta, ex recensione G. DINDORFII. Tomi II. 1834. 8vo.	0	10	0
—— Tomus III. Annotationes G. DINDORFII. Partes II. 1840.	0	10	0
—— Alcestis, ex recensione G. DINDORFII. 1834. 8vo. *sewed.*	0	2	6
*SOPHOCLIS Tragœdiæ Superstites et Perditarum Fragmenta, ex recensione et cum Commentariis G. DINDORFII. Ed. 3. *Eight parts in two volumes.* 1860. fcap. 8vo.	1	1	0
—— *each Play separately, limp cloth.*	0	2	6
*—— Textus ex rec. G. DINDORFII. Royal 16mo, *on writing paper, with large margin.* 1860.	0	8	0
*—— Square 16mo. 1860. *cloth lettered.*	0	3	6
*—— *each Play separately (Text only), limp cloth.*	0	0	6
—— Tragœdiæ et Fragmenta cum notis G. DINDORFII. Tomi II. 1849. 8vo.	0	10	0
—— —— Textus ex rec. DINDORFII. Editio tertia. 1848. 8vo.	0	5	6
—— Ad Sophoclis Trag. Annotationes G. DINDORFII. 1836. 8vo.	0	4	6
—— Scholia in Sophoclem. Edidit P. ELMSLEY. 1825. 8vo.	0	4	6
—— Scholia in Sophoclem ex Codicibus aucta. Vol. II. edidit G. DINDORF. 1852. 8vo.	0	4	6
DINDORF. Metra Æschyli Sophoclis Euripidis et Aristophanis descripta. Accedit Chronologia Scenica. 1842. 8vo.	0	5	0
ORATORES ATTICI, ex recensione BEKKERI, accedunt Indices Græcitatis, opera T. MITCHELL, A.M. Tomi X. 1822-28. 8vo. *large paper.*	16	10	0
I. Antiphon, Andocides et Lysias. 1822. 8vo.	0	7	0
II. Isocrates. 1822. 8vo.	0	7	0
III. Isæus, Æschines, Lycurgus, Dinarchus, &c. 1823. 8vo.	0	7	0
Indices Græcitatis in Oratores a T. MITCHELL, A.M. Tomi II. 8vo.	0	14	0
Index Græcitatis Isocraticæ, a T. MITCHELL, A.M. 1828.	0	7	0
—— Scholia Græca in Æschinem et Isocratem, edidit G. DINDORFIUS. 1852. 8vo.	0	4	0

DEMOSTHENES, ex recensione G. DINDORFII. Tomi IV. 1846. 8vo.	2	2	0
—— Tomi V. VI. VII. Annotationes Interpretum. 1849.	1	16	0
—— Tomi VIII. et IX. Scholia. 1851. 8vo.	0	15	0
—— Harpocrationis Lexicon, ex recensione G. DINDORFII. Tomi II. 1854.	1	1	0
ARISTOTELIS OPERA, ex recensione IMMANUELIS BEKKERI. Accedunt Indices Sylburgiani. Tomi XI. 1837. 8vo.	2	10	0
Each volume to be had separately.	0	5	6
—— DE POETICA. Edidit T. TYRWHITT. 1827. 8vo.	0	4	6
—— DE RHETORICA Lib. III. ad fidem MSS. recogniti. 1833. 8vo.	0	4	6
Animadversiones Variorum in Aristotelis de Rhetorica Libb. III. 1820. 8vo.	0	5	6
—— POLITICA ET ŒCONOMICA, ex Ed. SYLBURGII, cum Versione Lambini et Synopsi Analytica DUVALLII. Tomi II. 1813. 8vo.	0	6	6
Andronici Rhodii Ethicorum Nichomacheorum Paraphrasis, cum Interpretatione DAN. HEINSII. 1809. 8vo.	0	3	0
HOMERI ILIAS ex rec. DINDORFII. 1856. 8vo.	0	5	6
—— ODYSSEA DINDORFII. 1855. 8vo.	0	5	6
—— Scholia Græca. Tomi II. 1855. 8vo.	0	15	6
SEBERI (W.) Index Vocabulorum in Homerum. 1780. 8vo.	0	6	6
HOMERI ILIAS et ODYSSEA. Odysseæ accedit PORSONI Collatio Codicis Harleiani 5674. Tomi IV. 1800. 4to min.	0	18	0
—— ILIAS, cum brevi Annotatione C. G. HEYNII. Accedunt Scholia minora. Tomi II. 1834. 8vo.	0	15	0
HEYNII (C. G.) Excursus. 1822. 8vo.	0	2	0
—— ODYSSEA, cum Scholiis, et variis lectionibus, accedunt; Batrachomyomachia, Hymni, Fragmenta. Tomi II. 1827.	0	16	0
—— ILIAS et ODYSSEA. Tomi II. 1808. 18mo.	0	2	0
XENOPHONTIS quæ exstant. Recensuit et interpretatus est JO. GOTTLOB. SCHNEIDER, Saxo:			
Œconomicus, etc. 1826.	0	2	6
Opuscula Politica, etc. 1817.	0	10	6
—— Historia Græca. Ex editione L. DINDORFII, accedunt Annotationes. *Editio secunda.* 1852. 8vo.	0	10	6
—— Expeditio Cyri, ex recensione et cum Annotationibus L. DINDORFII. *Editio secunda.* 1855. 8vo.	0	10	6
—— Institutio Cyri, ex recensione et cum Annotationibus L. DINDORFII. 1857. 8vo.	0	10	6
*—— Memorabilia Socratis, L. DINDORFII. 1862. 8vo.	0	8	0

*PLATO. Philebus, with a revised Text and English Notes, by Edward Poste, M.A. Fellow of Oriel College. 1860. 8vo. 0 7 6

*—— Theætetus, with a revised Text and English Notes, by the Rev. Lewis Campbell, M.A. 1861. 8vo. 0 9 0

—— Index Græcitatis Platonicæ. Accedunt Indices Historici et Geographici, a T. Mitchell, A.M. Tomi II. 1832. 8vo. 0 5 0

LONGINI (D.) quæ supersunt, Gr. et Lat. Denuo recensuit Benj. Weiske. 1820. 8vo. 0 5 6

APSINIS ET LONGINI RHETORICA. E Codicibus MSS. adhibita Supellectili Ruhnkeniana, recensuit Joh. Bakius. 1849. 8vo. 0 3 0

PLOTINUS, edidit F. Creuzer. Tomi III. 1835. 4to. 1 8 0

PLUTARCHI OPERA, exceptis Vitis, reliqua. Edidit Daniel Wyttenbach, accedit Index Græcitatis. Tomi VIII. Partes XV. 1795–1830. 8vo. 3 10 0

STOBÆI (J.) FLORILEGIUM. Ad MSS. fidem emendavit et supplevit T. Gaisford, S.T.P. Tomi IV. 1822. 8vo. 1 0 0

—— ECLOGARUM PHYSICARUM ET ETHICARUM libri duo, accedit Hieroclis Commentarius in aurea carmina Pythagoreorum, ad MSS. rec. T. Gaisford. Tomi II. 1850. 8vo. 0 11 0

PARŒMIOGRAPHI GRÆCI, quorum Pars nunc primum ex Codd. MSS. vulgatur. Ed. T. Gaisford, S.T.P. 1836. 8vo. 0 5 6

CHŒROBOSCI (G.) Dictata in Theodosii Canones, necnon Epimerismi in Psalmos. E Codicibus Manuscriptis edidit T. Gaisford, S.T.P. Tomi III. 1842. 8vo. 0 14 0

SCRIPTORES Latini Rei Metricæ. Edidit T. Gaisford, S.T.P. 1837. 8vo. 0 5 0

ANECDOTA GRÆCA OXONIENSIA. Edidit J. A. Cramer, S.T.P. Tomi IV. 1834–1837. 8vo. 1 2 0

—— e Codd. Manuscriptis Bibliothecæ Regiæ Parisiensis Edidit J. A. Cramer, S.T.P. Tomi IV. 1839–41. 8vo. 1 2 0

CICERONIS TUSCULANÆ DISPUTATIONES, recognovit J. C. Orellius, accedunt Paradoxa, et F. A. Wolfii Scholarum excerpta Ang. redd. 1834. 8vo. 0 9 6

—— de Finibus Bonorum et Malorum Libri V. ex rec. Joannis Davisii, cum Notis Variorum integris. 1809. 8vo. 0 2 6

CORNELII NEPOTIS excellentium Imperatorum Vitæ, cum Frag. Var. Lect. et Indice locupletissimo. 1819. 12mo. 0 2 6

THE HOLY SCRIPTURES, &c.

VETUS TESTAMENTUM GRÆCUM cum Variis Lectionibus. Editionem a R. HOLMES, S.T.P. inchoatum continuavit JACOBUS PARSONS, S.T.B. Tomi V. 1708. 1827. fol. *in sheets.*	10	0	0
—— ex versione Septuaginta Interpretum, secundum exemplar Vaticanum Romæ editum. Accedit potior varietas Codicis Alexandrini. Tomi III. 1848. 12mo.	0	14	0
NOVUM TESTAMENTUM GRÆCUM. Accedunt parallela S. Scripturæ loca, necnon vetus capitulorum notatio et canones Eusebii. 1851. 18mo.	0	3	0
—— juxta exemplar MILLIANUM. 1859. 12mo.	0	2	6
—— —— A new edition, on writing paper, with large margin. 1859. small 4to.	0	6	6
—— Greek and English, by E. CARDWELL, D.D. 2 vols. 1837. crown 8vo.	0	9	0
DIATESSARON: sive Historia Jesu Christi ex ipsis Evangelistarum verbis apte dispositis confecta. Ed. J. WHITE. 1856. 12mo.	0	3	6
NOVI TESTAMENTI Versio Syriaca Philoxeniana. Edidit Jos. WHITE, S.T.P. Tomi IV. 1778–1803. 4to.	1	8	0
NOVUM TESTAMENTUM COPTICUM cura D. WILKINS. 1716. 4to.	0	12	6
EVANGELIORUM Versio Gothica, cum Interp. et Annott. E. BENZELII. Edidit, et Gram. Goth. præmisit, E. LYE, A.M. 1759. 4to.	0	12	6
LIBRI PROPHETARUM MAJORUM, cum Lamentationibus Jeremiæ, in dialecto Linguæ Ægyptiacæ Memphitica seu Coptica, edidit cum Versione Latina H. TATTAM, S.T.P. Tomi II. 1852. 8vo.	0	17	0
DUODECIM PROPHETARUM MINORUM Libros in ling. Ægypt. vulgo Coptica edidit H. TATTAM, A.M. 1836. 8vo.	0	8	6
LIBRI PSALMORUM Versio antiqua Latina; cum Paraphrasi Anglo-Saxonica. Edidit B. THORPE, F.A.S. 1835. 8vo.	0	10	0
*—— Gallica e Cod. MS. in Bibl. Bodleiana adserv., una cum Versione Metrica aliisque Monumentis pervetustis, nunc primum descripsit et edidit FR. MICHEL, Ph. Doct. 1860. 8vo.	0	10	6
THE ORMULUM, now first edited from the original Manuscript in the Bodleian Library, (Anglo-Saxon and English,) by R. M. WHITE, D.D. 1852. 2 vols. 8vo.	1	1	0
PENTATEUCHUS Hebræo-Samaritanus Charactere Hebræo-Chaldaico. Edidit B. BLAYNEY. 1790. 8vo.	0	3	0
THE HOLY BIBLE in the earliest English Versions, made from the Latin Vulgate by John Wycliffe and his followers: edited by the Rev. J. FORSHALL and Sir F. MADDEN. 1850. 4 vols. royal 4to.	5	15	6

ORIENTAL.

HORÆ HEBRAICÆ ET TALMUDICÆ, a J. LIGHTFOOT. *A new edition,* by the Rev. R. GANDELL. 1859. 4 vols. 8vo.	2	2	0
LEXICON ÆGYPTIACO-LATINUM ex Veteribus linguæ Ægyptiacæ Monumentis, etc. cum Indice Vocum Latinarum ab H. TATTAM, A.M. 1835. 8vo.	1	10	6
POCOCKII Specimen Historiæ Arabum. Edid. J. WHITE. 1806. 4to.	0	6	6
JOSEPHI (Fl.) De Bello Judaico libri VII. Edidit E. CARDWELL, S.T.P. Tomi II. 1837. 8vo.	0	17	0
THE FIVE BOOKS OF MACCABEES, in English, with Notes and Illustrations by HENRY COTTON, D.C.L. 1833. 8vo.	0	10	6
JOHN BISHOP OF EPHESUS, The third Part of the Ecclesiastical History of. [In Syriac.] Now first edited by WILLIAM CURETON, M.A. F.R.S. 1853. 4to.	1	12	0
*JOHN BISHOP OF EPHESUS, The third Part of the Ecclesiastical History of. Now first translated from the original Syriac. By R. PAYNE SMITH, M.A. 1860. 8vo.	0	10	0

SANSKRIT.

*WILLIAMS (Monier), A Practical Grammar of the Sanskrit Language, arranged with reference to the Classical Languages of Europe, for the use of English Students. 8vo.	0	13	6
*NALOPÁKHYÁNAM. Story of Nala, an Episode of the Mahá-Bhárata: the Sanskrit text, with a copious Vocabulary, Grammatical Analysis, and Introduction, by MONIER WILLIAMS, M.A. The Metrical Translation by the Very Reverend H. H. MILMAN, D.D. 1860. 8vo.	0	15	0

BIBLIOGRAPHY.

EBERT'S Bibliographical Dictionary, translated from the German. 1837. 4 vols. 8vo.	1	10	0
COTTON'S List of Editions of the Bible in English. Second edition, corrected and enlarged. 1852. 8vo.	0	8	6
—— Typographical Gazetteer. Second edition. 1831. 8vo.	0	12	6
—— Rhemes and Doway. An attempt to shew what has been done by Roman Catholics for the diffusion of the Holy Scriptures in English. 1855. 8vo.	0	9	0
DOWLING (J. G.), Notitia Scriptorum SS. Patrum aliorumque vet. Eccles. Mon. quæ in Collectionibus Anecdotorum post annum Christi MDCC. in locum editis continentur. 1839. 8vo.	0	4	6

FATHERS OF THE CHURCH, &c.

S. CLEMENTIS ROMANI, S. IGNATII, S. POLYCARPI, Patrum Apostolicorum quæ supersunt; necnon duorum posteriorum Martyria; Gr. et Lat. Edidit GUL. JACOBSON, A.M. Tomi II. (*Reprinting.*)

S. CYRILLI Commentarii in Lucæ Evangelium quæ supersunt Syriace, e MS. apud Musæum Britannicum, edidit ROBERTUS PAYNE SMITH. [Syriac Text.] 1858. 4to. 1 2 0

S. CYRIL'S Commentary on S. Luke's Gospel, translated from the Syriac, by R. PAYNE SMITH. 1859. 2 vols. 8vo. 0 14 0

ROUTH (M. J.), Reliquiæ Sacræ secundi tertiique sæculi. *Editio altera.* Tomi V. 1846–48. 8vo. 2 11 0

—— Scriptorum Ecclesiasticorum Opuscula. *New edition.* 1858. 2 vols. 8vo. 1 0 0

CATENÆ GRÆCORUM PATRUM in Novum Testamentum. Edidit J. A. CRAMER, S.T.P. Tomi VIII. 1838–44. 8vo. 2 4 0

EUSEBII PAMPHILI Eclogæ Propheticæ. E Cod. MS. nunc primum edidit T. GAISFORD, S.T.P. 1842. 8vo. 0 10 6

—— Evangelicæ Præparationis Libri XV. Gr. et Lat. ad Codd. MSS. recens. T. GAISFORD, S.T.P. Tomi IV. 1843. 8vo. 1 10 0

—— Evangelicæ Demonstrationis Libri X. Gr. et Lat. recens. T. GAISFORD, S.T.P. Tomi II. 1852. 8vo. 0 15 0

—— Contra Hieroclem et Marcellum Libri, Gr. et Lat. recens. T. GAISFORD, S.T.P. 1852. 8vo. 0 7 0

—— Historia Ecclesiastica. Ed. E. BURTON, S.T.P. 1856. 8vo. 0 8 6

—— Annotationes Variorum ad Hist. Eccles. ed. E. BURTON, S.T.P. Tomi II. 1842. 8vo. 0 17 0

SOCRATIS Scholastici Historia Ecclesiastica. Gr. et Lat. Edidit R. HUSSEY, S.T.B. Hist. Eccles. Prof. Tomi III. 1853. 8vo. 1 11 6

—— Græce ex rec. H. VALESII. 1844. 8vo. 0 6 0

SOZOMENI Historia Ecclesiastica. Edidit R. HUSSEY, S.T.B. Tomi III. 1859. 8vo. 1 6 6

EVAGRII Historia Ecclesiastica, ex rec. H. VALESII. 1844. 8vo. 0 4 0

THEODORETI Ecclesiasticæ Historiæ Libri V. Recensuit T. GAISFORD, S.T.P. 1854. 8vo. 0 7 6

—— Græcarum Affectionum Curatio. Ad Codices MSS. recensuit T. GAISFORD, S.T.P. 1839. 8vo. 0 7 6

ORIGENIS Philosophumena sive omnium Hæresium Refutatio. E Codice Parisino nunc primum edidit E. MILLER. 1851. 8vo. 0 10 0

ECCLESIASTICAL HISTORY & BIOGRAPHY.

	£	s.	d.
PRIDEAUX'S Connection of Sacred and Profane History. 1851. 2 vols. 8vo.	0	10	0
SHUCKFORD'S Sacred and Profane History connected (in continuation of Prideaux). 1848. 2 vols. 8vo.	0	10	0
BEDÆ, Venerabilis, Historia Ecclesiastica, cura R. HUSSEY, S.T.B. Hist. Eccles. Prof. 1846. 8vo.	0	7	6
BILSON on the Perpetual Government of Christ's Church, with a Biographical Notice by the Rev. R. EDEN, M.A. 1842. 8vo.	0	4	0
BINGHAM'S Antiquities of the Christian Church, and other Works. 10 vols. 1855. 8vo.	5	5	0
FULLER'S Church History of Britain, edited by the Rev. J. S. BREWER. 1845. 6 vols. 8vo.	1	19	0
STILLINGFLEET'S Origines Britannicæ; with Lloyd's Historical Account of Church Government. Edited by T. P. PANTIN, M.A. 1842. 2 vols. 8vo.	0	13	0
INETT'S Church History (in continuation of Stillingfleet), edited by the Rev. JOHN GRIFFITHS, M.A. Wadham College. 1855. 3 vols. 8vo.	1	11	6
BURNET'S History of the Reformation of the Church of England. (*Reprinting.*)			
STRYPE'S Works complete, with a General Index. 1821–43. 27 vols. 8vo.	7	13	6
—— Memorials of Cranmer. 1840. 2 vols. 8vo.	0	11	0
—— Life of Parker. 1828. 3 vols. 8vo.	0	16	6
—— Life of Grindal, 1821. 8vo.	0	5	6
—— Life of Whitgift. 1822. 3 vols. 8vo.	0	16	6
—— Life of Aylmer. 1820. 8vo.	0	5	6
—— Life of Cheke. 1821. 8vo.	0	5	6
—— Life of Smith, 1820. 8vo.	0	5	6
—— Ecclesiastical Memorials. 1822. 6 vols. 8vo.	1	13	0
—— Annals of the Reformation, 1824. 7 vols. 8vo.	2	3	6
General Index to Strype's Works. 1828. 2 vols. 8vo.	0	11	0
LEWIS'S Life of Wiclif, with Additions. 1820. 8vo.	0	5	6
—— Life of Pecock. 1820. 8vo.	0	3	6
KNIGHT'S Life of Dean Colet. 1823. 8vo.	0	7	6
WALTON'S Lives of Donne, Wotton, Hooker, &c. 1824. 8vo.	0	6	6
CRANMER'S Works, collected and arranged by the Rev. H. JENKYNS, M.A. Fellow of Oriel College. 1834. 4 vols. 8vo.	1	10	0
BURNET'S Life of Sir M. Hale, and Fell's Life of Dr. Hammond. 1856. small 8vo.	0	5	0
LE NEVE'S Fasti Ecclesiæ Anglicanæ, corrected and continued from 1715 to 1853, by T. DUFFUS HARDY. 1854. 3 vols. 8vo.	1	17	6

FORMULARIES OF THE CHURCH, &c.

HEURTLEY'S Collection of Creeds. 1858. 8vo.	0	6	6
FORMULARIES of Faith set forth by the King's Authority during the reign of Henry VIII. 1856. 8vo.	0	7	0
PRIMERS put forth in the reign of Henry VIII. 1848. 8vo.	0	5	0
CRANMER'S Catechism, 1548. Together with the same in Latin by JUSTUS JONAS in 1549, with facsimiles of the curious woodcuts. 1829. 8vo.	0	7	6
NOELLI (A.) Catechismus sive prima institutio disciplinaque Pietatis Christianæ Latine explicata. Editio nova cura GUL. JACOBSON, A.M. 1844. 8vo.	0	5	6
SYLLOGE Confessionum sub tempus Reformandæ Ecclesiæ editarum, subjiciuntur Catechismus Heidelbergensis et Canones Synodi Dordrechtanæ. 1827. 8vo.	0	8	0
CARDWELL'S Two Books of Common Prayer, set forth by Authority in the Reign of King Edward VI., compared with each other. Third edition. 1852. 8vo.	0	7	0
—— Documentary Annals of the Reformed Church of England; being a Collection of Injunctions, Declarations, Orders, Articles of Inquiry, &c. from 1546 to 1716. 2 vols. 8vo. 1843.	0	18	0
—— History of Conferences on the Book of Common Prayer from 1551 to 1690. Third edition. 1849. 8vo.	0	7	6
—— Synodalia. A Collection of Articles of Religion, Canons, and Proceedings of Convocations in the Province of Canterbury from 1547 to 1717. 2 vols. 8vo. 1842.	0	19	0
—— Reformatio Legum Ecclesiasticarum. The Reformation of Ecclesiastical Laws, as attempted in the reigns of Henry VIII., Edward VI., and Elizabeth. 1850. 8vo.	0	6	6
—— GIBSON'S Synodus Anglicana. 1854. 8vo.	0	6	0
—— TAVERNER'S Postils on the Epistles and Gospels, compiled and published in 1540. 8vo. 1841.	0	5	6
HOMILIES appointed to be read in Churches. *New edition, edited by the Rev. John Griffiths, B.D.* 1859. 8vo.	0	10	6

ENGLISH THEOLOGY.

ADDISON'S Evidences of the Christian Religion. 1827. sm. 8vo.	0	2	0
ALLIX'S Judgment of the Jewish Church against the Unitarians. 1821. 8vo.	0	5	0
—— Remarks upon the History of the Churches of Piedmont. 1821. 8vo.	0	5	0
—— Remarks upon the History of the Albigenses. 1821. 8vo.	0	5	0
—— Reflections on Scripture. 1822. 8vo.	0	5	0
BENTLEY'S Sermons on Atheism. 1809. 8vo.	0	4	0
BEVERIDGE'S Discourse upon the XXXIX Articles. The third complete edition. 1847. 8vo.	0	8	0

BISCOE'S Boyle Lectures on the Acts of the Apostles. 1840. 8vo.	0	9	6
BRAGGE'S Works on the Miracles, Parables, &c. 1833. 5 vols. 8vo.	1	12	6
BULL'S Works, with Nelson's Life, by the Rev. E. BURTON, D.D. A new edition. 1846. 8 vols. 8vo.	2	9	0
BURNET'S Exposition of the XXXIX Articles. 1846. 8vo.	0	7	0
BURTON'S (Edward) Testimonies of the Ante-Nicene Fathers to the Divinity of Christ. Second edition. 1829. 8vo.	0	7	0
—— —— to the Doctrine of the Trinity and of the Divinity of the Holy Ghost. 1831. 8vo.	0	3	6
BUTLER'S Works. With an Index to the Analogy. 1849. 2 vols. 8vo.	0	11	0
—— Analogy of Religion. 1833. 12mo.	0	2	6
CHANDLER'S Critical History of the Life of David. 1853. 8vo.	0	8	6
CHILLINGWORTH'S Works. 1838. 3 vols. 8vo.	1	1	6
CLERGYMAN'S Instructor. *Sixth Edition.* 1855. 8vo.	0	6	6
COMBER'S Works. 1841. 7 vols. 8vo.	1	11	6
ENCHIRIDION Theologicum Anti-Romanum.			
Vol. I. Jeremy Taylor's Dissuasive from Popery, and Treatise on the Real Presence. A new edition. 1852. 8vo.	0	8	0
Vol. II. Barrow on the Supremacy of the Pope, with his Discourse on the Unity of the Church. 1852. 8vo.	0	7	6
Vol. III. Tracts selected from Wake, Patrick, Stillingfleet, Clagett, and others. 1837. 8vo.	0	11	0
FLEETWOOD'S Works. A new edition. 1854. 3 vols. 8vo.	1	1	6
GRESWELL'S Harmonia Evangelica. Editio quinta. 1856. 8vo.	0	9	6
—— Prolegomena ad Harmoniam Evangelicam. 1840. 8vo.	0	9	6
—— Dissertations on the Principles and Arrangement of a Harmony of the Gospels. 1837. 5 vols. 8vo.	3	3	0
HAMMOND'S Paraphrase and Annotations on the New Testament. 1845. 4 vols. 8vo.	1	10	0
—— Paraphrase on the Book of Psalms. Ed. T. BRANCKER. 1850. 2 vols. 8vo.	1	1	0
HOOKER'S Ecclesiastical Polity, and other Works; with his Life by WALTON, and additions, arranged by the Rev. JOHN KEBLE, M.A. (*Reprinting.*)			
—— (without Keble's Notes.) 1850. 2 vols. 8vo.	0	11	0
HOOPER'S (Bp.) Works. 1855. 2 vols. 8vo.	0	8	0
HORBERY'S Works: Future Punishment, and Sermons. 1828. 2 vols. 8vo.	0	8	0

	£	s.	d.
JACKSON'S (Dr. Thomas) Works. 1844. 12 vols. 8vo.	3	6	0
JEWEL'S Works. A new edition, edited by the Rev. R. W. JELF, D.D. 1847. 8 vols. 8vo.	2	10	0
JONES'S Method of settling the Canonical Authority of the New Testament. 1827. 3 vols. 8vo.	0	15	0
LESLIE'S (C.) Theological Works. 1832. 7 vols. 8vo.	2	0	0
NEWCOME'S (Abp.) Observations on our Lord's Conduct. 1852. 8vo.	0	5	0
PARAPHRASE and Annotations on the Epistles of St. Paul. 1852. 8vo.	0	7	0
PATRICK'S (Bp.) Theological Works. 1859. 9 vols. 8vo.	3	14	6
PEARSON'S Exposition of the Creed. A new edition, revised and corrected by the Rev. E. BURTON, D.D. 1857. 8vo.	0	10	6
—— Minor Theological Works, now first collected, with a Memoir of the Author, Notes, and Index. By EDWARD CHURTON, M.A. 1844. 2 vols. 8vo.	0	14	0
SANDERSON'S Works, edited by JACOBSON. 1854. 6 vols. 8vo.	1	19	0
SCOTT'S Christian Life, and other Works. 1826. 6 vols. 8vo.	1	7	0
SHARP'S (Abp. John) Theological Works. 1829. 5 vols. 8vo.	1	2	6
—— (Archd. T.) Charges on the Rubric and Canons. 1853. 8vo.	0	3	0
SHERLOCK'S Sermons, complete in 4 vols. 1812. 8vo.	1	0	0
SMALRIDGE'S (Bp. G.) Sermons. 1852. 2 vols. 8vo.	0	8	0
SOUTH'S (Robert) Sermons preached upon Several Occasions. 1842. 5 vols. 8vo.	2	10	6
STANHOPE'S Paraphrase and Comment on the Epistles and Gospels. A new edition. 1851. 2 vols. 8vo.	0	18	0
STEELE'S Christian Hero. 1802. 12mo.	0	1	6
STILLINGFLEET'S Origines Sacrae. 1837. 2 vols. 8vo.	0	9	0
—— Rational Account of the Grounds of Protestant Religion: being a vindication of Abp. Laud's Relation of a Conference, &c. 1844. 2 vols. 8vo.	0	10	0
WALL'S History of Infant-Baptism, with Gale's Reflections, and Wall's Defence. A new edition, by the Rev. HENRY COTTON, D.C.L. 1845. *A new edition in two volumes nearly ready.*			
WATERLAND'S Works, with Life, by W. VAN MILDERT, D.D. late Lord Bishop of Durham. A new edition, with copious Indexes. 1857. 6 vols. 8vo.	2	11	0
—— Sermons on the Divinity of Jesus Christ. 1815. 8vo.	0	4	6
WHEATLY'S Illustration of the Book of Common Prayer. A new edition. 1846. 8vo.	0	5	0

HISTORY OF ENGLAND.

CLARENDON'S History of the Rebellion and Civil Wars in England, printed from the original MS. in the Bodleian Library. To which are subjoined the Notes of Bishop WARBURTON. 1849. 7 vols. medium 8vo.	2	10	0
—— A new edition, from the MS. 1839. 7 vols. 18mo.	1	5	0
—— with his Life, written by himself, in which is included a Continuation of his History of the Grand Rebellion. With copious Indexes. In one volume, royal 8vo. 1842.	1	2	0
—— Life, and Continuation of his History, with the suppressed Passages. 1827. 3 vols. 8vo.	0	16	6
—— Life, &c., from the MS. 1857. 2 vols. medium 8vo.	1	2	0
CARTE'S Life of James Duke of Ormond. A new edition, carefully compared with the original MSS. 1851. 6 vols. 8vo.	2	6	0
MAY'S History of the Long Parliament. 1854. 8vo.	0	6	6
SPRIGG'S England's Recovery; being the History of the Motions, Actions, and Successes of the Army under the immediate conduct of Sir Thomas Fairfax. A new edition. 1854. 8vo.	0	6	0
WHITELOCKE'S Memorials of English Affairs from 1625 to 1660. 4 vols. 8vo. 1853.	1	10	0
BURNET'S History of His Own Time, with the suppressed Passages and Notes. A new edition. 1833. 6 vols. 8vo.	2	10	0
—— History of James II., with additional Notes. 1852. 8vo.	0	9	6
—— Lives of James and William Dukes of Hamilton. 1852. 8vo.	0	7	6
LUTTRELL'S (Narcissus) Diary. A Brief Historical Relation of State Affairs, from September, 1678, to April, 1714. 6 vols. 8vo. 1857.	3	3	0

CHRONOLOGY, GEOGRAPHY, &c.

CLINTON'S Fasti Hellenici. The Civil and Literary Chronology of Greece, from the earliest Accounts to the LVth Olympiad. 1834. 4to.	1	10	6
—— —— from the LVIth to the CXXIIIrd Olympiad. 1841. 4to.	1	14	6
—— —— from the CXXIVth Olympiad to the death of Augustus. *Second edition.* 1851. 4to.	1	12	0
—— Epitome of the Fasti Hellenici, or Civil and Literary Chronology of Greece, from the earliest Accounts to the Death of Augustus. 1851. 8vo.	0	6	6
—— Fasti Romani. The Civil and Literary Chronology of Rome and Constantinople from the Death of Augustus to the Death of Justin II. 1845. 4to.	2	2	0
—— —— Vol. II. Appendix. From the Death of Augustus to the Death of Heraclius. 1850. 4to.	1	7	0
—— Epitome of the Fasti Romani, or Civil and Literary Chronology of Rome and Constantinople. 1854. 8vo.	0	7	0
CRAMER'S Geographical and Historical Description of Asia Minor. 1832. 2 vols. 8vo.	0	11	0
—— Map of Asia Minor.	0	15	0
—— Map of Ancient and Modern Italy, on two sheets.	0	15	0
—— Description of Ancient Greece. 1828. 3 vols. 8vo.	0	16	6
—— Map of Ancient and Modern Greece, on two sheets.	0	15	0

FAUSSETT'S Sacred Chronology, edited by R. FAUSSETT, M.A. 1855. 8vo. 0 7 6

GRESWELL'S Fasti Temporis Catholici, 1852. 5 vols. 8vo. and a quarto volume of Tables. 3 5 0

—— Origines Kalendariæ Italicæ. 1854. 4 vols. 8vo. 2 2 0

*—— Origines Kalendariæ Hellenicæ. The History of the Primitive Calendar among the Greeks, before and after the legislation of Solon. 1862. 6 vols. 8vo. 4 4 0

STUBBS (W.), Registrum Sacrum Anglicanum. 1858. sm. 4to. 0 8 6

WELLS'S Geography of the Old and New Testament. 1819. 2 vols. 8vo. 0 8 0

LEWIS'S Antiquities of the Hebrew Republic. A new edition. 1834. 3 vols. 8vo. 0 16 6

RALEGH'S (Sir Walter) History of the World, and other Works. 1829. 8 vols. 8vo. 2 12 0

CASAUBONI Ephemerides, cum præfatione et notis, edente JOHANNE RUSSELL, S.T.P. Tomi II. 1850. 8vo. 0 15 0

KENNETT'S Parochial Antiquities. 1818. 2 vols. 4to. 1 14 0

CATALOGUE of Oxford Graduates from 1659 to 1850. 8vo. 1851. 0 12 6

STATUTA Universitatis Oxoniensis. 1861. 8vo. 0 5 0

MATHEMATICS, NATURAL SCIENCE, &c.

ARCHIMEDIS OPERA. 1792. fol. 1 5 0

SCHEMATA Geometrica ex Euclide et aliis, Tabulis æneis expressis. 1844. 8vo. 0 2 6

BACONI Novum Organum, edited, with English Notes, by G. W. KITCHIN, M.A. 1855. 8vo. 0 9 6

—— —— translated by G. W. KITCHIN, M.A. 1855. 8vo. 0 9 6

BRADLEY'S Miscellaneous Works and Correspondence. With a Supplement, containing an Account of Harriot's Astronomical Papers. 1832. 4to. 0 17 0

Reduction of Bradley's Observations, by Dr. BUSCH. 1838. 4to. 0 3 0

DAUBENY'S Introduction to the Atomic Theory. Second edition, greatly enlarged. 1850. 16mo. 0 6 0

NEWTONI (Is.) Excerpta ex Principiis Naturalis Philosophiæ cum Annotationibus T. LE SEUR et F. JACQUIER. 1831. 8vo. 0 5 6

PRICE'S Treatise on the Differential Calculus. *Second edition.* 1858. 8vo. 0 14 6

—— Vol. II. 1854. 8vo. 0 14 6

—— Vol. III. 1856. 8vo. 0 14 6

—— Vol. IV. 1862. 8vo. 0 16 0

RIGAUD'S Historical Essay on the first publication of Newton's Principia. 1839. 8vo. 0 4 0

—— Correspondence of Scientific Men of the 17th Century. 1841. 2 vols. 8vo. 0 16 0

LISTER (M.), Historia sive Synopsis Methodica Conchyliorum. Rec. et Indice instruxit L. W. DILLWYN. 1826. folio. 2 5 0

THEOPHILI Protospatharii de Corporis Humani Fabrica Libri V. Edidit G. A. GREENHILL, M.D. 1842. 8vo. 0 8 0

BODLEIAN LIBRARY CATALOGUES, &c. (*in sheets.*)

CATALOGUS Codd. MSS. Orientalium Bibliothecæ Bodleianæ, Pars I. a J. URI. 1788. fol.	0	10	0
CATALOGUS Codd. MSS. Orientalium Bibliothecæ Bodleianæ, Partis II. vol. I. ab ALEXANDRO NICOLL, A.M. 1821. fol.	0	10	0
CATALOGUS Codd. MSS. Oriental. Bibl. Bodl. Partis II. vol. II. Arabicos complectens, edidit E. B. PUSEY, S.T.B. 1835. fol.	1	0	0
CATALOGUS MSS. qui ab E. D. CLARKE comparati in Bibl. Bodl. adservantur. Pars posterior, MSS. Oriental. Edidit A. NICOLL, A.M. 1814. 4to.	0	2	6
CATALOGUS Codd. MSS. Bibl. Bodl. Codd. Æthiopici, digessit A. DILLMAN, Ph. Doct. 1848. 4to.	0	6	6
*CATALOGUS MSS. Sanscritorum post-vedicorum, auctore TH. AUFRECHT. Pars I. 1859. 4to.	0	10	0

CATALOGUS Codd. MSS. et Impressorum cum notis MSS. olim D'ORVILLIANORUM, qui in Bibl. Bodl. adservantur. 1806. 4to.	0	2	6
CATALOGUS MSS. E. D. CLARKE. Pars I. Inseruntur Scholia inedita in Platonem et in Carmina Gregorii Naz. 1812. 4to.	0	5	0
CATALOGUS MSS. Borealium præcipue Islandicæ Originis, Auctore FINNO Magno Islando. 1832. 4to.	0	4	0
CATALOGUS Codd. MSS. qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur. Confecit H. O. COXE. Tomi II. 1852. 4to.	2	0	0
CATALOGI Codd. MSS. Bibl. Bodl. Pars I. Codices Græci; ed. H. O. COXE. 1853. 4to.	1	0	0
—— Partis II. fasc. I. Codd. Latini G. LAUD. 1858. 4to.	1	0	0
CATALOGI Codd. MSS. Bibl. Bodl. Pars III. Codices Græcos et Latinos Canonicianos complectens. Confecit H. O. COXE, Hypo-Bibliothecarius. 1854. 4to.	1	0	0
*CATALOGUS Codd. MSS. Bibl. Bodl. Pars IV. Codices T. TANNERI, complectens. Confecit A. HACKMAN, A.M. 1860. 4to.	0	12	0

CATALOGUS Librorum Impressorum Bibliothecæ Bodleianæ. Tomi IV. 1843–1850. fol.	4	0	0
CATALOGUS Dissertationum Academicarum quibus nuper aucta est Bibliotheca Bodleiana. 1834. fol.	0	7	0
CATALOGUE of Books bequeathed to the Bodleian Library by R. GOUGH, esq. 1814. 4to.	0	15	0
CATALOGUE of Early English Poetry and other Miscellaneous Works illustrating the British Drama, collected by EDMOND MALONE, esq. 1835. fol.	0	4	0
CATALOGUE of the printed Books and Manuscripts bequeathed by FRANCIS DOUCE, esq. to the Bodleian Library. 1840. fol.	0	15	0
CATALOGUE of the Manuscripts bequeathed unto the University of Oxford by ELIAS ASHMOLE. By W. H. BLACK. 1845. 4to.	1	10	0

University Press, Oxford.

ALPHABETICAL INDEX.